7° La corruption est une sorte de changement, qui est nécessairement le terme d'un mouvement. C'est ce que le Philosophe établit dans sa *Physique* (2). C'est pourquoi rien ne peut se corrompre sans être mis en mouvement. Il est prouvé, dans le même livre, que tout ce qui est en mouvement est un corps (3). Donc tout être qui se cor-

(2) Corruptio mutatio est ad id quod non est, etsi id quod corrumpitur ex ente mutatur..... Ad motum enim erit mutatio..... Ea mutatio quæ ad non subjectum est ex subjecto corruptio est (Arist. *Phys.* v, c. 1).

(3) Omne quod mutatur divisibile esse necesse est.— Dans tout le chap. 4 du livre vi

---

secundum quod est actu, semper agendo ducit ad aliquod esse actu; unde, si per hujusmodi esse actu aliquid corrumpatur desinens esse actu, oportet quod hoc contingat per contrarietatem eorum ad invicem; nam contraria sunt quæ mutuo se expellunt; et propter hoc oportet omne quod corrumpitur per se, vel habere contrarium vel esse ex contrariis compositum. Neutrum autem horum substantiis intellectualibus convenit; cujus signum est quod, in intellectu, ea etiam quæ secundum suam naturam sunt contraria desinunt esse contraria; album enim et nigrum in intellectu non sunt contraria; non enim se expellunt, imo magis se consequuntur; per intellectum enim unius eorum intelligitur aliud. Substantiæ igitur intellectuales non sunt corruptibiles per se. Similiter autem neque per accidens; sic enim corrumpuntur accidentia et formæ non subsistentes; ostensum est autem supra (c. 51) quod substantiæ intellectuales sunt subsistentes. Sunt igitur omnino incorruptibiles.

7° Adhuc, Corruptio est mutatio quædam, quam oportet esse terminum motus, ut in quinto Physicorum (c. 1) est probatum; unde oportet quod omne quod corrumpitur moveatur. Ostensum est autem in naturalibus (Physic. vi, c. 4) quod omne quod movetur est corpus; oportet igitur omne quod corrumpitur esse corpus, si per

rompt est un corps, s'il se corrompt en vertu de sa nature, ou bien une forme ou vertu résidant dans un corps et dépendant de lui, si la corruption est accidentelle. Or les substances intellectuelles ne sont ni des corps ni des vertus ou formes qui dépendent des corps. Donc elles ne peuvent se corrompre ni en vertu de leur essence ni par accident. Donc elles sont absolument indestructibles.

8o Lorsqu'un être se corrompt, c'est qu'il souffre quelque chose; car la corruption actuelle est un état passif. Or aucune substance intellectuelle ne peut devenir passive de telle manière que cette affection la fasse tomber dans la corruption. En effet, être passif, c'est recevoir quelque chose. Or, ce qu'une substance intellectuelle reçoit, elle le reçoit conformément à sa nature, c'est-à-dire comme être intelligible. La chose que la substance intellectuelle reçoit de cette manière la perfectionne au lieu de la corrompre; car l'être intelligible est la perfection de l'être intelligent. Donc la substance intellectuelle est incorruptible.

9o L'être sensible est l'objet des sens; de même l'être intelligible est l'objet de l'intelligence. Or, s'il arrive qu'un sens se corrompe [ou s'altère] en lui-même, cela provient de ce que son objet le surpasse en puissance. C'est ce que font pour la vue les objets très brillants, pour l'ouïe les sons trop intenses, et ainsi des autres. Nous parlons ici de la corruption qui survient dans le sens même, parce que les sens peuvent en subir une accidentelle qui résulte de la corruption du sujet. L'intelligence ne peut être sujette à cette dernière corruption,

de sa *Physique*, Aristote développe et prouve ce principe. Il recherche la manière dont se produit le mouvement des parties et du tout. Ce tout divisible est nécessairement un corps; c'est pourquoi il tire cette conclusion : « Quare totus motus totius est magnitudinis motus. »

---

se corrumpatur, vel aliquam formam seu virtutem corporis a corpore dependentem, si corrumpatur per accidens. Substantiæ autem intellectuales non sunt corpora neque virtutes seu formæ a corpore dependentes. Ergo neque per se neque per accidens corrumpuntur. Sunt igitur omnino incorruptibiles.

8o Item, Omne quod corrumpitur corrumpitur per hoc quod aliquid patitur; nam et ipsum corrumpi est quoddam pati. Nulla autem substantia intellectualis potest pati tali passione quæ ducat ad corruptionem; nam pati recipere quoddam est; quod autem recipitur a substantia intellectuali, oportet quod recipiatur in ea per modum ipsius, scilicet intelligibiliter; quod vero sic in substantia intellectuali recipitur, est perficiens substantiam intellectualem et non corrumpens eam; intelligibile enim est perfectio intelligentis. Substantia igitur intelligens est incorruptibilis.

9o Præterea, Sicut sensibile est objectum sensus, ita intelligibile est objectum intellectus. Sensus autem propria corruptione non corrumpitur nisi per excellentiam sui objecti, sicut visus a valde fulgidis et auditus a sonis fortibus, et sic de aliis. Dico autem propria corruptione, quia sensus corrumpitur etiam per accidens propter cor-

puisqu'elle n'est pas l'acte d'un corps et qu'elle ne dépend pas de lui, ainsi que nous l'avons démontré [ch. 49]. Il est également clair que l'excellence de son objet n'est pas pour elle une cause de corruption; car celui qui connaît les êtres intelligibles au plus haut degré n'a pas des êtres qui sont intelligibles à un degré inférieur une moindre connaissance, mais au contraire une connaissance plus complète (4). Donc l'intelligence n'est exposée à la corruption sous aucun rapport.

10° L'être intelligible est la perfection propre de l'intelligence; d'où il suit que l'intelligence en acte et l'intelligible actuel sont une même chose. Donc ce qui convient à l'intelligible en sa qualité d'intelligible convient nécessairement à l'intelligence considérée comme telle, parce que la perfection et l'être qui en est susceptible appartiennent au même genre. Or l'intelligible est, à raison de sa nature, nécessaire et incorruptible; car ce qui est nécessaire peut être parfaitement connu par l'intelligence, tandis que le contingent, envisagé sous ce rapport, ne l'est que d'une manière défectueuse, puisqu'on n'en a pas une véritable science, mais une simple opinion [ou connaissance qui repose sur le jugement propre]. C'est pourquoi l'intelligence connaît d'une science réelle les êtres corruptibles, en tant qu'ils sont incorruptibles, c'est-à-dire universels (5). Donc l'intelligence est nécessairement incorruptible.

(4) Atqui passionis vacuitatem non similem esse sensitivi atque intellectivi patet in sensuum instrumentis atque in ipso sensu. Sensus enim ex vehemente sensibili sentire non potest, auditus namque non audit sonum post magnos sonos, et visus non videt, atque odoratus non olfacit post vehementes colores atque odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto, non minus sane, sed magis percipit intelligitque inferiora. Sensitivum enim non est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(5) Voici le sens de ce passage : Un être sujet à la corruption devient incorruptible

ruptionem subjecti; qui tamen modus corruptionis non potest accidere intellectui, quum non sit actus corporis ullius quasi a corpore dependens, ut supra (c. 49) ostensum est. Patet autem quod nec corrumpitur per excellentiam sui objecti, quia qui intelligit valde intelligibilia non minus intelligit minus intelligibilia, sed magis. Intellectus igitur nullo modo est corruptibilis.

10° Amplius, Intelligibile est propria perfectio intellectus, unde intellectus in actu et intelligibile in actu sunt unum. Quod igitur convenit intelligibili, in quantum est intelligibile, oportet convenire intellectui, in quantum hujusmodi; quia perfectio et perfectibile sunt unius generis. Intelligibile autem, in quantum est intelligibile, est necessarium et incorruptibile; necessaria enim perfecte sunt intellectu cognoscibilia; contingentia vero, in quantum hujusmodi, nonnisi deficienter; habetur enim de eis non scientia, sed opinio; unde et corruptibilium intellectus scientiam habet, secundum quod sunt incorruptibilia, in quantum scilicet sunt universalia. Oportet igitur intellectum esse incorruptibilem.

11° Adhuc, Unumquodque perficitur se-

11° La manière dont chaque être se perfectionne est déterminée par la nature de sa substance. On peut donc arriver à connaître quelle est la substance d'une chose par la connaissance que l'on a d'une perfection qui lui appartient. Or ce n'est pas le mouvement qui perfectionne l'intelligence, mais bien ce qui existe en dehors de tout mouvement; car elle se perfectionne dans la partie intellectuelle de l'âme, par la science et l'observation, lorsque l'âme est calme et exempte des impressions produites sur elle par les corps. C'est ce qu'enseigne le Philosophe (6). Il est donc dans la nature de la substance intellectuelle que son *être* domine le mouvement et, par conséquent, le temps. Or l'*être* de tout ce qui est corruptible est soumis au mouvement et dépend du temps. Donc la substance intellectuelle ne peut être exposée à la corruption.

12° Aucune propension naturelle ne peut être vaine; car la nature ne fait rien d'inutile. Or tout ce qui est doué de connaissance désire naturellement avoir un *être* qui ne cesse jamais, afin de perpétuer cet *être*, non-seulement dans l'espèce, mais encore dans l'individu. En voici la preuve. L'appétit naturel est, dans certains êtres, le résultat de l'appréhension: ainsi le loup désire naturellement donner la mort aux animaux dont il se nourrit; l'homme, de son côté, re-

pour l'intelligence, si par l'abstraction on considère seulement sa nature ou essence, c'est-à-dire si d'un être réel on fait un être intelligible. Alors on l'envisage de la même manière que le genre, qui est quelque chose d'universel. C'est ce qui résulte de ce principe, que les essences sont éternelles et, par conséquent, incorruptibles, ou, pour parler plus exactement, indestructibles.

(6) Cogitationem in quiete et statu poni, id scire et sapere dicimus..... Præterea quemadmodum cum ab ebrietate, aut somno, aut morbo in contraria quispiam mutatur, non iterum scientem factum esse eum dicimus, quanquam antea scientia uti non posset, sic ne tum quidem, cum a principio habitum comparaverit. Quod enim anima ob moralem virtutem sedetur, prudens aliquis fit et sciens. Quocirca infantes nec discere possunt, nec sensibus perinde dijudicare atque seniores, cum multa in eis perturbatio sit et motus. Sedantur autem et ad statum a natura perducuntur (Arist. *Phys.* VII, c. 3 in fine).

---

cundum modum suæ substantiæ; ex modo igitur perfectionis alicujus rei potest accipi modus substantiæ ipsius. Intellectus autem non perficitur per motum, sed per hoc quod est extra motum exsistens; perficitur enim, secundum intellectivam animam, scientia et prudentia, sedatis permutationibus et corporalibus animæ passionibus, ut patet per Philosophum (Physic. VII, c. 3 in fine). Modus igitur substantiæ intelligentis est quod esse suum sit supra motum, et per consequens supra tempus. Esse autem cujuslibet rei corruptibilis subjacet motui et tempori. Impossibile est igitur substantiam intelligentem esse corruptibilem.

12° Præterea, Impossibile est naturæ desiderium esse inane; natura enim nihil facit frustra. Sed quodlibet intelligens naturaliter desiderat esse perpetuum, non solum ut perpetuetur esse secundum speciem, sed etiam secundum individuum, quod sic patet: naturalis enim appetitus quibusdam quidem inest ex apprehensione, sicut lupus naturaliter desiderat occisionem animalium de quibus pascitur, et homo na-

cherche naturellement le bonheur. Dans d'autres, il existe indépendamment de toute appréhension et seulement en vertu d'une inclination qu'ils reçoivent de leurs principes naturels. Cette inclination prend quelquefois le nom d'appétit naturel, et c'est en lui obéissant qu'un objet pesant, par exemple, tend à descendre. Or il y a dans les êtres un désir naturel de l'existence qui présente ce double caractère. Ce qui le prouve, c'est que les êtres privés de connaissance opposent à ceux qui les corrompent une résistance proportionnée à l'énergie de leurs principes naturels, et ceux qui ont une intelligence résistent d'une manière conforme à la connaissance qu'ils possèdent. Les êtres sans connaissance dont les principes ont en eux-mêmes la puissance de conserver leur *être* à perpétuité, de telle sorte qu'ils persévèrent toujours sans aucun changement dans leur nombre, désirent donc naturellement avoir un *être* perpétuel qui reste identique, même sous le rapport du nombre. Ceux dont les principes n'ont pas une puissance aussi étendue, mais seulement celle de conserver leur *être* perpétuellement le même quant à l'espèce, ceux-là ont un désir naturel de cette perpétuité. Nous devons donc rencontrer cette différence dans les êtres en qui le désir d'exister est joint à la connaissance. Elle y sera de telle sorte que ceux qui ne connaissent l'*être* que dans l'instant présent ne le désirent aussi que dans l'instant présent, et non pour toujours, parce qu'ils n'appréhendent aucunement l'*être* perpétuel. Ils désirent cependant l'*être* perpétuel de l'espèce, mais sans connaissance, parce que la faculté qu'ils ont de se reproduire, et qui leur fait atteindre ce but, précède la connaissance et ne dépend pas d'elle. Pour ceux qui connaissent l'*être* perpétuel lui-même et en ont l'appréhension, ils le désirent d'un désir naturel. Or, toutes les substances intel-

---

turaliter desiderat felicitatem; quibusdam vero absque apprehensione, ex sola inclinatione naturalium principiorum, quæ naturalis appetitus in quibusdam dicitur, sicut grave appetit esse deorsum. Utroque autem modo est in rebus naturale desiderium essendi; cujus signum est, quia et ea quæ cognitione carent resistunt corrumpentibus secundum virtutem suorum principiorum naturalium, et ea quæ cognitionem habent resistunt eisdem secundum modum suæ cognitionis. Illa igitur cognitione carentia, quorum principiis inest virtus ad conservandum esse perpetuum ita quod maneant semper eadem secundum numerum, naturaliter appetunt esse perpetuum etiam secundum idem numero; quorum autem principia non habent ad hoc virtutem, sed solum ad conservandum esse perpetuum secundum idem specie, sic naturaliter appetunt perpetuitatem. Hanc igitur differentiam oportet in his inveniri quibus desiderium essendi cum cognitione inest, ut scilicet illa quæ non cognoscunt esse nisi ut nunc, desiderant esse ut nunc, non autem semper, quia esse sempiternum non apprehendunt; desiderant tamen esse speciei perpetuum absque cognitione, quia virtus generativa, quæ ad hoc deservit, præambula est et non subjacens cognitioni; illa autem quæ ipsum esse perpetuum cognoscunt et apprehendunt, desiderant ipsum naturali

lectuelles ont cette connaissance. Donc elles cherchent toutes, en vertu d'un désir naturel, à exister toujours. Donc il est impossible qu'elles cessent d'exister.

13° Les êtres qui commencent et cessent d'exister passent de l'un à l'autre état en vertu de la même puissance [passive]; car la puissance d'être et de n'être pas est identique. Or, les substances intellectuelles n'ont pu commencer à exister que par la puissance [active] du premier agent; car elles n'ont pas pour élément une matière qui les ait précédées [ch. 50]. Donc, s'il y a quelque puissance en vertu de laquelle elles peuvent ne pas exister, elle se trouve dans le premier agent, en tant qu'il peut ne pas leur communiquer l'*être*. Or, il ne faut rien considérer comme corruptible à raison de cette puissance, d'abord parce qu'en affirmant la nécessité et la contingence des choses, on a égard à la puissance qui réside en elles, et non à celle de Dieu [ch. 30]; en second lieu, parce que Dieu, qui est l'auteur de la nature, ne retire pas aux êtres qui la composent ce qui appartient en propre à la nature de chacun. Nous venons de démontrer que le propre des natures intellectuelles c'est qu'elles existent toujours; par conséquent, Dieu ne les prive pas de cette propriété. Donc les substances intellectuelles sont incorruptibles sous tous les rapports.

C'est pour cela que dans le psaume qui commence par ces mots : *Louez le Seigneur du haut des cieux*, après avoir fait l'énumération des anges et des corps célestes, le Psalmiste ajoute : *Il les a établis pour l'éternité et pour les siècles des siècles* [Ps. CXLVIII, 6]; et ces paroles ne signifient pas autre chose que leur existence perpétuelle. Saint Denys dit aussi dans son livre des *Noms divins :* « C'est par la vertu des rayons « de la divine bonté que les substances intelligibles et intellectuelles

---

desiderio. Hoc autem convenit omnibus substantiis intellectualibus. Omnes igitur substantiæ intellectuales naturali desiderio appetunt esse perpetuum ; ergo impossibile est quod esse deficiant.

13° Adhuc, Quæcumque incipiunt esse et desinunt, per eamdem potentiam habent utrumque ; eadem enim est potentia ad esse et non esse. Sed substantiæ intellectuales non potuerunt incipere esse nisi per potentiam primi agentis ; non enim sunt ex materia quæ potuerit præfuisse, ut ostensum est (c. 50). Igitur nec est aliqua potentia ad non esse earum nisi in primo agente, secundum quod potest non influere eis esse. Sed ex hac sola potentia nihil potest dici corruptibile : tum quia res dicuntur necessariæ et contingentes secundum potentiam quæ est in eis, et non secundum potentiam Dei, ut supra (c. 30) ostensum est ; tum etiam quia Deus, qui est institutor naturæ, non subtrahit rebus quod est proprium naturis earum. Ostensum est autem quod proprium naturis intellectualibus est quod sint perpetuæ ; unde hoc eis a Deo non subtrahitur. Sunt igitur substantiæ intellectuales ex omni parte incorruptibiles.

Hinc est quod, in Psalmo *Laudate Dominum de cœlis*, connumeratis Angelis et cœlestibus corporibus, subjungitur : *Statuit ea in æternum et in seculum seculi* (*Ps.* CXLVIII, 6) ; per quod prædictorum perpetuitas de-

« subsistent, existent et vivent. Leur vie ne peut leur faire défaut, « ni être diminuée par la corruption et la production de tous les êtres, « parce qu'elles sont affranchies de la mort et élevées au-dessus de « toutes les variations, qui ont pour résultat l'instabilité et la des- « truction des choses (7). »

CHAPITRE LVI.

Est-il possible qu'une substance intellectuelle soit unie à un corps, et de quelle manière ?

Après avoir démontré [ch. 49 et 51] que la substance intellectuelle n'est ni un corps ni une vertu dépendante d'un corps, nous avons à rechercher s'il existe quelque substance intellectuelle qui puisse être unie à un corps.

Il est évident, en premier lieu, qu'une substance intellectuelle ne peut être unie à un corps de manière à former un mélange. En effet :

1° Deux choses ne peuvent être mélangées sans s'altérer réciproquement (1), et cela n'a lieu que pour celles qui ont une matière com-

(7) Voyez la note 3 du ch. 50, p. 20.

(1) Il ne s'agit pas ici d'une altération prise dans le sens usuel de ce mot, dont on a fait, en restreignant sa signification, un synonyme de corruption, mais de tout changement substantiel en vertu duquel une chose devient autre qu'elle n'était (*alter, alterare*).

---

signatur. — Dionysius etiam (De Divinis Nomin., c. 4) dicit quod « propter divinæ « bonitatis radios substiterunt intelligibiles « et intellectuales substantiæ, et sunt, et « vivunt, et habent vitam indeficientem, et « imminorabilem ab universa corruptione « et generatione, quod, morte mundæ « exsistentes, et elevatæ ab instabili et « fluxa variatione. »

CAPUT LVI.

Utrum substantia intellectualis possit uniri corpori, et per quem modum.

Quum autem supra (c. 49 et 51) ostensum sit substantiam intellectualem non esse corpus neque virtutem aliquam a corpore dependentem, restat investigandum utrum aliqua substantia intellectualis corpori possit uniri.

Est autem primo manifestum quod substantia intellectualis non potest corpori uniri per modum mixtionis.

1° Quæ enim miscentur, oportet ad invicem alterata esse; quod non contingit nisi in his quorum est materia eadem, et quæ possunt esse activa et passiva ad invicem. Substantiæ autem intellectuales non communicant in materia cum corporalibus; sunt enim immateriales, ut supra (c. 50) ostensum est. Non sunt igitur corpori miscibiles.

mune et peuvent être actives et passives relativement l'une à l'autre. Or, les substances intellectuelles n'ont pas une matière commune avec les substances corporelles, puisqu'elles sont immatérielles [ch. 50]. Donc elles ne sauraient être mélangées avec les corps.

2° Lorsque le mélange est consommé, les choses mélangées ne demeurent plus actuellement, mais seulement virtuellement; car si elles demeuraient encore actuellement, il n'y aurait pas de mélange, mais une simple confusion. C'est pourquoi un corps qui résulte du mélange de plusieurs éléments n'est aucun de ces éléments. Or, un pareil résultat est impossible pour les substances intellectuelles; car elles sont incorruptibles [ch. 55]. Donc aucune substance intellectuelle ne peut être unie à un corps, de manière à former avec lui un mélange.

Il est clair également qu'une substance intellectuelle ne peut être unie à un corps par le contact proprement dit.

Le toucher, en effet, est une propriété exclusive des corps; car les choses qui se touchent sont celles dont les extrémités se trouvent réunies, et les extrémités des corps sont le point, la ligne et la surface. Donc une substance intellectuelle ne peut être unie à un corps par le contact.

Nous devons donc conclure qu'une substance intellectuelle et un corps ne peuvent devenir une même chose, ni par la contiguité, ni par la composition, ni par aucune connexion; car rien de tout cela ne peut exister sans contact.

Il est cependant une sorte de contact en vertu duquel une substance intellectuelle peut s'unir à un corps.

Les corps naturels s'altèrent en se touchant, et, de cette manière, ils s'unissent ensemble, non-seulement par les extrêmes qui détermi-

---

2° Adhuc, Quæ miscentur, mixtione jam facta, non manent actu, sed virtute tantum; nam, si actu manerent; non esset mixtio, sed confusio tantum; unde corpus mixtum ex elementis nullum eorum est. Hoc autem impossibile est accidere substantiis intellectualibus; sunt enim incorruptibiles, ut supra (c. 55) ostensum est. Non igitur potest substantia intellectualis uniri corpori per modum mixtionis.

Similiter autem patet quod substantia intellectualis non potest uniri corpori per modum contactus proprie sumpti.

Tactus enim nonnisi corporum est; sunt enim tangentia quorum ultima sunt simul, vel puncta vel lineæ aut superficies, quæ sunt corporum ultima. Non igitur per modum contactus substantia intellectualis corpori uniri potest.

Ex hoc autem relinquitur quod, neque continuatione neque compositione aut colligatione, ex substantia intellectuali et corpore unum fieri possit; omnia enim hæc sine contactu fieri non possunt.

Est tamen quidam modus contactus, quo substantia intellectualis corpori uniri potest.

Corpora enim naturalia tangendo se alterant, et sic ad invicem uniuntur, non solum secundum ultima quantitatis, sed etiam secundum similitudinem qualitatis aut formæ, dum alterans formam suam im-

nent leur étendue, mais encore sous ce rapport, qu'ils arrivent à avoir une qualité ou forme semblable, puisque celui qui produit l'altération imprime sa forme dans celui qui la souffre. Et bien qu'en ne considérant que les extrêmes qui terminent l'étendue, tous les corps qui se touchent par leur moyen doivent se toucher mutuellement, cependant si l'attention se fixe sur l'action faite et reçue, on trouvera que certains êtres ne font que toucher et que d'autres sont seulement touchés. Les corps célestes touchent de cette manière les éléments corporels, lorsqu'ils les altèrent, et cependant ils n'en sont pas touchés, parce qu'ils ne sont soumis à aucune action de leur part. Si donc il existe des êtres qui touchent sans le faire par les extrémités de l'étendue, on n'affirmera pas moins qu'ils touchent, en tant qu'ils agissent; c'est en ce sens que nous disons qu'une chose qui nous attriste nous touche. Une substance intellectuelle peut donc être unie à un corps au moyen d'un contact qui ait ce caractère; car ces sortes de substances exercent leur action sur les corps et leur donnent le mouvement, puisqu'elles sont immatérielles et que leur existence est plus en acte (2). Ce tact n'est pas celui de l'étendue [ou d'un corps], mais d'une vertu qui s'exerce. C'est pourquoi il diffère du tact corporel sous trois rapports :

Premièrement, parce que l'indivisible peut, au moyen de ce tact, toucher ce qui est divisible. Le tact corporel n'a pas cette propriété; car le point ne peut toucher que l'indivisible (3), tandis que la sub-

(2) L'existence des substances intellectuelles est plus en acte que celle des corps, parce qu'elles sont indestructibles à raison de leur simplicité, tandis que les corps étant matériels, et par conséquent composés, ils sont constamment sujets à des changements qui les font exister d'une autre manière, et que même ces changements se produisent sans cesse; car l'essence même de la matière l'empêche d'être immuable un seul instant.

(3) Le tact physique ou corporel n'a lieu que par l'application d'un corps à un autre corps. C'est pourquoi le divisible seul peut toucher le divisible, et il n'y a de divisible

---

primit in alteratum; et quamvis, si considerentur solum ultima quantitatis, etiam oportet in omnibus mutuum esse tactum, tamen, si attendatur ad actionem et passionem, invenientur aliqua esse tangentia tantum et aliqua tacta tantum; corpora enim cœlestia tangunt quidem hoc modo elementaria corpora, in quantum ea alterant; non autem tanguntur ab eis, quia ab eis non patiuntur. Si igitur sint aliqua tangentia quæ in quantitatis ultimis non tangant, dicentur nihilominus tangere, in quantum agunt; secundum quem modum dicimus quod contristans nos tangit. Hoc igitur modo tangendi possibile est uniri substantiam intellectualem corpori per contactum; agunt enim substantiæ intellectuales in corpora, et movent ea, quum sint immateriales et magis in actu exsistentes. Hic autem tactus non est quantitatis, sed virtutis; unde differt hic tactus a tactu corporeo in tribus :

Primo, quia hoc tactu id quod est indivisibile potest tangere divisibile; quod in tactu corporeo non potest accidere; nam puncto non potest tangi nisi indivisibile aliquod; substantia autem intellectualis, quamvis sit indivisibilis, potest tangere

stance intellectuelle, quoique indivisible, a la faculté de toucher une étendue divisible en agissant sur elle. La raison de cette différence, c'est que le point et la substance intellectuelle ne sont pas indivisibles de la même manière. Le point est comme le terme de l'étendue; c'est pourquoi il a dans le continu une place déterminée, au-delà de laquelle il ne peut se prolonger. Mais la substance intellectuelle est indivisible, en ce qu'elle existe en dehors du genre de l'étendue, et c'est pour cela que le tact qui lui est propre n'est pas limité à une fraction indivisible de l'étendue.

Secondement, parce que le tact de la substance étendue n'affecte que les extrémités, tandis que celui de la vertu en question affecte l'objet tout entier. En effet, il est touché en tant qu'il souffre une action et reçoit le mouvement, et cela parce qu'il est en puissance. Or, la puissance réside dans le tout et non dans ses extrémités. C'est donc le tout qui est touché.

Ceci nous fait voir en quoi consiste la troisième différence, qui est celle-ci. Le tact de la substance étendue n'affectant que les extrémités, l'être qui touche est nécessairement extrinsèque à celui qui est touché. Il ne peut le pénétrer, parce que ce dernier oppose de la résistance. Pour le tact, qui a lieu à raison d'une vertu et qui est propre aux substances intellectuelles, comme il affecte ce qu'il y a de plus intime dans la chose, il s'ensuit que la substance qui touche est au dedans de celle qui est touchée, et la pénètre sans obstacle. C'est ainsi qu'une substance intellectuelle peut être unie à un corps par un contact de puissance.

dans les corps que la ligne et la surface. Quant à l'indivisible, qui est le point mathématique, il ne peut être en contact qu'avec d'autres points mathématiques, qui seront également indivisibles, et non avec les différentes parties de la ligne et de la surface, dont il est l'élément ou principe générateur. Le divisible reste donc hors de sa portée.

---

quantitatem divisibilem, in quantum agit in ipsam. Alio enim modo est indivisibile punctum et substantia intellectualis : Punctum quidem est sicut quantitatis terminus, et ideo habet situm determinatum in continuo, ultra quem porrigi non potest; substantia autem intellectualis est indivisibilis quasi extra genus quantitatis exsistens; unde non determinatur ei indivisibile aliquid quantitatis ad tangendum.

Secundo, quia tactus quantitatis est solum secundum ultima; tactus autem virtutis est ad totum quod tangitur; sic enim tangitur secundum quod patitur et movetur; hoc autem fit secundum quod est in potentia; potentia autem est secundum totum, et non secundum ultima totius; unde totum tangitur.

Ex quo patet tertia differentia, quia, in tactu quantitatis qui fit secundum extrema, oportet esse tangens extrinsecum ei quod tangitur, et non potest incedere per ipsum, sed impeditur ab eo; tactus autem virtutis qui competit substantiis intellectualibus, quum sit ad intima, facit substantiam tangentem esse intra id quod tangitur et ince-

Les êtres qui sont unis par un contact de cette nature ne sont pas absolument une même chose. Ils sont bien une même chose, lorsqu'ils agissent et deviennent passifs; mais cela ne constitue pas l'unité absolue. L'*être* [abstrait] [*esse*] est un de la même manière que l'être [concret] [*ens*]. Or, l'activité ne se prend pas pour l'*être* [*esse*] absolu. Donc être un dans l'action n'est pas être absolument un.

L'unité est considérée comme absolue dans ces trois cas : lorsque la chose est indivisible, lorsqu'elle est continue, enfin lorsqu'elle a une unité de raison. Or, une substance intellectuelle et un corps ne peuvent former un seul être indivisible; car il est nécessairement composé de deux principes. Cet être ne sera pas non plus continu, parce que les parties d'un tout continu sont étendues. Il reste donc à examiner si l'être qui résulte de l'union d'une substance intellectuelle et d'un corps peut avoir une unité de raison. La raison ne voit comme une même chose deux choses qui continuent d'exister qu'autant qu'elle envisage l'une comme la forme substantielle et l'autre comme la matière; car la substance et l'accident ne font pas un seul être de raison : par exemple, l'homme et la qualité qui le rend blanc ne sont pas compris dans la même raison.

La question qui doit nous occuper en dernier lieu est donc celle-ci : une substance intellectuelle peut-elle devenir la forme substantielle d'un corps (4)?

Ceux qui jugent la chose au point de vue de la raison regardent l'affirmative comme impossible. Car :

(4) Dans le reste de ce chapitre, saint Thomas pose quelques objections contre sa thèse; dans le chapitre suivant, il résume diverses opinions auxquelles il donne une réponse. Le chapitre 68 est consacré à établir la vérité sur la question importante de l'âme. Enfin le 69 contient la réfutation des objections énoncées dans celui-ci (Franç. de Sylv., *Comment.*).

---

dentem per ipsam absque impedimento. Sic igitur substantia intellectualis potest corpori uniri per contactum virtutis.

Quæ autem uniuntur secundum talem contactum, non sunt unum simpliciter; sunt enim unum in agendo et patiendo, quod non est esse unum simpliciter; sic enim dicitur esse unum quomodo et ens; esse autem agens non significat esse simpliciter; unde nec esse unum in agendo est esse unum simpliciter.

Unum autem simpliciter tripliciter dicitur : vel sicut indivisibile, vel sicut continuum, vel sicut quod est ratione unum. Ex substantia autem intellectuali et corpore non potest fieri unum quod sit indivisibile (oportet enim illud esse compositum ex duobus), nec iterum quod sit continuum, quia partes continui quantæ sunt. Relinquitur igitur inquirendum utrum ex substantia intellectuali et corpore possit fieri unum sicut quod est ratione unum. Ex duobus autem permanentibus non fit ratione unum, nisi sicut ex forma substantiali et materia; ex substantia enim et accidente non fit ratione unum; non enim est eadem ratio hominis et albi.

Hoc igitur inquirendum relinquitur utrum substantia intellectualis corporis alicujus forma substantialis esse possit.

1° Deux substances qui ont une existence actuelle ne peuvent faire un seul tout, puisque l'acte [ou l'existence actuelle] de chacune d'elles est ce qui la distingue de l'autre. Or, la substance intellectuelle est une substance qui a une existence actuelle, comme on doit le conclure de ce qui précède [ch. 53 et suiv.], et il en est de même pour le corps. Il semble donc qu'une substance intellectuelle et un corps ne peuvent former un être en qui il y ait unité.

2° La forme et la matière se trouvent comprises dans le même genre; car tout genre se divise par l'acte et la puissance. Or, il y a diversité de genre entre les substances intellectuelles et les corps. Il paraît donc impossible que l'un d'eux soit la forme de l'autre.

3° Tout ce qui a un *être* [*esse*] résidant dans la matière est nécessairement matériel. Or, si la substance intellectuelle est la forme d'un corps, son *être* doit résider dans une matière corporelle; car l'*être* de la forme n'est pas indépendant de celui de la matière. Donc la substance intellectuelle ne serait pas immatérielle, ainsi qu'on l'a démontré [ch. 50].

4° Il est impossible qu'une chose dont l'*être* [*esse*] réside dans un corps reste séparée de ce corps. Or, les naturalistes prouvent que l'intelligence est indépendante de ce corps; qu'elle n'est ni un corps ni une vertu dont le sujet est un corps (5). Donc la substance intellec-

(5) De animæ autem ea parte qua cognoscit atque sapit, sive sit separabilis, sive non separabilis magnitudine, sed ratione, considerandum deinceps est quam differentiam habet, quoque pacto tandem sit intelligere. Si igitur intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipsam passione sed formæ susceptivam esse oportet, et potentia talem, sed non illam esse, et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus. Quare necesse est ipsum, cum universa intelligat, non mixtum esse, sicut Anaxagoras dixit, ut superet atque vincat, id est, ut cognoscat atque percipiat : alienum namque, cum apparet juxta, prohibet atque sejungit. Quo fit ut neque ulla sit ipsius natura, nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus

---

Videtur autem rationabiliter considerantibus hoc esse impossibile.

1° Ex duabus enim substantiis actu exsistentibus non potest fieri aliquid unum; actus enim cujuslibet est id quo ab altero distinguitur. Substantia vero intellectualis est substantia actu exsistens, ut ex præmissis apparet (c. 53 et seq.); similiter autem et corpus. Non igitur potest aliquid unum fieri, ut videtur, ex substantia intellectuali et corpore.

2° Adhuc, Forma et materia in eodem genere continentur; omne enim genus per actum et potentiam dividitur. Substantia autem intellectualis et corpus sunt diversa genera. Non igitur videtur possibile unum esse formam alterius.

3° Amplius, Omne illud cujus esse est in materia, oportet esse materiale. Sed, si substantia intellectualis est forma corporis, oportet quod esse ejus sit in materia corporali; non enim esse formæ est præter esse materiæ. Sequitur igitur quod substantia intellectualis non sit immaterialis, ut supra (c. 50) ostensum est.

4° Item, Impossibile est id cujus esse est in corpore esse a corpore separatum. Intellectus autem ostenditur a physicis (de



tuelle n'est pas la forme d'un corps; car, s'il en était ainsi, son *être* se trouverait dans un corps.

5° Une chose qui a un *être* [*esse*] commun avec un corps doit avoir également une opération commune avec lui; car tout ce qui agit le fait en qualité d'être [*ens*], et la vertu opérative d'une chose ne peut être plus élevée que son essence, puisqu'elle est déterminée par les principes qui constituent cette essence. Or, dans l'hypothèse où la substance intellectuelle est la forme d'un corps, elle aura un *être* commun avec ce corps, puisque l'unité absolue ou l'unité de l'*être* est produite par l'union de la forme et de la matière. Donc l'opération de la substance intellectuelle appartiendra aussi au corps, et sa vertu résidera dans un corps; ce qui est impossible, comme le fait bien voir tout ce qui précède [ch. 47 et suiv.].

CHAPITRE LVII.

Opinion de Platon sur l'union de l'âme intellectuelle avec le corps.

Plusieurs, s'appuyant sur les raisons que nous venons d'exposer et

animæ nuncupatur (dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima et existimat), nihil est actu prorsus eorum quæ sunt, antea quam intelligat ipse. Quocirca neque cum corpore mixtum, ipsum esse consentaneum est rationi..... Atque bene recteque censent qui formarum locum animam inquiunt esse. Attamen neque tota est locus, sed intellectiva; neque est actu, sed potentia, formæ..... Sensitivum non est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anima*, III, c. 4). — Voir la note 4 du chapitre précédent.

Anima, III, c. 4) esse separatus a corpore, et quod neque est corpus neque virtus in corpore. Non est igitur intellectualis substantia forma corporis; sic enim esse ejus esset in corpore.

5° Adhuc, Cujus esse est commune corpori, oportet et operationem communem esse; unumquodque enim agit secundum quod est ens; nec virtus operativa rei potest esse sublimior quam ejus essentia, quum virtus principia essentiæ consequatur. Si autem substantia intellectualis sit forma corporis, oportet quod esse ejus sit sibi et corpori commune; ex forma enim et materia fit aliquid unum simpliciter, quod est secundum esse unum. Erit ergo et operatio substantiæ intellectualis communis corpori, et virtus ejus virtus in corpore; quod ex præmissis (c. 47 et seq.) patet esse impossibile.

CAPUT LVII.

Positio Platonis de unione animæ intellectivæ ad corpus.

Ex hoc autem et similibus rationibus

sur d'autres semblables, ont conclu que nulle substance intellectuelle ne peut être la forme d'un corps. Mais parce que leur opinion paraît en contradiction avec la véritable nature de l'homme, que l'on se représente comme composé d'une âme intellectuelle et d'un corps, ils ont eu recours à quelques expédients pour conserver intacte la nature humaine.

Platon et ses disciples ont prétendu que l'âme intellectuelle n'est pas unie avec le corps de la même manière que la forme avec la matière, mais seulement comme le moteur l'est au mobile; en sorte que, selon lui, l'âme est dans le corps comme le pilote dans son navire (1). D'où il suit que l'union de l'âme et du corps n'est autre que le contact de puissance dont nous avons parlé [ch. 56].

Nous voyons en cela une difficulté. Ce contact ne produit pas l'unité absolue de l'être, comme nous l'avons prouvé [ch. 56]. Or, l'homme existe en vertu de l'union de l'âme et du corps. Donc il n'est pas absolument un, ni par conséquent un être absolu; mais il n'a qu'accidentellement cette qualité.

Pour prévenir cette conclusion, Platon affirme que l'homme n'est pas un composé qui a pour éléments l'âme et le corps, mais que l'homme n'est autre chose que l'âme elle-même ayant le corps à son service, de même que Pierre n'est pas composé d'un homme et d'un vêtement, mais un homme qui fait usage d'un vêtement.

Or, il est impossible qu'il en soit ainsi. Car :

1o Etre animal et être homme, c'est quelque chose de sensible et de naturel. Or, cela ne serait plus vrai, si le corps et ses parties n'entraient

(1) Voyez la note 3 qui suit.

---

aliqui moti dixerunt quod nulla substantia intellectualis potest esse forma corporis. Sed quia huic positioni ipsa hominis natura contradicere videbatur, quia ex anima intellectuali et corpore videtur esse compositus, excogitaverunt quasdam vias per quas naturam hominis salvarent.

Plato igitur posuit, et ejus sequaces, quod anima intellectualis non unitur corpori sicut forma materiæ, sed solum sicut motor mobili, dicens animam esse in corpore sicut nauta est in navi; et sic unio animæ et corporis non esset nisi per contactum virtutis, de quo supra (c. 56) dictum est.

Hoc autem videtur inconveniens. Secundum enim prædictum contactum non fit aliquid unum simpliciter, ut (c. 56) ostensum est. Ex unione autem animæ et corporis fit homo. Relinquitur igitur quod homo non sit unum simpliciter, et per consequens nec ens simpliciter, sed ens per accidens.

Ad hoc autem evitandum, Plato posuit quod homo non sit aliquid compositum ex anima et corpore, sed quod ipsa anima utens corpore sit homo; sicut Petrus non est aliquid compositum ex homine et indumento, sed homo utens indumento.

Hoc autem esse impossibile ostenditur.

1o Animal enim et homo sunt quædam sensibilia et naturalia. Hoc autem non esset, si corpus et ejus partes non essent de essentia hominis et animalis, sed tota es-

pas dans l'essence de l'homme et de l'animal et si toute l'essence de l'un et de l'autre consistait uniquement dans l'âme, comme il résulte de l'opinion qui vient d'être énoncée; car l'âme n'est ni sensible ni matérielle. On ne peut donc admettre que l'homme et l'animal consistent dans une âme qui se sert d'un corps, et non dans un être composé d'un corps et d'une âme.

2° Deux choses diverses sous le rapport de l'*être* ne sauraient avoir une opération unique. Il s'agit ici de l'unité d'opération considérée, non dans l'objet qui est le terme de l'action, mais dans l'agent qui la produit. En effet, plusieurs hommes tirent un vaisseau: l'action est unique, prise dans le sujet qui la reçoit et qui est un; mais elle est multiple relativement à ceux qui tirent ce vaisseau, parce que divers efforts sont faits dans ce but. Il en est ainsi, parce que l'action étant déterminée par la forme et la vertu de l'agent, il y a nécessairement diversité dans les actions des êtres qui ont des formes et des vertus diverses. Or, quoique l'âme ait des opérations qui lui sont propres et auxquelles le corps ne prend aucune part, par exemple, celle de connaître, il y a cependant d'autres opérations qui lui sont communes avec le corps, comme craindre, s'irriter, sentir, et autres semblables; car ces dernières n'ont lieu qu'à raison d'un certain changement qui survient dans une partie déterminée du corps; ce qui fait voir que ces opérations appartiennent en même temps à l'âme et au corps. Donc l'âme et le corps se réunissent nécessairement dans l'unité, et ils ne peuvent avoir chacun un *être* différent.

Voici la réponse à cette objection, prise dans l'opinion même de Platon. Quoiqu'il y ait diversité sous le rapport de l'*être* entre le moteur et le mobile, rien ne les empêche d'avoir un même acte; car le mou-

---

sentia utriusque esset anima secundum positionem prædictam; anima enim non est aliquid sensibile neque materiale. Impossibile est igitur hominem et animal esse animam utentem corpore, non autem aliquid ex anima et corpore compositum.

2° Item, Impossibile est quod eorum quæ sunt diversa secundum esse sit operatio una; dico autem operationem unam, non ex parte ejus in quod terminatur actio, sed secundum quod egreditur ab agente; multi enim trahentes navim, unam actionem faciunt ex parte operati quod est unum, sed tamen ex parte trahentium sunt multæ actiones, quia sunt diversi impulsus ad trahendum; quum enim actio consequatur formam et virtutem, oportet, quorum sunt diversæ formæ et virtutes, et actiones esse diversas. Quamvis autem animæ sit aliqua operatio propria in qua non communicat corpus, sicut intelligere, sunt tamen aliquæ operationes communes sibi et corpori, ut timere, et irasci, et sentire, et hujusmodi; hæc enim accidunt secundum aliquam transmutationem alicujus determinatæ partis corporis; ex quo patet quod simul sunt animæ et corporis operationes. Oportet igitur ex anima et corpore unum fieri, et quod non sint secundum esse diversa.

Huic autem rationi secundum Platonis sententiam obviatur. Nihil enim inconveniens est moventis et moti, quamvis secun-

ement n'est autre chose que l'acte du moteur en tant que principe, et du mobile en tant que sujet. Platon suppose donc que les opérations dont il vient d'être question sont communes à l'âme et au corps, en ce sens qu'elles appartiennent à l'âme en sa qualité de moteur, et au corps en sa qualité de mobile.

Cela est impossible pour plusieurs raisons :

1° Le Philosophe prouve que l'opération de sentir arrive à l'instant même où le mouvement est imprimé par les objets extérieurs sensibles. C'est pourquoi l'homme ne peut sentir s'il n'existe pas d'objet sensible extérieur, de même que rien ne peut être mû sans moteur (2). Donc l'organe du sens reçoit un mouvement et devient passif lorsque la sensation se produit, et cela vient d'un objet sensible extérieur. Or, c'est le sens qui est passif; et la preuve en est que les êtres privés de tout sens ne sont pas affectés de la même manière par les objets sensibles. Donc le sens est la vertu passive de l'organe lui-même. Donc l'âme sensitive n'est pas, quand elle sent, dans la même condition que le moteur et l'agent; mais elle est comme le moyen par lequel le sujet passif est affecté, et ce moyen ne peut être distinct à raison de son *être* du sujet passif. Donc l'âme sensitive n'a pas un *être* distinct de celui du corps animé.

2° Bien que le mouvement soit l'acte commun du moteur et du mobile, produire le mouvement et le recevoir sont deux opérations diverses. De là viennent ces deux expressions : *faire quelque chose*,

(2) Fit sensus cum movetur atque patitur aliquid, nam ipse sensus alteratio quædam esse videtur... Ea vero cuncta quæ patiuntur atque moventur, ab activo et eo quod est actu, patiuntur atque moventur. Idcirco fit ut tum a simili sibi, tum a dissimili, res omnis patiatur... Quapropter intelligere quidem cum quispiam voluerit, in ipso est situm : sentire autem collocatur in ipso, necesse est enim sensibile ipsum adesse (Arist. *De Anima*, II, c. 5).

---

dum esse diversorum, esse eumdem actum; nam motus est idem quod actus moventis sicut *à quo* est, moti autem sicut *in quo* est. Sic igitur Plato posuit præmissas operationes esse animæ corporisque communes, ut videlicet sint animæ sicut moventis et corporis sicut moti.

Sed hoc esse non potest :

1° Quia, ut probat Philosophus (de Anima, II, c. 5), sentire accidit in ipso moveri a sensibilibus exterioribus; unde non potest homo sentire absque exteriori sensibili, sicut non potest aliquid moveri absque movente. Organum igitur sensus movetur et patitur in sentiendo, sed ab exteriori sensibili. Illud autem quod patitur est sensus; quod ex hoc patet quia carentia sensu non patiuntur a sensibilibus tali modo passionis. Sensus igitur est virtus passiva ipsius organi. Anima igitur sensitiva non habet se in sentiendo sicut movens et agens, sed sicut quo patiens patitur; quod impossibile est esse diversum, secundum esse, a patiente. Non est igitur anima sensibilis, secundum esse, diversa a corpore animato.

2° Præterea, Licet motus sit communis actus moventis et moti, tamen alia operatio est facere motum et recipere motum; unde et duo prædicamenta ponuntur *facere*

souffrir quelque chose. Si donc l'âme est un agent et le corps un sujet passif quand la sensation existe, l'opération de l'âme sera distincte de celle du corps. Donc l'âme sensitive aura une opération propre; donc elle aura aussi une *subsistance* propre; donc elle ne cessera pas d'exister lorsque le corps sera détruit; donc les âmes sensitives des animaux même privés de raison seront immortelles. Cette dernière conséquence, qui n'a pour elle aucune probabilité, n'est pourtant pas en contradiction avec l'opinion de Platon. Mais nous aurons occasion d'examiner plus tard cette question [ch. 82].

3° Ce n'est pas le moteur qui détermine l'espèce à laquelle appartient le mobile. Si donc l'âme n'est unie au corps que comme le moteur l'est au mobile, le corps et ses parties ne se spécifient pas d'après l'âme. Donc, après que l'âme l'aura abandonné, le corps, ainsi que ses parties, continuera d'appartenir à la même espèce. Or, ceci est évidemment faux; car après le départ de l'âme, on ne conserve que par équivoque leurs noms à la chair, aux os, aux mains et aux autres parties, puisque aucune d'elles n'a une opération propre qui la range dans une espèce. Donc il n'est pas vrai que l'âme soit unie au corps seulement comme le moteur l'est au mobile, ou un homme à son vêtement.

4° Le mobile ne reçoit pas son *être* du moteur, mais seulement le mouvement. Si donc l'âme n'est unie au corps que comme un mobile, ce sera bien elle qui le mettra en mouvement, mais il ne recevra pas d'elle son *être*. Or, *vivre* est en quelque manière l'*être* de ce qui vit. Donc le corps ne vivra pas par l'âme.

5° Ce n'est pas l'application du moteur qui produit le mobile, et leur séparation n'entraîne pas la destruction de ce dernier, puisque

---

et *pati*. Si igitur in sentiendo anima sensitiva se habet ut agens, et corpus ut patiens, alia erit operatio animæ et alia corporis. Anima igitur sensitiva habebit aliquam operationem propriam; habebit igitur et subsistentiam propriam. Non igitur, destructo corpore, esse desinet; animæ igitur sensitivæ etiam irrationalium animalium erunt immortales; quodquidem improbabile videtur, tamen a Platonis opinione non discordat. Sed de hoc infra (c. 82) erit locus quærendi.

1° Intellectus enim possibilis ex hoc dicitur, secundum eos, continuari nobis, quod perficitur per species intelligibiles a phantasmatibus abstractas. Prius igitur est considerare intellectum ut in potentia ad hujusmodi species quam ut continuetur nobis. Non igitur, per hoc quod continuatur nobis, est in potentia ad hujusmodi species.

2° Præterea, Secundum hoc, esse in potentia ad prædictas species non esset ei secundum se conveniens, sed per alind. Per ea autem quæ non conveniunt alicui secundum se, non debet aliquid diffiniri. Non igitur ratio intellectus possibilis est ex hoc quod in potentia est ad prædictas species, ut diffinit ipse Aristoteles (de Anima, III, c. 4).

3° Adhuc, Impossibile est intellectum possibilem simul multa intelligere, nisi unum per aliud intelligat ; non enim una potentia simul pluribus actibus perficitur, nisi secundum ordinem. Si igitur intellectus possibilis intelligat substantias separatas et species a phantasmatibus abstractas, oportet quod vel intelligat per species hujusmodi substantias separatas, vel e converso. Quodcumque autem detur, sequitur quod nos intelligimus substantias separatas, quia, si nos intelligimus naturas sensibilium, in quantum intelligit eas intellectus possibilis (intellectus autem possibilis intelligit eas, per hoc quod intelligit sub-

sible; et l'intellect possible arrive à cette connaissance par celle qu'il a des substances séparées, nous connaissons de la même manière que lui, lors même que la réciproque serait exacte. Or, cela est manifestement faux. Donc l'intellect possible ne connaît pas les substances séparées. Donc il n'est pas lui-même une substance séparée.

CHAPITRE LXI.

L'opinion précédente contredit le sentiment d'Aristote.

Averrhoès, pour appuyer son opinion sur une autorité imposante, nous dit qu'elle n'est autre que le sentiment d'Aristote. Nous allons donc démontrer clairement que, loin de lui être conforme, elle le contredit formellement.

1° Aristote, en nous donnant sa définition de l'âme, dit qu'elle est « l'acte premier du corps physique et organique, lequel a la vie en « puissance, » et il ajoute : « Cette définition s'applique généralement « à toute espèce d'âme. » Il ne s'exprime pas ainsi sous forme de doute, comme le prétend Averrhoès; le texte grec et la traduction de Boèce en font foi. Peu après il dit encore dans le même chapitre qu'il existe certaines parties de l'âme qui peuvent être séparées et sont

---

stantias separatas), similiter et nos intelligimus; et similiter, si sit e converso. Hoc autem est manifeste falsum. Non igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas; non est igitur substantia separata.

CAPUT LXI.

Quod prædicta positio est contra sententiam Aristotelis.

Sed quia huic positioni Averrhoes præstare robur auctoritatis nititur, propter hoc quod dicit Aristotelem ita sensisse, ostendemus manifeste quod prædicta positio est contra sententiam Aristotelis.

Primo quidem, quia Aristoteles (de Anima, II, c. 1) diffinit animam, dicens quod est « actus primus physici corporis, orga« nici, potentia vitam habentis, » et postea subjungit quod « hæc est diffinitio univer« saliter dicta de omni anima; » non, sicut prædictus Averrhoes fingit, sub dubitatione hoc proferens, ut patet ex exemplaribus græcis et translatione Boetii. Postmodum autem, in eodem capitulo, subjungit esse quasdam partes animæ separabiles, quæ non sunt nisi intellectivæ. Relinquitur igitur quod illæ partes sunt actus corporis.

2° Nec est contra hoc quod postea (c. 2) subjungit : « De intellectu autem et per« spectiva potentia nihil est adhuc mani« festum, sed videtur animæ alterum ge« nus esse. » Non enim per hoc vult intel-

douées de la faculté de connaître. Donc ces parties sont l'acte d'un corps (1).

2° Aristote ne se contredit pas lorsqu'il ajoute : « Pour ce qui est de « l'intelligence et de la faculté de considérer les choses, rien n'est « encore démontré avec évidence ; mais il semble que ce soit une âme « d'un autre genre » (2). Il ne s'exprime pas de la sorte pour retrancher l'intelligence de la définition commune de l'âme ; mais il veut seulement dire qu'elle n'est pas de la même nature que les autres parties. Il en serait de même de celui qui affirmerait que l'animal qui vole n'appartient pas au genre de celui qui court. Il ne refuserait pas pour cela de comprendre celui qui vole dans la définition générale de l'animal. C'est pourquoi, afin de nous indiquer clairement le sens qu'il attache au mot *autre*, il ajoute : « L'intelligence seule peut être séparée « [des autres parties], de même que ce qui est éternel de ce qui est « sujet à la destruction. » L'intention d'Aristote n'est pas de dire, comme son commentateur voudrait nous le persuader, qu'il n'est pas encore certain que l'intelligence soit une âme, comme cela est prouvé pour les autres principes ; car le texte ancien ne porte pas : *On ne s'est pas encore prononcé*, ou bien : *On n'a rien enseigné*, mais : *Rien*

(1) Corpus omne naturale particeps vitæ substantia est, et ita substantia ut composita. Atque cum tale etiam sit corpus, id est, habens vitam, corpus profecto non erit anima : corpus namque non subit rationem eorum quæ sunt in subjecto, sed ut subjectum potius est et materies. Necesse est igitur animam substantiam esse, perinde atque formam corporis naturalis potentia vitam habentis : substantia vero actus est et perfectio. Talis igitur corporis est perfectio atque actus..... Si igitur commune quid de omni anima sit dicendum, ipsa perfectio prima primusque actus est corporis naturalis, cujus partes sunt instrumenta..... Animam non separabilem esse a corpore, vel partes ipsius nonnullas, si partibilis sit, non obscurum esse videtur : corporis namque partium patet aliquas animæ partium actum esse. Nihil tamen vetat ut aliquæ partium sint separabiles animæ, propterea quod corporis nullius sint actus (Arist. *De anima*, II, c. 1).

(2) De intellectu vero, contemplativaque potentia nondum quicquam est manifestum : sed videtur hoc animæ genus esse diversum : Περὶ δὲ του νοὺ καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως, οὐδέπω φανερόν · ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. Idque solum perinde atque perpetuum ab eo quod occidit, sejungi separarique potest. Cæteras autem animæ partes separabiles quidem non esse, ut quidam asserunt, ex iis quæ diximus patet (Arist. *De anima*, II, c. 2).

lectum alienare a communi diffinitione animæ, sed a propriis naturis aliarum partium ; sicut qui dicit quod alterum genus animalis est volatile a gressibili, non aufert a volatili communem diffinitionem animalis. Unde, ut ostenderet in quo dixerit *alterum*, subjungit : « Et hoc solum contingit separari, « sicut perpetuum a corruptibili. » Nec est intentio Aristotelis, ut Commentator prædictus fingit, dicere quod nondum est manifestum de intellectu utrum intellectus sit anima, sicut de aliis principiis. Non enim textus vetus habet *Nihil est declaratum* sive *nihil est dictum*, sed *nihil est manifestum* ; quod intelligendum est quantum ad id quod est proprium ei, non quantum ad communem diffinitionem. Si autem, ut ipse dicit, anima æquivoce dicitur de intellectu et

n'est encore démontré avec évidence; ce qu'il faut entendre de ce qui est propre à l'intelligence, et non de la définition commune. Si, au contraire, il était vrai, comme le veut Averrhoès, que le mot *âme* s'appliquât également à l'intelligence et aux autres facultés, le Philosophe aurait d'abord distingué cette équivoque et donné ensuite des définitions, suivant sa coutume; car en agissant autrement, il ne raisonnerait que sur une équivoque, ce qui n'a jamais lieu dans les sciences démonstratives.

3° Dans le second livre *De l'Ame*, Aristote met l'intelligence au nombre des puissances [ou facultés] de l'âme (3), et il la nomme la faculté de considérer les choses, dans le texte que nous avons cité. Donc l'intelligence n'est pas en dehors de l'âme humaine, mais c'est une faculté qui lui appartient.

4° Lorsqu'il commence à parler de l'intellect possible dans le troisième livre du même traité, il en fait une partie de l'âme. « Quant à « cette partie de l'âme, dit-il, au moyen de laquelle l'âme connaît et « sent » (4). Ces expressions signifient évidemment que l'intellect possible est quelque chose dans l'âme.

5° Il nous fait connaître plus clairement encore quelle est la nature de l'intellect possible, lorsqu'il ajoute : « Je veux parler de l'intellect « par lequel l'âme pense et connaît » (5); ce qui veut certainement dire que l'intelligence fait partie de l'âme humaine et que l'âme humaine connaît par son moyen.

(3) Potentias animæ diximus has : nutritivum, sensitivum, appetitivum, locomotivum atque intellectivum... Nonnullis inest ratiocinativum ac intellectus, ut hominibus (Arist. *De anima,* II, c. 3).

(4) Voyez la note 2 du chap. 59, p. 60.

(5) Neque ulla ipsius (intellectus) natura, nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur, dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima et existimat : *Λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβανέι ἡ ψυψή* : nihil est prorsus eorum quæ sunt anteaquam intelligat ipse (Arist. *De anima,* III, c. 4).

---

aliis, primo distinxisset æquivocationem, postea diffinivisset, sicut est consuetudo sua; alias procederet in æquivoco, quod non est in scientiis demonstrativis.

3° Item, In secundo de Anima (c. 3), intellectum numerat inter potentias animæ et, in auctoritate etiam prædicta, nominat perspectivam potentiam. Non est igitur intellectus extra animam humanam, sed est quædam potentia ejus.

4° Item in tertio de Anima (c. 4), incipiens loqui de intellectu possibili, nominat eum partem animæ, dicens : « De parte au« tem animæ, qua cognoscit anima et sa« pit; » in quo manifeste ostendit quod intellectus possibilis sit aliquid animæ.

5° Adhuc autem manifestius, per id quod postea subjungit, declarat naturam intellectus possibilis, dicens : « Dico autem in« tellectum quo opinatur et intelligit ani« ma » (c. 4); in quo manifeste ostenditur intellectum esse aliquid animæ humanæ, quo anima humana intelligit.

Est igitur prædicta positio contra sententiam Aristotelis et contra veritatem; unde tanquam fictitia repudianda est.

Donc cette opinion contredit le sentiment d'Aristote et la vérité, et par conséquent on doit la rejeter comme une pure imagination.

CHAPITRE LXII.

Contre l'opinion d'Alexandre touchant l'intellect possible.

C'est en voulant expliquer les textes d'Aristote rapportés plus haut qu'Alexandre (1) en vint à affirmer que l'intellect possible est une certaine vertu qui est en nous. Il voulait par là lui appliquer la définition commune de l'âme donnée par Aristote (2). Mais comme il ne pouvait comprendre qu'une substance intellectuelle fût la forme d'un corps, il prétendit que cette vertu ne résidait pas dans une substance intellectuelle, mais qu'elle était le résultat du mélange des éléments qui entrent dans le corps humain. Selon lui, le mélange du corps humain étant d'une nature déterminée, il s'ensuit que l'homme est en puissance pour recevoir l'influence de l'intelligence active, qui est toujours en acte, et qu'il regarde comme une substance séparée; et en vertu de cette influence l'homme devient actuellement intelligent. Ce qui fait

(1) Alexandre d'Aphrodisée, surnommé par les Grecs le Commentateur, vivait à la fin du II[e] siècle et au commencement du III[e]. Parmi ses nombreux ouvrages, on cite un *Commentaire* sur le livre des *Météores* d'Aristote; un *Traité de l'âme et du destin*, un *Traité des figures, des sens et des paroles*. Son *Traité de l'âme* a été plusieurs fois traduit en latin.

(2) Voyez la note 1 du chapitre précédent, p. 83.

CAPUT LXII.

Contra opinionem Alexandri de intellectu possibili.

His igitur verbis Aristotelis consideratis, Alexander posuit intellectum possibilem esse aliquam virtutem in nobis, ut sic diffinitio communis de anima assignata ab Aristotele (de Anima, II, c. 1) possit sibi convenire. Quia vero intelligere non poterat aliquam substantiam intellectualem esse corporis formam, posuit prædictam virtutem non esse fundatam in aliqua intellectuali substantia, sed consequentem commixtionem elementorum in corpore humano. Determinatus enim mixtionis humani corporis modus facit hominem esse in potentia ad recipiendum influentiam intellectus agentis, qui semper est in actu et, secundum ipsum, est quædam substantia separata; ex qua influentia homo fit intelligens actu. Id autem in homine per quod est potentia intelligens, est intellectus possibilis; et sic videbatur sequi quod ex commixtione determinata in nobis fit intellectus possibilis.

que l'homme est intelligent en puissance, c'est l'intellect possible, et la conséquence qui paraît en ressortir, c'est que l'intellect possible est en nous le produit d'un mélange déterminé.

On voit au premier abord que cette opinion est en opposition avec les paroles et les arguments d'Aristote. Ce philosophe enseigne, en effet, comme nous l'avons dit, que l'intellect possible n'est pas mélangé avec le corps (3). Or, on ne pourrait rien affirmer de semblable d'une vertu qui serait le résultat d'un mélange d'éléments; car celle qui aurait ce caractère dépendrait de ce mélange, ainsi que cela a lieu pour le goût, l'odorat et les autres sens. Il est donc vrai que le système d'Alexandre ne peut concorder avec les expressions d'Aristote et la démonstration qu'il en fait.

Alexandre répond à cela que l'intellect possible est la disposition qui se fait dans la nature humaine à recevoir l'influence de l'intelligence active. Cette disposition n'est pas une nature sensible déterminée. Elle n'est pas non plus mélangée avec un corps; car c'est seulement une relation et l'ordre qui rattache une chose à une autre.

Mais en cela il s'éloigne évidemment du sens d'Aristote. Car :

1° Aristote prouve que l'intellect possible n'a pas une nature sensible déterminée et, par conséquent, n'est pas mélangé avec un corps, par cette raison, qu'il a la faculté de recevoir toutes les formes sensibles et de les connaître (3). Or, cela ne peut s'appliquer à une simple disposition, parce qu'elle ne peut rien recevoir, mais qu'elle est plutôt susceptible d'être disposée. Donc le principe de la démonstration d'Aristote n'est pas une disposition, mais un sujet tout disposé.

2° Si ce que dit Aristote de l'intellect possible lui convient parce

(3) Voyez la note 2 du chap. 59, p. 60.

Videtur autem primo aspectu hæc positio verbis et demonstrationi Aristotelis esse contraria. Ostendit enim Aristoteles (de Anima, III, c. 4 et 5), ut dictum est, quod intellectus possibilis est immixtus corpori. Hoc autem est impossibile dici de aliqua virtute consequente mixtionem elementorum; quod enim hujusmodi est oportet quod in ipsa elementorum commixtione fundetur; sicut videmus de sapore et odore et aliis hujusmodi. Non igitur positio prædicta Alexandri potest stare cum verbis et demonstratione Aristotelis, ut videtur.

Ad hæc autem Alexander dicit quod intellectus possibilis est ipsa præparatio in natura humana ad recipiendum influentiam intellectus agentis; præparatio autem ipsa non est aliqua natura sensibilis determinata, neque est mixta corpori; est enim relatio quædam et ordo unius ad aliud.

Sed hoc manifeste discordat ab intentione Aristotelis.

1o Probat enim Aristoteles (de Anima, III, c. 4) ex hoc, intellectum possibilem non habere determinate aliquam naturam sensibilium, et per consequens non esse mixtum corpori, quia est receptivus omnium formarum sensibilium et cognoscitivus earum; quod de præparatione non potest intelligi, quia ejus non est recipere,

qu'il est une disposition, et non à raison de sa nature de sujet disposé, on pourra en dire autant de toute disposition. Or, il y a dans chaque sens une disposition particulière à recevoir actuellement les objets sensibles. Donc il faut assimiler à cet égard chacun des sens à l'intellect possible. Or, le Philosophe répugne évidemment à cette conséquence, lorsqu'il nous montre que la différence qui existe entre les sens et l'intelligence, pour la manière dont ils sont affectés, consiste en ce que l'excellence de l'objet cause une altération dans les sens et n'en produit aucune dans l'intelligence (4).

3° Aristote attribue à l'intellect possible la faculté d'être affecté par les espèces intelligibles, de les recevoir en lui, d'être en puissance relativement à elles; il le compare même à un tableau sur lequel rien n'est encore écrit (5). Or, rien de tout cela n'est vrai d'une simple disposition, mais bien du sujet disposé. Donc on est en opposition avec Aristote si l'on prétend que l'intellect possible est cette préparation elle-même.

4° L'agent est plus noble que l'être qui souffre l'action, et celui qui fait une chose l'emporte sur la chose qui est faite, de même que l'acte sur la puissance. Or, plus une chose est immatérielle et plus elle est

(4) Passionis vacuitatem non similem esse sensitivi atque intellectivi, patet in sensuum instrumentis atque in ipso sensu. Sensus enim ex vehemente sensibili sentire non potest; auditus namque non audit sonum post magnos sonos : et visus non videt, atque odoratus non olfacit, post vehementes colores atque odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto, non minus sane, sed magis percipit intelligitque inferiora. Sensitivum enim non est sine corpore; ut intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(5) Intellectus potentia quidem est quodammodo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum antea quam in ipsa scribatur : hoc enim in ipso fit atque accidit intellectu (Arist. *De anima*, III, c. 4).—Voyez aussi la note 12 du chap. 60, p. 78.

---

sed magis præparari. Non igitur demonstratio Aristotelis procedit de præparatione, sed de aliquo recipiente præparato.

2° Amplius, Si ea quæ dicit Aristoteles de intellectu possibili conveniunt ei in quantum est præparatio, et non ex natura subjecti præparati, sequetur quod omni præparationi conveniant. In sensu autem est præparatio quædam ad sensibilia in actu recipienda. Ergo idem dicendum est de sensu et intellectu possibili; cujus contrarium manifeste subjungit Aristoteles (de Anima, III, c. 4), ostendens differentiam inter receptionem sensus et intellectus, ex hoc quod sensus corrumpitur ex excellentia objectorum, non autem intellectus.

3° Item, Aristoteles attribuit possibili intellectui pati ab intelligibili, suscipere species intelligibiles, esse in potentia ad eas; comparat etiam eum tabulæ in qua nihil est scriptum (de Anima, III, c. 3 et 4). Quæquidem omnia non possunt dici de præparatione, sed de subjecto præparato. Est igitur contra intentionem Aristotelis quod intellectus possibilis sit præparatio ipsa.

4° Adhuc, Agens est nobilius patiente et faciens facto, sicut actus potentia. Quanto autem aliquid est immaterialius, tanto est nobilius. Non potest igitur effectus esse immaterialior sua causa. Omnis autem virtus cognoscitiva, in quantum hujusmodi,

noble. Donc l'effet ne peut être plus immatériel que sa cause. Toute vertu qui est le principe de la connaissance est, comme telle, immatérielle ; c'est pourquoi le sens, qui est au dernier degré des facultés qui nous font connaître, reçoit les espèces des objets sensibles d'une manière immatérielle, ainsi que l'enseigne Aristote (6). Il est donc impossible qu'une vertu qui est le principe de la connaissance ait pour cause un mélange d'éléments. Or, l'intellect possible est pour nous la faculté de connaître la plus relevée ; car le Philosophe nous dit que c'est par lui que l'âme connaît et comprend (7). Donc l'intellect possible n'est pas l'effet du mélange des éléments.

5° Lorsque le principe d'une opération se trouve dans certaines causes, cette opération ne peut dépasser ces causes, puisque la cause seconde n'agit qu'en vertu de la première. Or, l'opération de l'âme nutritive dépasse la vertu des qualités élémentaires; car Aristote prouve que le feu n'est pas la cause de l'accroissement, mais en quelque sorte une cause concomitante, et la cause principale est l'âme, pour laquelle la chaleur est comme l'instrument aux mains de l'ouvrier (8). Donc l'âme végétative et beaucoup moins encore les sens et l'intellect possible ne peuvent être produits par le mélange des éléments.

(6) Voyez la note 19 du chap. 60, p. 78.
(7) Voyez la note 5 du chap. précédent, p. 84.
(8) Cum in hoc officio (nutritionis) tria sint hæc, necessarioque concurrant, id inquam quod nutritur, et quo nutritur, et quod nutrit : id quidem quod nutrit est ipsa anima prima ; id autem quod nutritur, corpus est quod ipsam animam habet ; at id quo nutritur, ipsum est alimentum... Erit anima prima profecto principium generandi tale, quale est id quod hanc ipsam animam habet. Id autem quo nutrit anima, duplex est, quemadmodum et id quo gubernator gubernat, manus inquam, et clavus ; atque aliud movet atque movetur, aliud movet tantum. Necesse est autem omne nutrimentum naturæ sit talis quæ digeri possit : at digestionem efficit calor. Quapropter omne animans habet calorem (Arist. *De anima*, II, c. 4).

est immaterialis ; unde et de sensu, qui est infimus in ordine virtutum cognoscitivarum, dicit Aristoteles (de Anima, III, c. 8) quod est susceptivus sensibilium specierum sine materia. Impossibile est igitur a commixtione elementorum causari aliquam virtutem cognoscitivam. Intellectus autem possibilis est suprema virtus cognoscitiva in nobis ; dicit enim Aristoteles (de Anima, III, c. 4) quod intellectus possibilis est quo cognoscit et intelligit anima. Intellectus igitur possibilis non causatur ex commixtione elementorum.

5° Amplius, Si principium alicujus operationis ab aliquibus causis procedit, oportet operationem illam non excedere causas illas, quum causa secunda agat virtute primæ. Operatio autem animæ nutritivæ etiam excedit virtutem qualitatum elementarium ; probat enim Aristoteles (de Anima, II, c. 4) quod ignis non est causa augmenti, sed concausa aliquo modo; principalis autem causa est anima, ad quam comparatur calor sicut instrumentum ad artificem. Non igitur potest anima vegetabilis produci ex commixtione elementorum; multo igitur minus sensus et intellectus possibilis.

6° Item, Intelligere est quædam operatio

6° Connaître est une opération à laquelle aucun organe corporel ne peut participer. Or, cette opération appartient à l'âme ou même à l'homme, car nous disons que l'âme connaît ou bien que l'homme connaît par l'âme. Donc il doit y avoir dans l'homme un principe indépendant du corps qui soit le principe de cette opération. Or, une disposition qui est la conséquence du mélange des éléments dépend évidemment du corps. Donc cette disposition n'est pas un principe de même nature que l'intellect possible, puisqu'Aristote nous dit que c'est par l'intellect possible que l'âme raisonne et connaît (9). Donc l'intellect possible n'est pas une disposition.

Si l'on répond que le principe de cette opération qui se fait en nous est l'espèce intelligible que l'intelligence rend actuelle en devenant active, on ne lève pas pour cela la difficulté; car puisque l'homme, après avoir été intelligent en puissance, devient actuellement intelligent, il doit connaître non-seulement par l'espèce intelligible qui le rend actuellement intelligent, mais encore au moyen d'une puissance intellectuelle qui est le principe de l'opération dont nous parlons, ainsi que cela a lieu pour les sens. Or, cette puissance, Aristote l'appelle l'intellect possible. Donc l'intellect possible est indépendant du corps.

D'ailleurs, une espèce ne devient actuellement intelligible qu'autant qu'elle est complétement abstraite de toute existence matérielle. Or, rien de semblable ne peut se réaliser, tandis qu'elle réside dans une puissance matérielle qui a pour causes des principes matériels, ou bien qui est elle-même l'acte d'un organe matériel. Il faut donc nécessairement admettre qu'il y a en nous une puissance intellectuelle mmatérielle qui, est l'intellect possible.

(9) Voyez la note 5 du chap. précédent, p. 84.

---

in qua impossibile est communicare aliquod organum corporeum. Hæc autem operatio attribuitur animæ vel etiam homini; dicitur enim quod anima intelligit vel homo per animam. Oportet igitur aliquod principium in homine esse a corpore non dependens, quod sit principium talis operationis. Præparatio autem sequens commixtionem elementorum a corpore dependet manifeste. Non est igitur præparatio tale principium quale intellectus possibilis; dicit enim Aristoteles (de Anima, III, c. 4) quod intellectus possibilis est quo anima opinatur et intelligit. Non est igitur intellectus possibilis præparatio.

Si autem dicatur quod principium prædictæ operationis in nobis est species intelligibilis facta in actu ab intellectu agente, hoc non videtur sufficere, quia, quum homo de potentia intelligente fiat actu intelligens, oportet quod non solum intelligat per speciem intelligibilem per quam fit actu intelligens, sed per aliquam potentiam intellectivam quæ sit prædictæ operationis principium, sicut et in sensu accidit. Hæc autem potentia ab Aristotele ponitur intellectus possibilis. Intellectus igitur possibilis est non dependens a corpore.

Præterea, species non est intelligibilis actu, nisi secundum quod est depurata ab esse materiali. Hoc autem non potest accidere dum fuerit in aliqua potentia materiali, quæ scilicet sit causata ex principiis materialibus, vel quæ sit actus materialis

7° Aristote met l'intellect possible au nombre des parties de l'âme (10). Or, l'âme n'est pas une disposition, mais un acte; car une disposition n'est autre chose que l'ordre qui existe entre la puissance et l'acte. Cependant cet acte a pour conséquence une disposition à un acte ultérieur; par exemple, ce qui est actuellement diaphane est par cela même coordonné de manière à recevoir actuellement la lumière. Donc l'intellect possible n'est pas la disposition elle-même, mais un acte.

8° L'homme est d'une espèce particulière, et entre dans la nature humaine à raison de la partie de l'âme qui lui est propre, c'est-à-dire de l'intellect possible. Or, ni l'espèce ni la nature d'une chose ne peuvent se déterminer par ce qui n'existe qu'en puissance, mais par ce qui a une existence actuelle. Donc une disposition étant simplement l'ordre qui rattache la puissance à l'acte, il répugne de ne voir dans l'intellect possible qu'une certaine disposition inhérente à la nature humaine.

CHAPITRE LXIII.

L'âme n'est pas le tempérament, comme le veut Galien.

A l'opinion d'Alexandre touchant l'intellect possible se rattache celle

(10) Voyez la note 2 du chap. 59, p. 60.

---

organi. Oportet igitur poni aliquam potentiam intellectivam in nobis immaterialem, quæ est intellectus possibilis.

7° Adhuc, Intellectus possibilis ab Aristotele (de Anima, III, c. 4) dicitur pars animæ. Anima autem non est præparatio, sed actus; preparatio enim est ordo potentiæ ad actum; sequitur tamen ad actum aliqua præparatio ad ulteriorem actum, sicut ad actum diaphaneitatis sequitur ordo ad actum lucis. Intellectus igitur possibilis non est ipsa præparatio, sed actus quidam.

8° Amplius, Homo consequitur speciem et naturam humanam secundum partem animæ sibi propriam, quæquidem est intellectus possibilis. Nihil autem consequitur speciem et naturam secundum quod est in potentia, sed secundum quod est actu. Quum igitur præparatio nihil sit aliud quam ordo potentiæ ad actum, impossibile est quod intellectus possibilis non sit aliud quam præparatio quædam in natura humana exsistens.

CAPUT LXIII.

Quod anima non sit complexio, ut posuit Galenus.

Prædictæ autem opinioni Alexandri de intellectu possibili propinqua est Galeni

du médecin Galien (1) sur l'âme; car il croit que l'âme est le tempérament. Il conçut cette pensée en observant que la différence des tempéraments détermine en nous des passions diverses que l'on attribue à l'âme. Par exemple, ceux qui ont un tempérament bilieux s'irritent facilement, et les hypocondriaques [mélancoliques] sont enclins à la tristesse. On peut combattre cette opinion par les mêmes raisons que nous avons opposées à celle d'Alexandre, et par d'autres plus spéciales. En effet :

1° Nous avons prouvé [ch. 62] que l'opération de l'âme végétative et la connaissance qui nous arrive par les sens dépassent la vertu des qualités actives et passives. Il en est de même, à plus forte raison, de l'intelligence. Or, le tempérament a sa cause dans les qualités actives et passives. Donc le tempérament ne peut être le principe des opérations de l'âme, et conséquemment l'âme ne peut être la même chose que le tempérament.

2° Le tempérament étant le résultat de qualités contraires, et, pour ainsi dire, la moyenne de ces qualités, il ne peut être une forme substantielle; car la substance n'admet aucun principe contraire, et elle n'est susceptible ni de plus ni de moins. Or, l'âme est une forme substantielle et non accidentelle; autrement rien n'appartiendrait par elle à tel genre ou à telle espèce. Donc l'âme n'est pas le tempérament.

3° Le tempérament n'imprime au corps de l'animal aucun mouve-

(1) Galien (*Claudius Galenus*), célèbre médecin, qui vécut sous Antonin, Marc-Aurèle et quelques autres empereurs, naquit à Pergame, vers l'an 131 de Jésus-Christ, et mourut vers l'an 210. Il cultiva les belles-lettres, les mathématiques, la philosophie et surtout la médecine, à laquelle il s'attacha de préférence et qui lui fit une réputation méritée. Il étudia spécialement l'anatomie et commença le premier à faire des dissections. C'est lui qui, après avoir expliqué à ses disciples la structure du corps humain, s'écria : « J'ai chanté le plus bel hymne à l'auteur de la nature. »

---

medici (opinio) de anima; dicit enim animam esse complexionem. Ad hoc autem dicendum motus est per hoc quod videmus ex diversis complexionibus causari in nobis diversas passiones quæ attribuuntur animæ; aliquam enim complexionem habentes, ut cholericam, de facili irascuntur; melancholici vero de facili tristantur. Unde et per easdem rationes hæc opinio improbari potest, per quas improbata est opinio Alexandri, et per aliquas proprias.

1° Ostensum est enim supra (c. 62) quod operatio animæ vegetabilis et cognitio sensitiva excedit virtutem qualitatum activarum et passivarum; et multo magis operatio intellectus. Complexio autem causatur ex qualitatibus activis et passivis. Non potest igitur complexio esse principium operationum animæ. Unde impossibile est quod aliqua anima sit complexio.

2° Adhuc, Complexio quum sit quoddam constitutum ex contrariis qualitatibus quasi medium inter eas, impossibile est quod sit forma substantialis; nam substantiæ nihil est contrarium, nec suscipit magis et minus. Anima autem est forma substantialis et non accidentalis; alias per animam non sortiretur aliquid genus vel speciem. Anima igitur non est complexio.

3° Adhuc, Complexio non movet corpus

ment local; car, s'il en était ainsi, il céderait au mouvement qui lui serait donné par le tempérament dominant, et, par conséquent, il suivrait toujours la même direction [par exemple] de haut en bas. Or, l'âme meut l'animal en tout sens. Donc elle n'est pas le tempérament.

4° L'âme gouverne le corps et résiste aux passions qui ont leur source dans le tempérament; car plusieurs sont, à raison de leur tempérament, plus enclins que d'autres à la concupiscence ou à la colère, et cependant ceux qui le sont davantage parviennent à les surmonter, parce qu'ils ont un frein qui les retient, ainsi que nous le voyons par ceux qui gardent la chasteté. Donc l'âme n'est pas le tempérament.

L'erreur de Galien paraît provenir de ce qu'il n'a pas fait attention que l'on place les passions dans le tempérament sous un rapport, et dans l'âme sous un autre rapport. En effet, on les attribue au tempérament comme au principe de la disposition qui existe. et en envisageant seulement leur côté matériel, comme, par exemple, la chaleur du sang, et d'autres qualités semblables. Mais quand il s'agit de l'âme, on la considère comme la cause principale, et l'on s'arrête à ce qu'il y a de formel dans ces passions, tel qu'est le désir de la vengeance pour la colère.

CHAPITRE LXIV.

L'âme n'est pas une harmonie.

Une autre opinion assez semblable à la précédente, c'est celle qui voit dans l'âme une harmonie. Ses auteurs n'entendent pas par là

---

animalis motu locali; sequeretur enim motum dominantis, et sic semper deorsum ferretur. Anima autem movet animal in omnem partem. Non est igitur anima complexio.

4° Amplius, Anima regit corpus et repugnat passionibus quæ complexionem sequuntur; ex complexione enim aliqui sunt magis aliis ad concupiscentias vel iras apti; qui tamen magis, ab eis abstinent propter aliquid refrenans, ut patet in continentibus. Hoc autem non facit complexio. Non est igitur anima complexio.

Deceptus autem fuisse videtur Galenus ex hoc quod non consideravit aliter passiones attribui complexioni et aliter animæ. Complexioni namque attribuuntur sicut disponenti et quantum ad id quod est materiale in passionibus, sicut fervor sanguinis et hujusmodi; animæ autem, tanquam principali causæ, ex parte ejus quod est in passionibus formale, sicut in ira appetitus vindictæ.

l'harmonie des sons, mais celle que produit l'union des principes contraires dont les corps animés sont composés. Aristote, dans le premier livre *De l'Ame*, paraît l'attribuer à Empédocle; mais saint Grégoire de Nysse en fait honneur à Dinarque (1). Nous avons à lui opposer les mêmes arguments qui détruisent la dernière, et d'autres encore qui lui conviennent plus particulièrement. En effet :

1° Il y a dans tout corps, qui résulte d'un mélange, une harmonie et un tempérament. Or, l'harmonie, de même que le tempérament, est incapable de mouvoir et de diriger le corps, ou bien de résister aux passions; car elle peut être plus ou moins prononcée, comme le tempérament. Ce qui prouve que l'âme n'est pas plus une harmonie qu'un tempérament.

(1) Est quædam opinio de anima tradita, probabilis quidem compluribus, et nulla earum inferior quæ de ipsa dicuntur... Animam enim harmoniam quamdam inquiunt esse : harmoniam namque temperationem esse compositionemque contrariorum dicunt, et corpus ex contrariis compositum esse. Verum enim harmonia quidem ratio quædam eorum est quæ sunt permixta, vel etiam compositio : anima autem neutrum istorum esse potest, ut patet. Præterea harmoniæ non est movere : animæ autem id omnes maxime tribuunt. Accommodatius autem harmonia de sanitate, atque omnino de virtutibus corporis, quam de anima dici potest : atque manifestissimum id erit profecto, si quispiam operationes atque effectus animæ in aliquam harmoniam reducere enitatur : accommodare namque perdifficile est. Præterea in duo respicientes, harmoniam dicere consuevimus, et propriissime quidem earum magnitudinum compositionem, quæ motum habent positionemve, cum adeo sunt conjunctæ ut nihil ejusdem generis inter sese suscipere possint, hinc autem et rerum rationem mixtarum. At neutro profecto modo consentaneum est rationi harmoniam animam appellare. Neque partium corporis compositio facilis admodum inquisitionis, complures namque compositiones sunt, ut patet, et variæ partium. Cujus igitur, aut quonam pacto intellectum aut etiam sensitivum aut appetitivum, compositionem esse putare oportet? Similiter absurdum est sane mixtionis quoque rationem animam esse putare; non enim elementorum mixtio rationem habet eamdem in carne et osse, cæterisque corporis partibus. Fiet igitur ut complures habeat animas per totumque corpus, si partes quidem universæ corporis ex elementis constent permixtis, ratio vero mixtionis harmonia sit, ut inquiunt, animaque. Id etiam quispiam et ab Empedocle non injuria petet (Arist. *De anima*, I, c. 4). — Aristote continue cette démonstration dans le reste du chapitre, et apporte les mêmes raisons qui sont données par saint Thomas.

Il y eut un Dinarque, orateur grec, disciple de Théophraste, qui fut l'ennemi déclaré de Démosthènes et l'accusa de s'être laissé corrompre par l'or d'Harpalus; une pareille accusation dirigée contre lui le força de quitter Athènes, où il revint vers l'an 340 avant Jésus-Christ.

CAPUT LXIV.

Quod anima non sit harmonia.

Similis autem prædictæ positioni est positio dicentium animam esse harmoniam. Non enim intellexerunt animam esse harmoniam sonorum, sed contrariorum ex quibus videbant componi corpora animata. Quæquidem opinio in primo libro de Anima (c. 4) videtur attribui Empedocli; Gregorius autem Nyssenus attribuit eam Dinarcho. Unde et improbatur sicut et præcedens, et adhuc propriis rationibus.

1° Omne enim corpus mixtum harmoniam habet et complexionem; nec harmonia potest movere corpus aut regere ipsum vel repugnare passionibus, sicut et complexio; intenditur etiam et remittitur, sicut et complexio. Ex quibus omnibus ostenditur

2° A raison de sa nature, l'harmonie doit se trouver plutôt entre les qualités corporelles qu'entre celles de l'âme; car la santé est en quelque sorte l'harmonie des humeurs; la force est celle des nerfs et des os; la beauté, celle des membres et des couleurs. Or, nous ne voyons pas quels éléments s'harmonisent dans le sentiment, l'intelligence et les autres facultés de l'âme. Donc l'âme n'est pas une harmonie.

3° Sous le nom d'harmonie, on peut entendre deux choses : la composition elle-même, et la raison de cette composition. Or, l'âme n'est pas une composition; car il faudrait pour cela que chacune de ses parties fût la composition de certaines parties du corps, et c'est ce que l'on ne prétendra pas. Elle n'est pas davantage la raison de la composition; car comme toutes les parties du corps sont composées suivant des raisons ou proportions différentes, elles auraient chacune une âme particulière. Les os, la chair, les nerfs, auraient des âmes diverses, puisqu'ils sont composés d'après des proportions diverses; ce qui est évidemment absurde. Donc l'âme n'est pas une harmonie.

CHAPITRE LXV.

L'âme n'est pas un corps.

Certains philosophes, s'avançant plus loin encore dans la voie de

---

quod anima non sit harmonia, sicut nec complexio.

2° Adhuc, Ratio harmoniæ magis convenit qualitatibus corporis quam animæ; nam sanitas est quædam harmonia humorum; fortitudo nervorum et ossium; pulchritudo membrorum et colorum. Non autem potest assignari qualium harmonia sit sensus aut intellectus et cætera quæ ad animam pertinent. Non est igitur anima harmonia.

3° Amplius, Harmonia dicitur dupliciter : uno modo, ipsa compositio; alio modo, ratio compositionis. Anima autem non est compositio, quia oporteret quod unaquæque pars animæ esset compositio aliquarum partium corporis; quod non est assignare. Similiter non est ratio compositionis, quia, quum in diversis partibus corporis sint diversæ rationes seu proportiones compositionis, singulæ partes corporis haberent singulas animas; aliam enim animam haberet os et caro et nervus, quum sint secundum diversam proportionem composita; quod patet esse falsum. Non est igitur anima harmonia.

CAPUT LXV.

Quod anima non sit corpus.

Fuerunt autem et alii magis errantes, ponentes animam esse corpus; quorum

l'erreur, enseignèrent que l'âme est un corps. Quoiqu'il y ait quelques différences entre leurs opinions respectives, il nous suffira de les réfuter toutes en commun.

1° Les êtres vivants étant des choses naturelles, ils sont composés d'une matière et d'une forme. Ils se composent d'un corps et d'une âme, et c'est cette dernière qui en fait des êtres actuellement vivants. L'un de ces deux éléments doit donc être la forme, et l'autre la matière. Or, le corps ne peut être la forme; car il n'est pas reçu dans un autre comme dans sa matière et son sujet. Donc l'âme sera la forme. Donc elle n'est pas un corps, puisque nul corps n'est une forme.

2° La présence simultanée de deux corps dans le même lieu est impossible. Or, l'âme n'existe pas séparément du corps, tandis que ce dernier a la vie. Donc l'âme n'est pas un corps.

3° Tout corps est divisible. Or, il faut, pour tout ce qui est divisible, un principe qui unisse ses parties et maintienne cette union. Si donc l'âme est un corps, il y aura quelque chose distinct d'elle qui la conservera, et ce devra être de préférence une âme, puisque l'expérience nous prouve que le corps tombe en dissolution lorsque l'âme s'est retirée. Si ce qui la conserve est encore divisible, il faudra nécessairement que l'on arrive à un principe indivisible et incorporel, c'est-à-dire à une âme, ou bien que l'on remonte jusqu'à l'infini; ce qui ne peut se faire. Donc l'âme n'est pas un corps.

4° Ainsi que nous l'avons prouvé [ch. 49] et qu'Aristote le démontre (1), deux choses entrent dans la composition de l'être qui se meut

(1) Id quod a seipso movetur, natura sane movetur, ut animalium unumquodque; animal enim a seipso motu cietur. Ea vero natura moveri dicimus, quorum principium motus in ipsis inest. Quamobrem totum quidem animal natura seipsum movet... Non est obscurum si animal ab aliquo moveatur, sed quonam pacto distinguere oportet id quod movet ipsius, et id quod movetur. Nam ut in navigiis et in hisce quæ non natura

---

opiniones licet fuerint diversæ et variæ, sufficit eas hic communiter reprobare.

1° Viventia enim, quum sint quædam res naturales, sunt composita ex materia et forma. Componuntur autem ex corpore et anima quæ facit viventia actu. Igitur oportet alterum istorum esse formam et alterum materiam. Corpus autem non potest esse forma, quia corpus non est in altero sicut in materia et subjecto. Anima igitur erit forma; ergo non est corpus, quum nullum corpus sit forma.

2° Adhuc, Impossibile est duo corpora esse simul. Anima autem non est seorsum a corpore, dum vivit. Non est igitur anima corpus.

3° Amplius, Omne corpus divisibile est. Omne autem divisibile indiget aliquo continente et uniente partes ejus. Si igitur anima sit corpus, habebit aliquid aliud continens, et illud magis erit anima; videmus enim, anima recedente, corpus dissolvi. Et si hoc iterum sit divisibile, oportebit vel devenire ad aliquod indivisibile et incorporeum, quod erit anima; vel erit in infinitum procedere, quod est impossibile. Non est igitur anima corpus.

4° Item, Sicut supra (c. 49) probatum

lui-même : un moteur exempt de mouvement et le mobile. Or, l'animal se meut lui-même ; son moteur, c'est son âme, et le mobile est le corps. Donc l'âme est un moteur exempt de mouvement. Or, aucun corps n'imprime le mouvement sans être mû lui-même [liv. I, ch. 13]. Donc l'âme n'est pas un corps.

5° Connaître est une action dont le corps est incapable ; c'est ce que nous avons établi [ch. 62]. Or, tel est l'acte de l'âme. Donc l'âme, au moins dans sa partie intellectuelle, n'est pas un corps.

Il est facile de renverser les arguments auxquels on a eu recours pour prouver que l'âme est un corps.

Voici les raisons que donnent les partisans de cette opinion. 1° Le fils ressemble à son père, même dans ce qui est accidentel à l'âme, quoique sa génération soit l'effet d'une action corporelle. 2° L'âme souffre avec le corps. 3° Elle se sépare du corps, et il ne peut y avoir de séparation qu'entre les corps qui sont en contact.

Nous avons déjà observé [ch. 63] que le tempérament est en quelque manière la cause des passions de l'âme, parce qu'il la met dans une certaine disposition. D'un autre côté, si l'âme souffre avec le corps, ce n'est que par accident ; car, puisqu'elle est la forme du corps, elle se meut accidentellement, lorsque le corps est en mouvement. De plus, lorsqu'elle se trouve séparée du corps, ce n'est pas comme l'objet qui touche de celui qui est touché, mais comme la forme se sépare de la matière, quoiqu'une substance incorporelle puisse en un sens toucher un corps, ainsi que nous l'avons montré [ch. 56].

constant, sic et in animalibus quod movet et quod movetur divisum esse videtur : atque hoc pacto totum ipsum animal seipsum motu ciere (Arist. *Phys.* VIII, c. 4).
Voyez aussi la note 2 du ch. 49, p. 15.

---

est, et in octavo Physicorum (c. 4) probatur, omne movens seipsum componitur ex duobus, quorum alterum est movens et non motum, et alterum est motum. Sed animal est movens seipsum ; movens autem in ipso est anima, motum autem corpus. Anima igitur est movens non motum. Nullum autem corpus movet nisi motum, ut supra (l. I, c. 13) probatum est. Anima igitur non est corpus.

5° Præterea, Supra (c. 62) ostensum est quod intelligere non potest esse actio alicujus corporis. Est autem actus animæ. Anima igitur, ad minus intellectiva, non est corpus.

Ea autem quibus aliqui conati sunt probare animam esse corpus facile est solvere.

Ostendunt enim animam esse corpus per hoc quod filius assimilatur patri, etiam in accidentibus animæ, quum tamen filius generetur a patre per decisionem corporalem ; et quia anima compatitur corpori ; et quia separatur a corpore ; separari autem est corporum se tangentium.

Sed contra hoc jam dictum est (c. 63, in calce) quod complexio corporis est aliqualiter causa animæ passionum per modum disponentis ; anima etiam non compatitur corpori nisi per accidens, quia, cum sit forma corporis, movetur per accidens, moto corpore ; separatur etiam anima a corpore, non sicut tangens a tacto, sed sicut forma

Plusieurs ont été portés à adopter ce sentiment, parce qu'ils ont pensé que rien n'existe que ce qui est corporel ; et ceux-là ne surent pas s'élever au-dessus de l'imagination, qui ne s'exerce que sur les corps.

Cette opinion se trouve exprimée dans ce passage où l'Écriture parle des insensés qui disent que l'âme est *une vapeur et un souffle dans nos narines, et la parole une étincelle qui remue notre cœur* (2).

CHAPITRE LXVI.

Réfutation de ceux qui font une même chose de l'intelligence et du sentiment.

Quelques philosophes anciens (1) ont imaginé un système qui se

(2) Voici avec plus d'étendue le texte de la Vulgate : « Dixerunt enim cogitantes apud se non recte : Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis : quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus : quoniam fumus flatus est in naribus nostris ; et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum ; qua extincta, cinis erit corpus nostrum ; et spiritus diffundetur tanquam mollis aer, et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur quæ fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata (*Sap.* II, 1, 2, 3). »

(1) Veteres idem esse sapere sentireque censent, quemadmodum et Empedocles dixit :

Ad præsens hominum crescit sapientia semper.

Et alio rursus in loco :

Hinc varia his semper prudentia somnia monstrat.

Idem et Homerus his carminibus sensisse videtur.

Tales namque insunt mentes mortalibus ipsis,
Quales quotidie summi fert rector Olympi.

Τοῖος γὲ νόος ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρωπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Etenim omnes hi putant ipsum intelligere corporis esse, perinde atque ipsum sentire (Arist. *De anima,* III, c. 3).

---

a materia, quamvis et aliquis tactus sit incorporei ad corpus, ut supra (c. 56) ostensum est.

Movit etiam ad hanc positionem multos, quia crediderunt quod non est corpus non esse, imaginationem transcendere non valentes, quæ solum circa corpora versatur.

Unde hæc opinio ex persona insipientium proponitur, dicentium de anima : *Fumus et flatus est in naribus nostris, et sermo scintillæ ad movendum cor* (*Sap.* II, 2).

CAPUT LXVI.

Contra ponentes intellectum et sensum esse idem.

His autem propinquum fuit quod quidam antiquorum philosophorum intellectum a sensu non differre opinabantur ; quodquidem impossibile est.

1° Sensus enim in omnibus animalibus invenitur. Alia autem animalia ab homine

rapproche assez de ceux que nous venons de combattre. Selon eux, il n'y a aucune différence entre l'intelligence et le sentiment (2); ce qui est inadmissible. En effet :

1° Tous les animaux sont doués de sentiment, et ceux qui sont distincts de l'homme sont dépourvus d'intelligence. Ce qui le prouve, c'est que leurs opérations, toujours les mêmes, ne sont jamais opposées, comme celles des êtres intelligents; mais ils se laissent mouvoir conformément aux lois de leur nature. D'où il suit que chaque espèce a des opérations déterminées et uniformes. Par exemple, toutes les hirondelles construisent leur nid de la même manière. Donc l'intelligence et le sentiment ne sont pas une même chose.

2° L'individu seul peut être connu par les sens; car toute puissance sensitive connaît au moyen des espèces individuelles, puisqu'elle reçoit les espèces des choses dans les organes corporels. Or, l'intelligence a la faculté de connaître l'universel : c'est une vérité d'expérience. Donc il y a une différence entre l'intelligence et le sentiment.

3° La connaissance acquise par le sentiment ne va pas au-delà des objets corporels. Cela est évident, parce que les qualités sensibles, qui sont les objets propres des sens, n'ont pas d'autres sujets que les corps, et le sentiment ne connaît rien sans elles. Or, l'intelligence connaît ce qui est incorporel, comme la sagesse, la vérité et les relations des choses. Donc il n'y a pas identité entre l'intelligence et le sentiment.

4° Aucun sens n'a la conscience de lui-même et de son opération. Ainsi la vue ne se voit pas elle-même et ne voit pas qu'elle voit; mais cette connaissance appartient à une puissance plus élevée, comme

(2) Saint Thomas, indique ici sous le nom de sentiment, la faculté de sentir ou d'éprouver les sensations dont les sens sont les organes.

---

intellectum non habent; quod ex hoc apparet quia non operantur diversa et opposita, quasi intellectum habentia, sed sicut a natura mota ad determinatas quasdam operationes et uniformes in eadem specie, sicut omnis hirundo similiter nidificat. Non est igitur idem intellectus et sensus.

2° Adhuc, sensus non est cognoscitivus nisi singularium; cognoscit enim omnis sensitiva potentia per species individuales, quum recipiat species rerum in organis corporalibus. Intellectus autem est cognoscitivus universalium, ut per experimentum patet. Differt igitur intellectus a sensu.

3° Amplius, Cognitio sensus non se extendit nisi ad corporalia; quod ex hoc patet quod qualitates sensibiles, quæ sunt propria objecta sensuum, non sunt nisi in corporalibus; sine eis autem sensus nihil cognoscit. Intellectus autem cognoscit incorporalia, sicut sapientiam, veritatem et relationes rerum. Non est igitur idem intellectus et sensus.

4° Item, Nullus sensus seipsum cognoscit nec suam operationem; visus enim non videt seipsum nec videt se videre; sed hoc superioris potentiæ est, ut probatur in secundo de Anima. Intellectus autem cognoscit seipsum et cognoscit se intelligere. Non est igitur idem intellectus et sensus.



Aristote le démontre. Or, l'intelligence se connaît elle-même et sait qu'elle connaît. Donc l'intelligence n'est pas le sentiment.

5° L'excellence de l'objet sensible produit une altération dans le sens qui en est affecté, tandis que l'excellence de l'objet intelligible n'en cause aucune dans l'intelligence, et que même celui qui parvient à saisir les êtres les plus relevés possède ensuite une connaissance plus parfaite des êtres inférieurs. Donc la puissance sensitive et la puissance intellectuelle sont deux puissances distinctes (3).

CHAPITRE LXVII.

Réponse à ceux qui prétendent que l'intellect possible est l'imagination.

Plusieurs auteurs ont émis une opinion qui a quelque affinité avec la précédente(1); car ils prétendent que l'intellect possible n'est autre chose que l'imagination. Ils sont manifestement dans l'erreur. Car :

1° Les animaux distincts de l'homme ont une imagination, et ils nous en donnent une preuve lorsqu'ils prennent la fuite ou se mettent à la poursuite des objets sensibles qui s'éloignent d'eux; ce qui n'aurait pas lieu s'ils ne continuaient pas de saisir par l'imagination ces objets. Or, ils sont complétement privés d'intelligence, puisqu'on ne

(3) Voyez la note 4 du chap. 62, p. 87.
(1) Averrhoès attribue cette opinion à Abu-Bakr, qui fut le beau-père et le succes-

---

5° Præterea, Sensus corrumpitur ab excellenti sensibili. Intellectus autem non corrumpitur ab intelligibilis excellentia; quin imo qui intelligit majora potest melius postmodum minora intelligere. Est igitur alia virtus sensitiva et intellectiva.

CAPUT LXVII.

Contra ponentes intellectum possibilem esse imaginationem.

Huic autem opinioni affine fuit quod quidam posuerunt, intellectum possibilem non esse aliud quam imaginationem; quodquidem patet esse falsum.

1° Imaginatio enim est etiam in aliis animalibus; cujus signum est quod, abeuntibus sensibilibus, fugiunt vel persequuntur ea; quod non esset, nisi in eis imaginaria apprehensio sensibilium remaneret. Intellectus autem in eis non est, quum nullum opus intellectus in eis appareat. Non est igitur idem intellectus et imaginatio.

2° Adhuc, Imaginatio non est nisi corporalium et singularium, quum phantasia sit motus factus a sensu secundum actum,

remarque en eux aucune des opérations propres à cette faculté. Donc l'intelligence et l'imagination ne sont pas une même chose.

2° L'imagination n'a pas d'autres objets que les êtres corporels et individuels, puisque la formation de l'image n'est qu'un mouvement actuellement produit par la sensation, comme Aristote le remarque (2). Or, l'intelligence connaît l'universel et ce qui est incorporel. Donc l'intellect possible n'est pas l'imagination.

3° Le moteur et le mobile ne peuvent se confondre en un seul. Or, le Philosophe enseigne que le mouvement de l'intellect possible a pour cause les images, de même que la sensation vient des objets sensibles (3). Donc il répugne que l'intellect possible et l'imagination soient une même chose.

4° Aristote prouve au troisième livre *De l'Ame* que l'intelligence n'est pas l'acte d'une certaine partie du corps (4). Or, l'imagination a dans le corps un organe déterminé. Donc l'imagination et l'intellect possible ne sont pas une faculté unique.

C'est pourquoi il est dit dans les livres saints : *Dieu nous a faits plus éclairés que les brutes qui sont sur la terre et plus instruits que les oiseaux du ciel* (Job, XXXV, 11). Ce passage nous donne à entendre que l'homme est doué d'une certaine faculté de connaître supérieure au sentiment et à l'imagination, qui sont communs à tous les animaux.

seur de Mahomet. Omar se déclara pour lui et le fit reconnaître pour calife ou vicaire du Prophète. Peu de temps après avoir remporté une victoire sur l'armée de l'empereur Héraclius, il mourut et fut enseveli à Médine, l'an 634. — Au témoignage de saint Thomas (II *Sent.* d. 17, q. 2, a. 1), cette opinion fut aussi partagée par le philosophe Avempace.

(2) Imaginatio diversa est a sensu menteque : atque neque hæc fit sine sensu... Si imaginatio, id est phantasia, sit id quo visum phantasmaque aliquod in nobis dicimus fieri, et non aliud quicquam quod per translationem hoc eodem nomine nuncupetur, ipsa profecto una quædam est potentiarum earum aut habituum quibus discernimus et aut vere percipimus aut falso (Arist. *De anima*, III, c. 3).

(3) Voyez la note 12 du chap. 60, p. 73.

(4) Sensitivum non est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anima*, III, c. 4).

---

ut dicitur in tertio de Anima (c. 3). Intellectus autem universalium et incorporalium est. Non est igitur intellectus possibilis imaginatio.

3° Amplius, Impossibile est idem esse movens et motum. Sed phantasmata movent intellectum possibilem, sicut sensibilia sensum, ut Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 3 et 4). Impossibile est igitur quod sit idem intellectus possibilis et imaginatio.

4° Præterea, Probatum est, in tertio de Anima (c. 4), quod intellectus non est actus alicujus partis corporis. Imaginatio autem habet organum corporale determinatum. Non est igitur idem imaginatio et intellectus possibilis.

Hinc est quod dicitur : *Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos* (*Job*, XXXV, 11); per quod datur intelligi quod hominis est aliqua virtus cognoscitiva supra sensum et imaginationem quæ sunt in aliis animalibus.

CHAPITRE LXVIII.

Comment une substance intellectuelle peut être la forme d'un corps.

Toutes les raisons que nous avons apportées jusqu'ici nous autorisent à conclure qu'une substance intellectuelle peut être unie à un corps comme sa forme.

En effet, si la substance intellectuelle n'est pas unie au corps seulement en qualité de moteur, comme le veut Platon [ch. 57]; s'il est vrai que leur union n'a pas pour unique cause les images, ainsi que le prétend Averrhoès [ch. 60], mais que cette substance est une forme; d'autre part, si l'intelligence, au moyen de laquelle l'homme connaît, n'est pas une simple disposition de la nature humaine, selon que l'imagine Alexandre [ch. 62]; ni le tempérament, comme le croit Galien [ch. 63], ni une harmonie, conformément à l'opinion d'Empédocle [ch. 64], ni enfin, ainsi qu'il a plu aux anciens de le dire, un corps, ou le sentiment, ou l'imagination [ch. 65, 66 et 67], il faut nécessairement admettre que l'âme humaine est une substance intellectuelle, qui est unie au corps comme sa forme. Nous pouvons le démontrer de cette manière :

Deux conditions doivent se réaliser pour qu'une chose devienne la forme substantielle d'une autre. La première, c'est que la forme soit pour son sujet le principe d'une existence substantielle. Il s'agit ici, non du principe effectif, mais du principe formel en vertu duquel une chose est un être et en reçoit la dénomination. Cette première condi-

---

CAPUT LXVIII.

Qualiter substantia intellectualis possit esse corporis forma.

Ex præmissis igitur rationibus concludere possumus quod intellectualis substantia potest corpori uniri ut forma.

Si enim substantia intellectualis non unitur corpori solum ut motor, ut Plato posuit (c. 57); neque continuatur ei solum per phantasmata, ut dixit Averrhoes (c. 60), sed ut forma; neque tamen intellectus, quo homo intelligit, est præparatio in humana natura, ut dixit Alexander (c. 62); neque complexio, ut Galenus (c. 63); neque harmonia, ut Empedocles (c. 64); neque corpus vel sensus vel imaginatio, ut antiqui dixerunt (c. 65, 66 et 67); relinquitur quod anima humana sit intellectualis substantia corpori unita ut forma; quodquidem sic potest fieri manifestum :

Ad hoc enim quod aliquid sit forma substantialis alterius, duo requiruntur. Quorum unum est ut forma sit principium essendi substantialiter ei cujus est forma; principium autem dico non effectivum, sed formale, quo aliquid est et denominatur ens. Unde sequitur aliud, scilicet quod forma et materia conveniant in uno *esse;* quod non

tion a pour conséquence la seconde, savoir que la forme et la matière doivent se réunir dans un *être* [ou existence] unique; ce qui ne peut avoir lieu pour le principe effectif et la chose à laquelle il donne l'existence. C'est à raison de cet *être* que subsiste la substance composée, qui est une quant à l'être, quoiqu'elle soit le résultat d'une matière et d'une forme. Quoique la substance intellectuelle soit subsistante [ch. 56], cela ne l'empêche pas d'être le principe formel de l'existence de la matière, comme lui communiquant son être; car il ne répugne en aucune façon qu'une même chose soit l'*être* dans lequel le composé subsiste, et aussi la forme elle-même, parce que le composé n'est tel qu'en vertu de la forme et qu'ils ne peuvent subsister séparément l'un de l'autre.

On peut nous objecter qu'une substance intellectuelle ne saurait communiquer son *être* à une matière corporelle, de telle sorte qu'il n'y ait pour toutes les deux qu'un seul *être;* car le mode d'existence varie avec le genre, et l'*être* le plus noble appartient à la substance la plus relevée.

Cela serait vrai s'il y avait identité quant au mode entre l'*être* de la matière et celui de la substance intellectuelle. Mais il n'en est pas ainsi; car l'*être* de la matière corporelle est comme celui d'un sujet qui reçoit quelque chose et se trouve élevé jusqu'à une autre substance qui l'emporte sur lui en noblesse, tandis qu'en le prenant dans la substance intellectuelle, il faut considérer cette dernière comme un principe à qui cet *être* convient à raison de sa propre nature. Donc rien ne s'oppose à ce qu'une substance intellectuelle, qui est l'âme humaine, soit la forme du corps humain.

Ceci nous conduit à considérer la manière admirable dont les êtres

---

contingit de principio effectivo cum eo cui dat *esse;* et hoc *esse* est in quo subsistit substantia composita, quæ est una secundum *esse* ex materia et forma constans. Non autem impeditur substantia intellectualis, per hoc quod est subsistens, ut probatum est (c. 56), esse formale principium essendi materiæ, quasi esse suum communicans materiæ; non est enim inconveniens quod idem sit esse in quo subsistit compositum et forma ipsa, quum compositum non sit nisi per formam, nec seorsum utrumque subsistat.

Potest autem objici quod substantia intellectualis esse suum materiæ corporali communicare non possit, ut sit unum esse substantiæ intellectualis et materiæ corporalis; diversorum enim generum est diversus modus essendi, et nobilioris substantiæ nobilius esse.

Hoc autem convenienter diceretur, si eodem modo illud esse materiæ esset sicut esse substantiæ intellectualis. Non est autem ita; est enim (esse) materiæ corporalis ut recipientis et subjecti ad aliquid altius elevati, substantiæ autem intellectualis ut principii et secundum propriæ naturæ congruentiam. Nihil igitur prohibet substantiam intellectualem esse formam corporis humani, quæ est anima humana.

Hoc autem modo mirabilis rerum connexio considerari potest. Semper enim invenitur

s'enchaînent. Nous voyons, en effet, que toujours le dernier de ceux qui appartiennent à un genre plus élevé touche au premier du genre inférieur. Par exemple, la vie de certains animaux qui sont placés au degré le plus bas dans leur genre ne l'emporte que de très peu sur la vie des plantes. Tels sont les polypes (1), qui restent immobiles, n'ont d'autre sens que le toucher et demeurent, comme les plantes, attachés à la terre. C'est ce qui fait dire à saint Denys que « la divine sagesse « unit ensemble les derniers des êtres supérieurs et les premiers des « êtres inférieurs » (2). Nous avons donc, dans le genre des corps, le corps humain, composé d'éléments entre lesquels il y a une affinité qui touche à l'être le moins noble du genre précédent, c'est-à-dire à l'âme hu-

(1) Quoique le mot *ostrea*, pris dans son acception ordinaire, signifie généralement tous les poissons à coquillage, nous le traduisons ici par *polypes*, à cause de cette phrase : *quæ terræ in modum plantarum affiguntur*, qui ne paraît s'appliquer qu'à ces derniers.

(2) Si l'on remonte graduellement des effets les plus vils à la première de toutes les causes, on remarque qu'il n'y a jamais de transition brusque d'un genre à l'autre. Toute substance est esprit ou matière, simple, organique ou non organisée. Dieu est la première et la plus élevée de toutes les intelligences; il vit de sa vie propre. Après lui viennent de purs esprits qui lui sont inférieurs. La vie qu'ils ont reçue est tout intellectuelle; mais ils la possèdent par participation et à des degrés divers, qui correspondent à la place qu'ils occupent dans la hiérarchie céleste. L'âme humaine vient au dernier degré des intelligences; elle est unie à un corps uniquement composé de matière, et cette union constitue l'essence de l'homme. Les autres animaux paraissent aussi avoir des âmes; mais elles sont purement sensitives : chez eux l'intelligence est remplacée par l'instinct. Un reste de vie se remarque dans les plantes; mais ce n'est qu'une vie végétative, et le polype, et généralement tous les zoophytes, qui par leur nature tiennent en même temps de l'animal et de la plante, sont placés sur les confins des deux règnes comme le trait d'union qui rattache ces deux genres, de même que l'homme est le trait d'union de l'esprit et de la matière, et le singe, en qui l'instinct est le plus développé, celui de l'animal raisonnable et de l'animal sans raison. Certaines plantes marines semblent tenir le milieu entre les végétaux et les corps inorganiques. Parmi ces derniers, les uns ont une sorte d'activité, comme tous les dissolvants, et les autres sont complétement inertes, c'est-à-dire privés de l'apparence même de la vie. — Si l'on voulait pousser plus loin cet examen, on verrait que ces transitions souvent peu sensibles entre les divers genres se retrouvent également entre les espèces qui les divisent.

Est agnoscenda (divina sapientia) quoniam ipsa, secundum Scripturam, est omnium effectrix, quæque semper *erat cuncta componens* (*Prov.* VIII, 30), et indissolubilis rerum omnium connexionis ordinisque causa, semperque fines præcedentium cum principiis sequentium connectit, unicamque totius universi concordiam et consonantiam concinnat (S. Dionys. *De div. nom.* c. 7).

---

infimum supremi generis contingere supremum inferioris generis; sicut quædam infima in genere animalium parum excedunt vitam plantarum, sicut ostrea quæ sunt immobilia et solum tactum habent et terræ in modum plantarum affiguntur; unde et beatus Dionysius dicit (de Divinis Nomin., c. 7) quod « divina sapientia conjungit fines « superiorum principiis inferiorum. » Est igitur accipere aliquid in genere corporum, scilicet corpus humanum, æqualiter complexionatum, quod attingit ad infimum superioris generis, scilicet ad animam humanam quæ tenet ultimum gradum in genere intellectualium substantiarum, ut ex modo intelligendi percipi potest. Et inde est quod anima intellectualis dicitur esse quasi quidam horizon et confinium corporeorum

maine, laquelle tient le dernier degré dans le genre des substances intellectuelles, ainsi que le prouve la manière dont elle connaît. C'est pour cette raison qu'on dit que l'âme est, en quelque sorte, l'horizon et la limite qui sépare les êtres corporels et incorporels, parce qu'étant une substance incorporelle, elle est cependant la forme d'un corps. L'unité qui résulte de l'union d'une substance intellectuelle et d'une matière corporelle n'est pas moins parfaite que celle de la forme du feu et de sa matière. Elle est même plus complète, parce que plus la forme l'emporte sur la matière, et plus l'être que produit leur union est parfaitement un.

Quoique la forme et la matière aient un même *être*, il ne s'ensuit pas nécessairement que la matière doit toujours égaler l'*être* de la forme; et même plus la forme est noble, et plus elle dépasse la matière à raison de son *être*. Cela est évident pour quiconque examine avec attention les opérations qui ont les formes pour principes; car c'est par ces opérations que nous découvrons la nature de ces dernières. Tout être, en effet, opère parce qu'il existe; d'où il suit que la forme, dont l'opération n'est plus en rapport avec la condition de la matière, s'élève elle-même au-dessus de la matière par la noblesse de son *être*. C'est pour cela que certaines formes infinies ne sont capables que des opérations auxquelles s'étendent les qualités qui sont simplement des dispositions de la matière. Du nombre de ces qualités sont : le chaud et le froid, l'humidité et la sécheresse, la raréfaction et la densité, la pesanteur et la légèreté, et d'autres semblables, comme les formes des éléments. C'est pourquoi ces formes sont purement matérielles et entièrement confondues avec la matière.

Au-dessus de ces formes viennent celles des corps mixtes. Quoique celles-ci ne soient pas [par elles-mêmes] dans les conditions requises

---

et incorporeorum, in quantum est substantia incorporea, corporis tamen forma. Non autem minus est aliquid unum ex substantia intellectuali et materia corporali quam ex forma ignis et ejus materia; sed forte magis, quia quanto forma magis vincit materiam, tanto ex ea et materia magis efficitur unum.

Quamvis autem sit unum esse formæ et materiæ, non tamen oportet quod materia semper adæquet esse formæ; imo quanto forma est nobilior, tanto in suo esse semper excedit materiam; quod patet inspicienti operationes formarum, et quarum consideratione earum naturas cognoscimus. Unumquodque enim operatur secundum quod est; unde forma cujus operatio excedit conditionem materiæ, et ipsa, secundum dignitatem sui esse, superexcedit materiam. Invenimus enim aliquas infimas formas, quæ in nullam operationem possunt nisi ad quam se extendunt qualitates quæ sunt dispositiones materiæ, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, rarum, densum, grave et leve, et his similia, sicut formæ elementorum; unde istæ sunt formæ omnino materiales et totaliter immersæ materiæ.

Super has inveniuntur formæ mixtorum corporum, quæ, licet non se extendant ad aliqua operata quæ non possunt compleri

pour produire certains effets que les qualités précédentes sont hors d'état de réaliser, elles parviennent cependant quelquefois à le faire avec le secours d'une vertu corporelle plus élevée, dont le principe est dans les corps célestes, à raison de leur espèce. C'est ainsi que l'aimant attire le fer.

Ces dernières se trouvent dépassées à leur tour par certaines formes dont les opérations comprennent des effets qui excèdent la vertu des qualités dont nous avons parlé, quoique ces qualités organiques servent à rendre plus faciles leurs opérations. Telles sont les âmes des plantes, qui ont quelque ressemblance, non-seulement avec les vertus des corps célestes, en ce qu'elles sont supérieures aux qualités actives et passives, mais encore aux moteurs des corps célestes eux-mêmes, en ce qu'elles sont les principes du mouvement pour des êtres vivants qui se meuvent eux-mêmes.

Il y a encore au-dessus de ces formes d'autres formes qui ressemblent aux substances supérieures, non-seulement parce qu'elles donnent le mouvement, mais sous un certain rapport, parce qu'elles connaissent. Il en résulte qu'elles sont capables d'opérations pour lesquelles les qualités organiques ne leur sont d'aucun secours, puisque les opérations de ce genre ne se produisent complétement qu'au moyen d'un organe corporel. Les formes qui ont ce caractère sont les âmes des animaux sans raison. En effet, sentir et imaginer sont des opérations dont la perfection n'est pas le résultat direct de l'échauffement et du refroidissement, quoique ces deux choses soient nécessaires pour mettre l'organe dans la disposition où il doit être.

Enfin il existe une forme qui domine toutes celles que nous avons énumérées, et qui est semblable aux substances supérieures, même quant au genre de connaissance, qui est celui qui appartient en propre

---

per qualitates prædictas, interdum tamen operantur illos effectus altiori virtute corporali, quam tamen sortiuntur ex corporibus cœlestibus, quæ consequitur eorum speciem, sicut adamas trahit ferrum.

Super has iterum inveniuntur aliquæ formæ quarum operationes extenduntur ad aliqua operata quæ excedunt virtutem qualitatum prædictarum, quamvis qualitates prædictæ organicæ ad harum operationes deserviant; sicut sunt animæ plantarum, quæ etiam assimilantur non solum virtutibus corporum cœlestium in excedendo qualitates activas et passivas, sed etiam ipsis motoribus corporum cœlestium, in quantum sunt principia motus rebus viventibus quæ movent seipsas.

Super has formas inveniuntur aliæ formæ similes superioribus substantiis, non solum in movendo, sed etiam aliqualiter in cognoscendo; et sic sunt potentes in operationes ad quas nec organicæ qualitates prædictæ deserviunt, quum operationes hujusmodi non compleantur nisi mediante organo corporali, sicut sunt animæ brutorum animalium; sentire enim et imaginari non complentur calefaciendo et infrigidando, licet hæc sint necessaria ad debitam organi dispositionem.

Super omnes autem has formas invenitur

à l'intelligence. Celle-là est capable d'une opération qui se complète sans le concours d'aucun organe corporel. Cette forme est l'âme intellectuelle; car la connaissance qui est dans l'intelligence est indépendante de tout organe corporel.

La conséquence qui découle de ceci, c'est que le principe en vertu duquel l'homme connaît, principe qui est l'âme intelligente et dont la condition est supérieure à celle de la matière corporelle, ne peut être circonscrit par la matière ou confondu avec elle, ainsi que cela a lieu pour les autres formes matérielles. Nous en avons une preuve dans son opération intellectuelle, à laquelle la matière corporelle ne participe aucunement. Cependant, comme l'âme humaine a besoin pour connaître actuellement de certaines puissances, comme l'imagination et le sentiment, qui opèrent au moyen des organes du corps, nous voyons par là même qu'elle est unie naturellement au corps pour compléter l'espèce humaine.

CHAPITRE LXIX.

Réponse aux arguments par lesquels on veut établir qu'une substance intellectuelle ne peut être unie à un corps comme sa forme.

Après avoir ainsi envisagé la question, il nous sera facile de donner une solution aux difficultés que nous avons vu soulever plus haut [ch. 56] contre l'union dont il s'agit. En effet :

---

forma similis superioribus substantiis, etiam quantum ad genus cognitionis, quod est intelligere; et sic est potens in operationem quæ completur absque organo corporali omnino; et hæc est anima intellectiva; nam intelligere non fit per organum corporale.

Unde oportet quod id principium quo homo intelligit, quod est anima intellectiva et excedit materiæ conditionem corporalis, non sit totaliter comprehensum a materia aut ei immersum, sicut aliæ formæ materiales; quod ejus operatio intellectualis ostendit, in qua non communicat materia corporalis. Quia tamen ipsum intelligere animæ humanæ indiget potentiis quæ per quædam organa corporalia operantur, scilicet imaginatione et sensu, ex hoc ipso declaratur quod naturaliter unitur corpori ad complendam speciem humanam.

CAPUT LXIX.

Solutio rationum quibus supra probatur quod substantia intellectualis non potest corpori uniri ut forma.

His autem consideratis, non est difficile solvere quæ contra prædictam unionem supra posita sunt (c. 56).

1° Le premier argument suppose vrai ce qui est faux. Le corps et l'âme ne sont pas deux substances qui ont une existence actuelle; mais il résulte de leur union une substance actuellement existante. Car le corps humain n'est pas actuellement le même lorsque l'âme est présente et lorsqu'elle est absente; mais c'est l'âme qui lui donne son actualité.

2° On objecte en second lieu que la forme et la matière sont comprises dans le même genre. Cela n'est pas vrai en ce sens que chacune est une espèce d'un même genre, mais en ce qu'elles sont les principes d'une même espèce. Ainsi donc une substance intellectuelle et un corps qui, s'ils existaient séparément, formeraient des espèces appartenant à divers genres, une fois réunis, sont dans le même genre comme ses principes.

3° De ce que l'*être* de la substance intellectuelle se trouve dans la matière, on ne doit pas en conclure, comme on le fait dans le troisième argument, que cette substance est une forme matérielle; car elle n'est pas dans la matière comme si elle était confondue avec cette dernière ou complétement circonscrite par elle, mais elle s'y trouve d'une autre manière, ainsi que nous l'avons dit [ch. 68].

4°. En disant qu'une substance intellectuelle est unie à un corps comme sa forme, nous ne sommes pas en contradiction avec les philosophes qui enseignent que l'intelligence est distincte du corps (1). C'est la quatrième raison de nos adversaires. Il y a, en effet, deux choses à considérer dans l'âme : son essence et sa puissance. Par son essence, elle donne l'*être* à tel corps et, à raison de sa puissance, elle réalise les opérations qui lui sont propres. Si donc l'opération de l'âme

(1) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

1° In prima enim ratione falsum supponitur; non enim corpus et anima sunt duæ substantiæ actu exsistentes, sed ex eis duobus fit una substantia actu exsistens; corpus enim hominis non est idem actu, præsente anima et absente, sed anima facit ipsum actu esse.

2° Quod autem secundo objicitur, formam et materiam in eodem genere contineri, non sic verum est quasi utrumque sit species unius generis, sed quia sunt principia ejusdem speciei. Sic igitur substantia intellectualis et corpus, quæ, seorsum exsistentia, essent diversorum generum species, prout uniuntur, sunt unius generis, ut principia.

3° Non autem oportet substantiam intellectualem esse formam materialem, quamvis esse ejus sit in materia, ut tertia ratio procedebat; non enim est in materia sicut materiæ immersa vel a materia totaliter comprehensa, sed alio modo, ut dictum est (c. 68).

4° Nec tamen, per hoc quod substantia intellectualis unitur corpori ut forma, removetur quod a philosophis dicitur (de Anima, III, c. 4), intellectum esse a corpore separatum; et est quarta ratio. Est enim in anima considerare et ipsius essentiam et potentiam ejus. Secundum essentiam quidem suam, dat esse tali corpori; secundum potentiam vero, operationes proprias efficit.

se complète au moyen d'un organe corporel, la puissance de l'âme, qui est le principe de cette opération, sera l'acte de la partie du corps par laquelle son opération se complète. C'est ainsi que la vue est l'acte de l'œil. Si, au contraire, son opération se complète sans le secours d'un organe corporel, sa puissance ne sera pas l'acte d'un corps. C'est précisément ce qui nous fait affirmer que l'intelligence est séparée. Mais nous ne l'entendons pas en ce sens que la substance de l'âme, dont l'intelligence est la puissance, ou que l'âme intelligente soit l'acte du corps et comme la forme qui donne l'*être* à tel corps.

5° Si l'âme est, à raison de sa substance, la forme du corps, il ne s'ensuit pas rigoureusement, comme on voudrait le prouver en cinquième lieu, que toutes ses opérations se font par le moyen du corps, ni conséquemment que toute vertu de l'âme est l'acte d'un corps. Nous avons prouvé [ch. 68] que l'âme n'est pas une forme telle qu'elle soit complétement confondue avec la matière, mais que de toutes les formes c'est celle qui s'élève le plus au-dessus de la matière. D'où il résulte qu'elle peut réaliser ses opérations sans le secours du corps, c'est-à-dire qu'elle ne dépend pas plus du corps, lorsqu'elle opère, qu'elle n'en dépend pour exister.

Il est évident, par cela même, que toutes les raisons apportées par Averrhoès, pour défendre son opinion, sont loin de prouver qu'aucune substance intellectuelle n'est unie à un corps comme sa forme. En effet :

1° Ce que dit Aristote de l'intellect possible, qu'il est impassible, exempt de tout mélange et séparé (2), ne nous oblige point à convenir qu'il n'est pas de substance intellectuelle qui soit unie à un corps

(2) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60; et la note 4 du ch. 62, p. 87.

Si igitur operatio animæ per organum corporale completur, oportet quod potentia animæ, quæ est illius operationis principium, sit actus illius partis corporis per quam operatio ejus completur, sicut visus est actus oculi. Si autem operatio ejus non compleatur per organum corporale, potentia ejus non erit actus alicujus corporis; et per hoc dicitur intellectus esse separatus, non quin substantia animæ, cujus est potentia intellectus, nec anima intellectiva sit corporis actus ut forma dans tali corpori esse.

5° Non est autem necessarium, si anima secundum suam substantiam est forma corporis, quod omnis ejus operatio sit per corpus, ac per hoc omnis ejus virtus sit alicujus corporis actus, ut quinta ratio procedebat. Jam enim ostensum est (c. 68) quod anima humana non sit talis forma quæ sit totaliter immersa materiæ, sed est inter omnes alias formas maxime supra materiam elevata; unde et operationem producere potest absque corpore, id est quasi non dependens a corpore in operando, quia nec etiam in essendo dependet a corpore.

Eodem etiam modo patet quod ea quibus Averrhoes suam opinionem confirmare nititur non probant substantiam intellectualem corpori non uniri ut formam.

1° Verba enim Aristotelis, quæ dicit (de Anima, III, c. 4 et 5) de intellectu possibili,

comme la forme qui lui donne l'*être*. Sa proposition est vraie, lors même que l'on affirme que la puissance de connaître, que le Philosophe appelle *faculté de considérer* (3), n'est pas l'acte d'un certain organe qui lui sert de moyen pour son opération. C'est ce qui ressort de sa démonstration; car pour prouver que l'intellect possible est exempt de mélange ou séparé, il s'appuie sur la nature de l'opération intellectuelle. Or, l'opération dépend de la puissance comme de son principe.

2° Il est donc évident maintenant que la démonstration d'Aristote ne nous amène pas à conclure qu'aucune substance douée de la faculté de connaître n'est unie à un corps en qualité de forme. Car si nous affirmons que la substance de l'âme est ainsi unie au corps, sous le rapport de l'*être*, et que l'intelligence n'est l'acte d'aucun organe, il ne s'ensuit pas que l'intelligence a une certaine nature déterminée [il s'agit ici des natures des objets sensibles], puisque nous ne la considérons pas comme une harmonie ou la raison [constitutive] de tel organe, ainsi que le sentiment qui, selon le Philosophe, est en quelque sorte la raison de l'organe (4); car l'intelligence n'a pas d'opération qui lui soit commune avec le corps.

3° Quand Aristote nous dit que l'intellect est sans mélange ou séparé,

(3) Voyez la note 2 du ch. 61, p. 83.

(4) Sensus id est quod sensibiles sine materia formas suscipere potest, perinde atque annuli signum sine ferro vel auro suscipit cera; suscipit autem æneum vel aureum signum, sed non ut æs aut aurum, neque ut signum est aureum æneumve. Simile patitur et sensus uniuscujusque sensibilis modo, ab eo quod habet colorem, aut sonum, aut saporem, sed non ut unumquodque illorum dicitur, sed ut est tale et ratione. Instrumentum autem id sensus est primum, in quo est talis vis atque potentia collocata. Atque sunt idem, ratio vero non est eadem, sed diversa; nam id quod sentit aliqua est magnitudo, non tamen ratio sensitivi; neque sensus est magnitudo, sed est quædam ratio potentiaque illius (Arist. *De anima*, II, c. 12).

---

quod est impassibilis et immixtus et separatus, non cogunt confiteri quod substantia intellectiva non sit unita corpori ut forma dans esse. Verificantur enim, etiam si dicatur quod intellectiva potentia, quam Aristoteles vocat potentiam perspectivam (de Anima, II, c. 12), non sit alicujus organi actus quasi per ipsum suam exercens operationem; et hoc etiam sua demonstratio declarat; ex operatione enim intellectuali, qua anima intelligit, ostendit ipsum (intellectum possibilem) immixtum esse vel separatum; operatio autem pertinet ad potentiam ut ad principium.

2° Unde patet quod nec demonstratio Aristotelis hoc concludit quod substantia intellectiva non uniatur corpori sicut forma. Si enim ponamus substantiam animæ, secundum esse, corpori sic unitam, intellectum autem nullius organi actum esse, non sequitur quod intellectus habeat aliquam naturam determinatam (de naturis dico sensibilium), quum non ponatur harmonia vel ratio alicujus organi, sicut de sensu dicit Aristoteles (de Anima, II, c. 12) quod est quædam ratio organi; non enim habet intellectus operationem communem cum corpore.

3° Quod autem, per hoc quod Aristoteles dicit intellectum esse immixtum vel sepa-

il ne refuse pas de reconnaître en lui une partie ou une puissance de l'âme, qui est la forme de tout le corps. Nous en avons une preuve dans cette objection qu'il adresse à ceux qui prétendent que les diverses parties de l'âme résident dans les diverses parties du corps : « Si toute l'âme maintient l'unité du corps entier, chacune de ses par- « ties doit contenir une partie du corps. Or, c'est ce qui paraît impos- « sible ; car il serait difficile d'indiquer la partie qui est contenue par « l'intelligence, ou de quelle manière cette dernière la conserve » (5).

4° Il est clair également que si l'intellect n'est l'acte d'aucune partie du corps, il n'en faut pas conclure que lorsqu'il reçoit quelque chose, c'est comme la matière première ; car pour lui l'action de recevoir et son opération sont indépendantes de tout organe corporel.

5° En envisageant ainsi les choses, on ne détruit pas la vertu infinie de l'intelligence ; car on ne place pas cette vertu dans une étendue, mais on lui donne pour fondement une substance intellectuelle, ainsi que nous l'avons déjà remarqué [ch. 51].

(5) Sunt qui dicunt animam esse partibilem, nosque alia ejus parte intelligere, alia cupere censent. Quid igitur ipsam continet animam, si partibilis sit ? Non corpus ; quippe cum contra potius videatur animam corpus continere. Quapropter et egressa dissolvitur corpus atque putrescit. Si igitur aliquid aliud ipsam contineat unamque faciat, illud erit potissimum anima. At oportebit de illo etiam quærere utrum unum an multarum sit partium. Atque si sit unum, cur et animam continuo non dicimus unum esse ? Sin partibile, rursus ratio quæret quidnam sit illud quod illud etiam continet. Atque hoc pacto fiet in infinitum abitio. Dubitabit etiam quispiam de partibus ejus, quam unaquæque potentiam in corpore habeat, nam si anima tota totum contineat corpus, oportet et unamquamque etiam partem aliquam partem corporis continere. Id autem esse non posse videtur : quam enim partium corporis intellectus, aut quo continebit pacto, fingere quoque difficillimum est... Atque animæ partes eadem sub specie collocantur, et etiam tota : illæ quidem, quia non separabiles sunt ; tota autem anima, quia indivisibilis est (Arist. *De anima*, I, c. 5).

---

ratum, non intendat excludere ipsum esse partem sive potentiam animæ quæ est forma totius corporis, patet per hoc quod dicit (de Anima, I, c. 5) contra illos qui dicebant animam in diversis partibus corporis diversas sui partes habere : « Si tota anima omne « corpus continet, convenit et partium « unamquamque aliquid corporis continere. « Hoc autem videtur impossibile ; qualem « enim partem aut quo modo intellectus « continebit, grave est fingere. »

4° Patet etiam quod, ex quo intellectus nullius partis corporis actus est, non sequitur receptionem ejus esse receptionem materiæ primæ ; ex quo ejus receptio et operatio est omnino absque corporali organo.

5° Nec etiam infinita virtus intellectus tollitur, quum non ponatur virtus in magnitudine, sed in substantia intellectuali fundata, ut dictum est (c. 51).

CHAPITRE LXX.

Selon la doctrine d'Aristote, il faut admettre que l'intelligence est unie avec le corps comme sa forme.

Comme Averrhoès fait tous ses efforts afin de donner pour appui à son opinion les paroles et les démonstrations d'Aristote, il nous reste à établir que, pour suivre le sentiment du Philosophe, on est forcé d'affirmer que l'intelligence est, à raison de sa substance, unie à un corps comme sa forme.

Aristote prouve que l'on ne peut remonter de mobile en moteur jusqu'à l'infini. Il conclut de là qu'on arrivera nécessairement à un premier mobile dont le moteur sera immobile, ou qui se mettra lui-même en mouvement. Il s'arrête à cette dernière conséquence, savoir que le premier mobile se meut lui-même; et la raison qu'il en donne, c'est que ce qui existe par soi-même est toujours antérieur à ce qui existe par un autre (1). Il démontre ensuite que l'être qui se meut lui-même se divise de toute nécessité en deux parties, dont l'une imprime

(1) Cum omne quod movetur ab aliquo moveatur, necesse est et id quod in loco movetur ab alio moveatur; et id igitur quod movet ab alio moveatur necesse est, cum moveatur et ipsum, et hoc ab alio rursus. At non in infinitum hoc proficiscitur, sed stabit tandem alicubi, atque erit quippiam quod primo causa erit ut omnia moveantur... Stabit igitur tandem id ipsum, et non in infinitum proficiscetur, ab alio, inquam, semper moveri : sed erit quippiam quod primum motu ciebitur (Arist. *Phys.* VII, c. 1).

Si igitur omne quod movetur ab aliquo moveri necesse est, et aut ab eo quod movetur ab alio, aut ab eo quod non movetur ab alio, et si ab eo movetur, quod ab alio motu ceitur, movens aliquod esse primum quod non ab alio moveatur necesse est : sin vero tale est primum, non necesse est alterum esse. Fieri enim non potest ut in infinitum proficiscatur id quod movet atque movetur ab alio; quippe cum infinitorum nihil sit primum. Si igitur, ut diximus, omne quidem quod movetur ab aliquo motu cietur, id vero quod primum movet, movetur quidem, at non ab alio, ipsum profecto primum a seipso moveatur necesse est (Arist. *Phys.* VIII, c. 5).

CAPUT LXX.

Quod, secundum dicta Aristotelis, oportet ponere intellectum uniri corpori ut formam.

Et quia Averrhoes maxime nititur suam opinionem confirmare per verba et demonstrationem Aristotelis, ostendendum restat quod necessarium est dicere, secundum opinionem Aristotelis, intellectum secundum suam substantiam alicui corpori uniri ut formam.

Probat enim Aristoteles (Phys. VII, c. 1, VIII, c. 5) quod in motoribus et motis impossibile est procedere in infinitum; unde concludit quod necesse est devenire ad aliquod primum motum quod vel moveatur ab immobili vel moveat seipsum; et de his duobus accipit secundum, scilicet quod primum mobile moveat seipsum, ea ratione quia

le mouvement, et l'autre le reçoit (2). Donc le premier être qui se meu lui-même est composé de deux parties, dont l'une fait l'office de mo teur. Or, dans l'opinion d'Aristote, tout être qui se trouve dans cett condition est animé. C'est ce qui lui fait affirmer expressément que l ciel est animé, et, par conséquent, que les positions différentes dan lesquelles il se trouve ne sont pas seulement apparentes, mais trè réelles (3).

Cherchons donc à connaître quelle est, dans le système d'Aristote l'âme qui anime le ciel.

Le Philosophe montre qu'il faut considérer dans le mouvement du ciel un moteur complétement immobile, et un second moteur, qui est lui-même, mis en mouvement (4). Or, ce moteur immobile meut comme objet d'un désir, et il est hors de doute que ce qui a le mouvement le reçoit de lui. Il prouve encore que le désir dont il est l'objet n'est pas celui qui a son principe dans la partie concupiscible, car celui-là vient des sens; mais qu'il est désiré d'un désir intellectuel. D'où

(2) Voyez la note 8 du ch. 60, p. 71.

(3) Non omni in corpore quærendum est superum atque inferum, et dextrum, lævumque, atque ante et retro; sed in hisce quæ cum animata sint, motus in seipsis principium habent. In nullo enim eorum quæ vacant anima, id cernimus, unde est principium motus... Cum autem a nobis sit antea definitum tales potentias iis inesse, quæ principium motus habent; et cœlum sit animatum, atque principium habeat motus; patet ipsi superum, inferumque, et dextrum atque lævum inesse (Arist. *De cœlo*, II, c. 2).—Dans le reste du chapitre, Aristote énumère les différentes positions relatives des astres.

(4) Est aliquid quod semper incessabili motu movetur; hic vero circularis est. Et hoc non solum ratione, verum etiam opere patet. Quare æternum est profecto primum cœlum. Estque aliquid quod movet. Cum vero id quod movetur et movet medium sit, est etiam aliquid quod non motum movet, quod æternum substantia et actus est. Hoc autem modo concupiscibile et intelligibile movet, non motum. Horum autem prima eadem sunt. Desiderabile namque quod apparet bonum. Primum vero voluntate affectabile, quod est bonum. Magis vero appetimus, quia videtur, quam videatur quia appetimus. Principium vero intellectio : ac intellectus ab intelligibili movetur (Arist. *Metaphys.* XII, c. 7).

---

quod est per se, semper est prius eo quod est per aliud. Deinde ostendit (Physic. VIII, c. 5) quod movens seipsum de necessitate dividitur in duas partes, quarum una est movens et alia est mota. Oportet igitur primum seipsum movens componi ex duabus partibus, quarum una est movens. Omne autem hujusmodi est animatum, secundum opinionem Aristotelis; unde et in secundo de Cœlo (c. 2) dicitur expresse quod cœlum est animatum, et propter hoc oportet in eo ponere differentias positionis, non solum quoad nos, sed etiam secundum se.

Inquiramus igitur, secundum opinionem Aristotelis, qua anima sit cœlum animatum

Probat etiam (Metaphys., XII, c. 7) quod in motu cœli, est considerare aliquid quod movet omnino immotum, et aliquid quod movet motum. Id autem quod movet omnino immotum movet sicut desiderabile; nec dubium quin (moveatur) ab eo quod movetur Ostendit autem quod non sicut desiderabile desiderio concupiscentiæ, quod est desiderium sensus, sed sicut desiderabile intellectuali desiderio; unde dicit quod primum movens non motum est desiderabile et intel

il conclut que le premier moteur immobile est désirable et intellectuel par sa nature. Donc il y a dans son mobile, qui est le ciel, un désir et une connaissance plus excellents que les nôtres : c'est ce qu'il démontre plus loin. Donc, selon Aristote, le ciel est composé d'une âme intelligente et d'un corps. Il indique cette conséquence dans le second livre *De l'Ame*, où il dit : « Certains êtres ont la faculté de rai« sonner, et sont doués d'intelligence : tel est l'homme et tout ce qui « lui ressemble ou même le surpasse en noblesse, » c'est-à-dire le ciel (5). Il est certain, toujours d'après notre Philosophe, que le ciel est dépourvu d'une âme sensitive (6); car, s'il en avait une, il serait muni de divers organes; ce qui répugne à sa simplicité. Pour nous le faire comprendre, il ajoute que les êtres corruptibles qui sont doués d'une intelligence ont également les autres puissances (7). Il nous insinue par là qu'il existe certains êtres incorruptibles qui ont une intelligence, sans avoir pour cela les autres puissances, et ce sont les corps célestes qu'il a en vue. On ne sera donc pas admis à prétendre que

(5) Nonnullis loco motivum inest : et aliis ratiocinativum ac intellectus, ut hominibus, et si quid sit aliud tale, vel etiam præstabilius. *Ἑτέροις δὲ καὶ τὸ διανοητικόν τε καὶ νοῦς, οἷον ἀνθρώποις, καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἕτερον, ἢ καὶ τιμιώτερον.* Perspicuum igitur est unam animæ rationem esse (Arist. *De anima*, II, c. 3).

(6) Quasi pondus haberent supera corpora omnia, terreaque essent, necessitatem animæ participem quidam fabulose supposuere. Neque igitur hoc modo, neque ob conversionem conservari putandum est adhuc ipsum (cœlum) tempore tanto, atque incolumem esse. At vero nec ab anima cogente sempiternum manere, consentaneum est rationi. Neque enim talis ipsius animæ vita sine dolore, beataque esse potest. Et motum enim qui est cum vi, si movet corpus primum aliter aptum ferri, continueque movet, negotiosum, atque ab omni voluptate mentis semotum esse necesse est, si neque ut animæ mortalium animalium requies inest ea quæ circa somnum fit corporis relaxatio; sed Ixionis fatum cujusdam ipsum perpetuum insuperabileque detinere, necesse est (Arist. *De cœlo*, II, c. 1).

(7) Eorum quæ sentiunt quædam habent loco motivum, quædam non habent. Extrema autem atque minima rationem habent et mentem; quibus enim mortalium inest ratio, his sunt continuo et cætera cuncta. At quibus unumquodque illorum inest, hisce non omnibus inest et ratio; sed quædam imaginatione vacant, quædam hac sola vivunt. De intellectu vero contemplativo alia ratio est. Quæ cum ita sint, patet horum cujusque rationem animæ maxime propriam rationem esse (Arist. *De anima*, II, c. 3).

---

lectuale. Igitur id quod ab eo movetur, scilicet cœlum, est desiderans et intelligens nobiliori modo quam nos, ut subsequenter probat. Est igitur cœlum compositum, secundum opinionem Aristotelis, ex anima intellectuali et corpore; et hoc signat in secundo de Anima (c. 3), ubi dicit quod « quibusdam inest intellectivum et intel« lectus, ut hominibus, et si aliquid alte« rum hujusmodi est aut etiam honorabi« lius, » scilicet cœlum. Constat autem quod cœlum non habet animam sensitivam, secundum opinionem Aristotelis (de Cœlo, II, c. 1); haberet enim diversa organa, quæ non competunt simplicitati cœli; et ad hoc signandum subjungit Aristoteles (de Anima, II, c. 3) quod quibus de numero corruptibilium inest intellectus insunt omnes aliæ potentiæ, ut daret intelligere quod aliqua incorruptibilia habent intellectum, quæ non habent alias potentias animæ, scilicet corpora cœlestia. Non poterit igitur

l'intelligence se trouve unie avec les corps célestes au moyen des images; mais il faudra convenir qu'une intelligence est, à raison de sa substance, unie à un corps céleste, comme sa forme.

Il en sera donc de même pour le corps humain, qui, de tous les corps inférieurs, est, au sentiment d'Aristote, le plus noble, et ressemble davantage, par l'équilibre de ses parties, au ciel, qui n'admet pas d'éléments contraires. La substance intellectuelle lui sera par conséquent unie, non au moyen de certaines images, mais comme étant sa forme.

Quant à cette question de l'animation du ciel, nous ne la tranchons pas au point de vue de la foi, qui reste indifférente entre l'affirmative et la négative. Saint Augustin s'exprime ainsi à ce sujet : « Il ne me « paraît pas bien assuré que le soleil, la lune et tous les astres appar- « tiennent à la même société que les anges. Plusieurs les considèrent « seulement comme des corps lumineux privés de sentiment et d'in- « telligence » [*Enchirid.*, ch. 58].

CHAPITRE LXXI.

L'âme est unie immédiatement au corps.

De tout ce qui précède, on peut conclure que l'âme est unie au corps immédiatement, et il n'est pas nécessaire de recourir à quelque moyen

---

dici quod intellectus continuetur corporibus cœlestibus per phantasmata; sed oportebit dicere quod intellectus secundum suam substantiam uniatur corpori cœlesti ut forma.

Sic igitur et corpori humano, quod est inter omnia corpora inferiora nobilissimum et æqualitate suæ complexionis cœlo ab omni contrarietate absoluto simillimum, secundum intentionem Aristotelis, substantia intellectualis unitur, non per aliqua phantasmata, sed ut forma ipsius.

Hoc autem quod dictum est de animatione cœli non diximus quasi asserendo secundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet sive sic sive aliter dicatur; unde Augustinus (Enchirid. c. 58) : « Nec illud quidem « certum habeo utrum ad eamdem societa- « tem (scilicet Angelorum), pertineant sol « et luna et cuncta sidera; quamvis non- « nullis lucida esse corpora, non cum « sensu vel intelligentia, videantur. »

CAPUT LXXI.

Quod anima immediate unitur corpori.

Ex præmissis autem concludi potest quod anima immediate corpori unitur; nec opor-

qui opère cette union, soit à l'image, comme le veut Averrhoès; soit aux puissances de l'âme, ainsi que d'autres le prétendent; ou même, comme quelques-uns l'ont imaginé, à un esprit corporel.

Nous avons prouvé, en effet, que l'âme est unie avec le corps comme étant sa forme. Or, la forme s'unit à la matière sans aucun moyen; car il lui appartient d'être l'acte d'un corps, essentiellement et non en vertu d'un principe distinct d'elle-même. C'est pourquoi aucun agent n'a le pouvoir de faire une même chose de la matière et de la forme, si ce n'est celui qui réduit la puissance à l'acte, ainsi qu'Aristote le prouve (1); car la matière est à la forme ce qu'est la puissance relativement à l'acte.

Il est cependant vrai, en un sens, qu'il existe un moyen entre l'âme et le corps, non quant à l'existence actuelle, mais par rapport au mouvement donné et à la production. Pour ce qui regarde le mouvement, lorsque l'âme meut le corps, c'est conformément à l'ordre qui existe entre les mobiles et les moteurs; car l'âme réalise toutes ses opérations par ses puissances. D'où il suit que c'est au moyen d'une puissance qu'elle meut le corps; les membres sont également mus au moyen d'un certain esprit (2), et enfin un organe transmet le mouvement à un autre organe. Dans l'ordre de la production [des mouvements ou

(1) Quid est igitur quod hominem facit unum, et cur unum et non multa sunt animal et bipes, præsertim si (quemadmodum quidam dicunt) sit quid ipsum animal, et ipsum bipes ?..... Quod si, quemadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc vero forma est, et hoc quidem potentia, hoc vero actu, profecto non videtur amplius dubitatio esse quod quæritur..... Est autem ultima materia, et hoc potentia, hoc quidem actu. Quare simile est quærere quidnam unius causa sit, et ut unum sit. Unum enim quidam, unumquodque, et quod potentia et quod actu, unum quodammodo est. Quare nulla alia causa est, nisi si quid fuit tanquam ex potentia in actum movens. Quæcumque vero non habent materiam, cuncta simpliciter entia, sunt ipsum quid (Arist. *Metaphys.* VIII, c. 6).

(2) Cet *esprit* dont parle ici saint Thomas ne répond-il pas aux *esprits animaux* qui, dans le système physiologique de Malebranche, sont au service de l'âme, et, obéissant à ses ordres, vont répandre dans toutes les parties du corps la vie et l'activité ?

---

tet ponere aliquod medium quasi animam corpori uniens : vel phantasmata, sicut dicit Averrhoes; vel potentias ipsius, sicut quidam dicunt; vel etiam spiritum corporalem, sicut alii dixerunt.

Ostensum est enim quod anima unitur corpori ut forma ejus; forma autem unitur materiæ absque omni medio; per se enim competit formæ quod sit actus corporis, et non per aliquid aliud; unde nec est aliquid unum faciens ex materia et forma, nisi agens quod potentiam reducit ad actum, ut probat Aristoteles (Metaphys. VIII, c. 6); nam materia et forma se habent ut potentia et actus.

Potest tamen dici aliquid esse medium inter animam et corpus, etsi non in essendo, tamen in movendo et in via generationis. In movendo quidem, quia, in motu quo anima movet corpus, est quidam ordo mobilium et motorum; anima enim omnes operationes suas efficit per suas potentias; unde, mediante potentia, movet corpus, et adhuc membra, mediante spiritu, et ulterius unum organum, mediante alio organo. In via autem generationis, dispositiones ad

des faits], les dispositions à la forme précèdent les formes elles-mêmes, quoiqu'elles soient postérieures dans l'existence; d'où vient que les dispositions du corps, qui sont aptes à la réalisation parfaite de telle ou telle forme, peuvent être considérées comme un milieu entre l'âme et le corps.

CHAPITRE LXXII.

L'âme est tout entière dans le tout, et tout entière dans chaque partie.

Les mêmes raisons peuvent nous servir à prouver que l'âme est tout entière dans tout le corps et tout entière dans chacune de ses parties. En effet :

1° Tout être susceptible d'une perfection qui lui est propre doit aussi avoir un acte propre. Or, l'âme est l'acte, non d'un seul organe, mais du corps organique. Donc elle réside dans tout le corps, et non pas seulement dans une de ses parties, en vertu de son essence, qui fait qu'elle est la forme du corps. L'âme est la forme de tout le corps, de telle sorte qu'elle est également la forme de chacune de ses parties; car si elle était la forme du tout, sans être en même temps celle des parties, elle ne serait pas la forme substantielle de tel corps, de même que la forme d'une maison, qui est bien la forme du tout, mais non celle de chaque partie, n'est qu'une forme accidentelle.

2° On prouve que l'âme est la forme substantielle du tout et des

---

formam præcedunt formam in materia, quamvis sint posteriores in essendo; unde et dispositiones corporis, quibus fit proprium perfectibile talis formæ, hoc modo possunt dici mediæ inter animam et corpus.

CAPUT LXXII.

Quod anima sit tota in toto et tota in qualibet parte.

Per eadem autem ostendi potest animam totam in toto corpore esse et totam in singulis partibus.

1° Oportet enim proprium actum in proprio perfectibili esse. Anima autem est actus corporis organici, non unius organi tantum. Est igitur in toto corpore et non in una parte tantum, secundum suam essentiam secundum quam est forma corporis. Sic autem anima est forma totius corporis quod est etiam forma singularum partium; si enim esset forma totius et non partium, non esset forma substantialis talis corporis; sicut forma domus, quæ est forma totius et non singularum partium, est forma accidentalis.

2° Quod autem anima est forma substantialis totius et partium, patet per hoc quod ab ea sortitur speciem et totum et partes; unde, ea abscedente, neque totum



parties, par cette raison que c'est l'âme qui détermine l'espèce du tout et des parties. Par conséquent, lorsqu'elle abandonne le corps, le tout et les parties cessent d'appartenir à la même espèce; car, si l'on parle encore des yeux et de la chair d'un mort, c'est par pure équivoque. Si donc l'âme est l'acte de chacune des parties; et l'acte réside dans l'être qu'il rend actuel, on doit en conclure qu'elle est, à raison de son essence, dans chaque partie du corps.

Que l'âme soit tout entière dans chaque partie, cela est évident. Comme le tout ne se nomme que relativement aux parties, on devra le prendre en autant de sens que les parties elles-mêmes. Or, il est question de partie dans deux cas différents : d'abord, lorsqu'une chose se trouve divisée sous le rapport de la quantité; par exemple, une longueur de deux coudées est une partie de celle de trois coudées; en second lieu, lorsqu'on divise une chose dans son essence : c'est ainsi que la forme et la matière sont les parties du composé. Le tout s'applique donc et à la quantité et à la perfection de l'essence. Or, le tout et les parties, envisagés sous le rapport de la quantité, sont accidentels aux formes, c'est-à-dire que la division des formes est une conséquence de celle du sujet en qui se trouve la quantité; mais le tout et les parties qui ont pour raison la perfection de l'essence leur sont essentiels. Si donc il s'agit de cette totalité qui appartient aux formes essentiellement, il est clair que chaque forme est tout entière dans le tout et tout entière dans chacune de ses parties. Il en est autrement de la totalité qui leur est simplement accidentelle; il ne serait pas exact de dire, par exemple, que toute la blancheur est tout entière dans chaque partie du sujet. Si donc on rencontre une forme qui

---

neque partes remanent ejusdem speciei; nam oculus mortui et caro ejus non dicuntur nisi æquivoce. Si igitur anima est actus singularum partium (actus autem est in eo cujus est actus), relinquitur quod sit secundum suam essentiam in qualibet parte corporis.

Quod autem tota, manifestum est; quum enim totum dicatur per relationem ad partes, oportet totum diversimode accipi sicut diversimode accipiuntur partes. Dicitur autem pars dupliciter : uno quidem modo, in quantum dividitur aliquid secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars tricubiti; alio modo, in quantum dividitur aliquid secundum divisionem essentiæ, sicut forma et materia dicuntur partes compositi. Dicitur ergo totum et secundum quantitatem et secundum essentiæ perfectionem. Totum autem et partes, secundum quantitatem dicta, formis non conveniunt nisi per accidens, scilicet in quantum dividuntur divisione subjecti quantitatem habentis; totum autem vel pars, secundum perfectionem essentiæ, invenitur in formis per se. De hac igitur totalitate loquendo quæ per se formis competit, in qualibet forma apparet quod est tota in toto et tota in qualibet parte ejus; nam albedo, sicut secundum totam rationem albedinis est in toto corpore, ita et in parte qualibet ejus. Secus autem est de totalitate quæ per accidens attribuitur formis; sic enim non possumus dicere quod tota albedo sit in qualibet parte.

n'est pas divisée par suite de la division du sujet; et les âmes des animaux parfaits sont dans ce cas, toute distinction sera inutile; car il n'y a là qu'une seule totalité; mais il faudra dire absolument qu'elle est tout entière dans chaque partie du corps. Cela n'est pas difficile à comprendre pour celui qui sait que l'âme n'est pas indivisible de la même manière que le point, et que l'union de la substance incorporelle et de la substance corporelle diffère de celle des corps, ainsi que nous l'avons observé [ch. 56].

3° Il n'y a aucune contradiction à dire que l'âme, qui est une forme simple, est l'acte de parties si diverses, parce que dans chaque être la matière est disposée à recevoir la forme selon qu'il convient à cette dernière. Or, la vertu de la forme est en raison directe de sa noblesse et de sa simplicité. C'est pourquoi l'âme, qui est la plus noble des formes inférieures, quoique simple dans sa substance, est cependant multiple par sa puissance et capable de plusieurs opérations. Il en résulte que, pour réaliser complétement ses opérations, elle a besoin de divers organes, dont ses puissances sont les actes propres : la vue est l'acte de l'œil; l'ouïe, celui des oreilles, et ainsi des autres. C'est pour cela qu'il y a une très grande diversité dans les organes des animaux parfaits, et qu'on n'en remarque aucune dans les plantes.

Plusieurs philosophes, en traitant cette question, ont placé l'âme dans quelque partie du corps. Aristote dit qu'elle réside dans le cœur, parce que l'on attribue l'une de ses puissances à cette partie du corps (1). En effet, la force motrice dont il parle est principalement

(1) Quoniam eodem se habet modo (corpus) cum a dextris, tum a sinistris, et simul per contraria movetur; ut non eo quod quiescat dextrum, moveatur sinistrum, neque

---

Si igitur est aliqua forma quæ non dividatur divisione subjecti, sicut sunt animæ animalium perfectorum, non erit opus distinctione, quum eis non competat nisi una totalitas; sed absolute dicendum est eam totam esse in qualibet corporis parte; nec est hoc difficile apprehendere ei qui intelligit animam non sic esse indivisibilem ut punctum, neque sic incorporeum corporeo conjungi sicut corpora ad invicem conjunguntur, ut supra (c. 56) expositum est.

3° Non est autem inconveniens animam, quum sit quædam forma simplex, esse actum partium tam diversarum, quia unicuique formæ aptatur materia secundum suam congruentiam; quanto autem aliqua forma est nobilior et simplicior, tanto est majoris virtutis. Unde anima, quæ est nobilissima inter formas inferiores, etsi simplex sit in substantia, est tamen multiplex in potentia et multarum operationum; unde indiget diversis organis ad suas operationes complendas, quorum diversæ animæ potentiæ proprii actus esse dicuntur, sicut visus oculi, auditus aurium, et sic de aliis; propter quod animalia perfecta habent maximam diversitatem in organis, plantæ vero minimam.

Hac igitur occasione, a quibusdam philosophis dictum est animam esse in aliqua parte corporis, sicut ab ipso Aristotele (de Animalium motione, c. 9 et 10) dicitur esse in corde, quia aliqua potentiarum ejus illi parti corporis attribuitur; vis enim

dans le cœur, au moyen duquel l'âme produit dans tout le corps le mouvement et les autres opérations du même genre.

CHAPITRE LXXIII.

L'intellect possible n'est pas le même dans tous les hommes.

Il ressort évidemment de tout ce que nous avons dit qu'il n'y a pas un intellect possible unique pour tous les hommes qui existent maintenant, ont existé par le passé et doivent exister à l'avenir, comme le suppose Averrhoès (1). En effet :

1° Nous avons démontré que la substance de l'intelligence est unie au corps humain comme sa forme [ch. 57]. Or, une forme unique ne

rursus quia hoc, illud, semper autem in superiori utrorumque est principium, necesse profecto est in medio moventis esse principium animæ..... Per eam igitur rationem quæ causam dicit motus, appetitio medium est quod movet motum. In animatis autem corporibus aliquid ejusmodi corpus esse oportet. Quod igitur movens quidem, non est autem natum movere alienas pati potest vires; ipsum autem movens potentiam habere quamdam et robur necesse est. Omnia autem videntur animalia cum spiritum habere connatum, tum ab illo robur capere. Is autem ad animale principium simili se habere videtur modo ut in flexionibus punctum quod movet et movetur ad ipsum immobile. Quoniam autem principium aliis quidem est in corde, aliis vero in parte proportione respondente, eapropter connatus spiritus eo loci apparet. Videtur autem percommode se habere ut movere possit et robur præstare (Arist. *De animalium motione*, c. 9 et 10).

Les découvertes de la science ont donné tort à Aristote sur ce point. On regarde maintenant comme un fait physiologique certain que la force motrice réside principalement dans le cerveau, qui est le centre où viennent aboutir tous les nerfs. C'est là que s'exerce l'action de l'âme, qui les met en jeu, pour communiquer le mouvement à toutes les parties du corps et faciliter les fonctions vitales.

(1) Plusieurs sont tombés, au sujet de l'intelligence, dans une erreur très grave dont l'origine remonte à Averrhoès. Cet auteur prétend que l'intellect, qu'Aristote désigne

---

motiva, de qua Aristoteles in libro illo agebat, est principaliter in corde per quod anima in totum corpus motum et alias hujusmodi operationes diffundit.

CAPUT LXXIII.

Quod intellectus possibilis non est unus in omnibus hominibus.

Ex præmissis autem evidenter ostenditur non esse unum intellectum possibilem omnium hominum qui sunt et qui erunt et qui fuerunt, ut Averrhoes fingit (de Anima, l. III).

1° Ostensum est autem (c. 57) quod substantia intellectus unitur corpori humano ut forma. Impossibile est autem unam formam esse nisi unius materiæ, quia proprius actus in propria potentia fit; sunt enim ad invicem proportionata. Non est igitur intellectus unus omnium hominum.

2° Adhuc, Unicuique motori debentur

peut s'appliquer qu'à une seule matière, parce que l'acte propre d'un être se réalise dans sa propre puissance; car ces deux choses sont corrélatives. Donc le même intellect n'est pas dans tous les hommes.

2° Chaque moteur doit avoir ses instruments propres, car les instruments du joueur de flûte diffèrent de ceux de l'architecte. Or, Aristote décide que l'intellect est comme le moteur du corps (2). Donc, de même que l'architecte ne peut se servir des instruments qui sont à l'usage du joueur de flûte, de même aussi il est impossible que l'intellect d'un homme soit celui d'un autre homme.

3° Aristote blâme les anciens philosophes de ce que, en traitant la question de l'âme, ils ne disaient pas un mot de son propre sujet (3), comme s'il était indifférent que, selon les rêveries pythagoriciennes, n'importe quelle âme fût revêtue de n'importe quel corps. Il ne peut donc se faire que l'âme d'un chien entre dans le corps d'un loup, ou qu'une âme humaine passe dans un corps autre que celui d'un

sous le nom de *possible*, et qu'il appelle improprement immatériel, est une certaine substance distincte du corps, à raison de son être, et qui lui est unie en quelque manière comme sa forme. Il ajoute qu'il n'y a qu'un seul intellect possible pour tous les hommes (S. Thom. *De unitate intellectus, contra Averrhoistas*). Le saint Docteur dans cet opuscule réfute l'erreur d'Averrhoès, principalement en montrant qu'il est en contradiction flagrante avec Aristote.

(2) Cum autem animalium anima hisce duobus sit definita, discernendi, inquam, potentia, quod quidem est opus officiumque mentis atque etiam sensus : et insuper etiam movendi motu ad locum accommodato potentia, de sensu quidem et intellectu hæc sint determinata ac pertractata. Deinceps autem de eo quod movet, quidnam sit ipsius animæ, consideremus oportet : utrum una quædam ipsius sit pars, separabilis magnitudine vel ratione, an ipsa anima tota?... Quid est id quod movet animal loco?... Patet non esse ipsam potentiam nutriendi... Pari modo nec ipsam sentiendi vim motus hujusce principium esse constat.... At vero neque ratiocinandi vis, et id quod intellectus appellatur, principium est movendi... Videntur igitur duo hæc esse moventia, vel appetitus vel intellectus, si quis imaginationem ut quamdam intellectionem esse ponat... Hæc igitur ambo, intellectus et appetitus, movendi motu dicto principia sunt : intellectus is, inquam, qui alicujus gratia ratiocinatur; quippe principium est agendi, atque hic fine ab intellectu contemplativo differt. Appetitus etiam omnis alicujus est gratia; cujus enim est appetitio, id est principium intellectus activi. At ipsum ultimum principium est actionis (Arist. *De anima*, III, c. 9 et 10).

(3) Aristote consacre tout le premier livre de son traité *De l'Ame* à exposer et réfuter les erreurs des anciens philosophes touchant cette question.

---

propria instrumenta; alia enim sunt instrumenta tibicinis, alia architectonis. Intellectus autem comparatur ad corpus ut motor ipsius, sicut Aristoteles declarat et determinat (de Anima, III, c. 9 et 10). Sicut igitur impossibile est quod architecton utatur instrumentis tibicinis, ita impossibile est quod intellectus unius hominis sit intellectus alterius hominis.

3° Præterea, Aristoteles (de Anima, I, c. 11) reprehendit antiquos de hoc quod, disserentes de anima, nihil de proprio susceptibili dicebant; quasi esset contingens, secundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus induere. Non est igitur possibile quod anima canis ingrediatur corpus lupi, vel anima hominis aliud corpus quam hominis. Sed quæ est proportio animæ hominis ad corpus hominis, eadem est proportio animæ hujus hominis ad cor-



homme. Or, il y a entre l'âme et le corps de l'homme la même proportion qu'entre l'âme humaine et le corps humain [en général]. Donc il est impossible que l'âme de tel homme s'introduise dans un corps autre que celui de cet homme. Or, c'est par son âme que cet homme connaît; car Aristote enseigne que l'âme est pour l'homme le principe de la connaissance (4). Donc deux hommes ne peuvent pas avoir un intellect commun.

4° L'existence d'un être et son unité découlent du même principe; car être un et avoir la qualité d'être sont deux choses inséparables. Or, tout a l'existence en vertu de sa forme. Donc l'unité de l'être est une conséquence de l'unité de la forme. Donc plusieurs hommes, ayant chacun son individualité propre, ne peuvent avoir une forme unique. Or, la forme de tel homme est l'âme capable de connaître. Donc il ne peut y avoir un intellect unique commun à tous les hommes.

On nous objectera que l'âme sensitive de tel homme étant distincte de l'âme sensitive de tel autre, cette diversité suffit pour empêcher l'unité entre eux, quoiqu'ils n'aient qu'un seul intellect. Mais cette réponse n'a rien de solide.

L'opération propre d'un être dérive de son espèce et lui donne un caractère particulier. Or, sentir est l'opération propre de l'animal, connaître est celle de l'homme (5). D'où il suit que, conformément au sentiment d'Aristote, si tel individu est un animal à raison du senti-

(4) At quoniam cognoscere, sentire, opinari, insuper cupere, deliberare, et omnino appetitiones, ipsius animæ sunt... quæret utique quispiam utrum horum unumquodque toti animæ competat, an aliis alia partibus... Atque animæ partes eadem sub specie collocantur, et etiam tota : illæ quidem, quia non separabiles sunt; tota autem anima, indivisibilis est (Arist. *De anima*, II, c. 5, sub fine).

(5) Proprium hominis opus quæritur. Itaque vita alendi augendique vi ac facultate prædita removenda est. Quæ autem proxime sequitur, in ea vis quædam sentiendi videtur esse posita. At etiam hæc communis nobis est cum equo et bove et animantibus

---

pus hujus hominis. Non est igitur possibile animam hujus hominis ingredi aliud corpus quam istius hominis. Sed anima hujus hominis est per quam hic homo intelligit; homo enim per animam intelligit, secundum sententiam Aristotelis (de Anima, I, c. 5). Non est igitur unus intellectus istius et illius hominis.

4° Amplius, Ab eodem aliquid habet esse et unitatem; unum enim et ens se consequuntur. Sed unumquodque habet esse per suam formam. Ergo et unitas rei sequitur unitatem formæ. Impossibile est igitur diversorum individuorum hominum esse formam unam. Forma autem hujus hominis est anima intellectiva. Impossibile est igitur omnium hominum esse unum intellectum.

Si autem dicatur quod anima sensitiva hujus hominis sit alia ab anima sensitiva illius, et pro tanto non est unus homo, licet sit unus intellectus, hoc stare non potest.

Propria enim operatio cujuslibet rei consequitur et demonstrat speciem ipsius. Sicut autem animalis propria operatio est sentire, ita hominis propria operatio est intelligere, ut Aristoteles dicit (Ethic. I, c. 6). Unde

ment, il est homme à cause du principe par lequel il connaît (6). Or, l'intellect possible est ce principe par lequel l'âme connaît, et l'homme au moyen de l'âme (7). Donc c'est l'intellect possible qui fait que tel homme est tel individu. Si donc l'âme sensitive de cet homme est distincte de celle d'un autre homme, tandis qu'ils n'ont ensemble qu'un seul et même intellect possible, nous avons bien deux animaux, mais non deux hommes; ce qui est manifestement absurde. Donc le même intellect possible n'est pas commun à tous les hommes.

Le même commentateur Averrhoès répond à cela que l'intellect possible est uni avec nous par sa forme, qui est l'espèce intelligible ayant pour sujet l'image qui existe en nous, laquelle image se diversifie dans les individus. Par conséquent, l'intellect possible est multiple dans les sujets divers, non quant à sa substance, mais à raison de sa forme.

Il suffit de se rappeler ce que nous avons dit plus haut [ch. 59], pour être convaincu que cette raison n'a aucune valeur. Nous avons démontré, en effet, que l'homme n'est pas capable de connaître si l'intellect possible n'est avec nous que de cette seule manière. Mais en accordant même que cette union suffise pour faire de l'homme un

omnibus. Relinquitur ergo vita quædam, quæ ad actionem apta sit, ejus propria quod ratione præditum est... Opus igitur hominis erit functio muneris animi, rationi consentanea, aut certe ratione non carens (Arist. *Ethic.* I, c. 6).

(6) Animal ea parte est, in qua sensus habetur. Caro autem, et quod carni proportionatur, vim obtinet sentiendi (Arist., *De partib. animal.* II, c. 5). — Animal est ob sensum primo; nam et ea quæ non cientur motu nec mutant locum, sensum autem habent, non solum vivere dicimus, sed etiam animalia nuncupare solemus..... Anima autem id est quo vivimus et quo sentimus ac intelligimus primo; ipsa profecto ratio quædam erit et forma, sed non ut materies atque subjectum (id. *De anima*, II, c. 2).

(7) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

---

oportet quod, sicut hoc individuum est animal propter sensum, secundum Aristotelem (de Anima, II, c. 2), ita sit homo propter id quo intelligit. Id autem quo intelligit anima vel homo per animam, est intellectus possibilis, ut dicitur in tertio de Anima (c. 4). Est igitur hoc individuum homo per intellectum possibilem. Si igitur hic homo habet aliam animam sensitivam cum alio homine, non autem alium intellectum possibilem, sed unum et eumdem, sequitur quod sint duo animalia, sed non duo homines; quod patet impossibile esse. Non igitur est unus intellectus possibilis omnium hominum.

His autem rationibus respondet Commentator prædictus, dicens quod intellectus possibilis continuatur nobiscum per formam suam, scilicet per speciem intelligibilem, cujus unum subjectum est phantasma in nobis exsistens, quod est in diversis diversum; et sic intellectus possibilis numeratur in diversis, non ratione suæ substantiæ, sed ratione suæ formæ.

Quod autem hæc responsio nulla sit apparet per ea quæ supra (c. 59) dicta sunt. Ostensum est enim supra quod non est possibile hominem intelligere, si sic solum intellectus possibilis continuaretur nobiscum. Dato autem quod prædicta continuatio

être intelligent, cette réponse ne détruirait pas les raisons que nous avons données. Car :

1° Dans l'opinion qui nous occupe, de tout ce qui appartient à l'intelligence, l'image seule se multipliera en proportion de la multitude des hommes, et si elle se multiplie, ce ne sera pas parce que l'intelligence la percevra actuellement; car, lorsque cette perception a lieu, elle passe dans l'intellect possible, et l'intelligence devenant active, la fait sortir par l'abstraction des conditions où se trouve la matière. D'un autre côté, tant que cette image n'est connue qu'en puissance, elle ne dépasse pas les limites de l'âme sensitive.

2° Tel homme ne sera distinct de tel autre que par l'âme sensitive; et nous retombons dans l'inconvénient déjà signalé, savoir que celui-ci et celui-là ne seront pas deux hommes.

3° Rien ne se trouve spécifié par ce qui est en puissance, mais par ce qui est en acte. Or, l'image, considérée comme multiple, n'a que la puissance de devenir intelligible. Donc l'individu n'arrive pas par l'image, en tant qu'elle est multiple, à posséder ce qui détermine l'espèce de l'animal intelligent, c'est-à-dire la raison humaine; et par conséquent ce qui constitue l'espèce humaine ne sera pas multiple dans les sujets divers.

4° Le principe en vertu duquel tout être vivant se range dans son espèce est une perfection première, et non une perfection seconde, ainsi que l'enseigne Aristote (8). Or, l'image n'est pas une perfection

(8) Est materia quidem potentia; forma vero actus atque perfectio, quæ quidem bifariam dicitur : quædam enim est ut scientia, quædam ut contemplatio..... Altera autem alteram in eodem, scientia inquam contemplationem genere præcedit. Quapropter anima primus est actus, perfectioque corporis naturalis potentia vitam habentis; et talis plane, ut partes ipsius sint instrumenta (Arist. *De anima*, II, c. 1).

sufficeret ad hoc quod homo esset intelligens, adhuc responsio dicta rationes supradictas non solvit.

1° Secundum enim dictam positionem, nihil ad intellectum pertinens remanebit numeratum secundum multitudinem hominum, nisi solum phantasma; et hoc ipsum phantasma non erit numeratum secundum quod intellectum est in actu, quia sic est in intellectu possibili et est abstractum a materialibus conditionibus per intellectum agentem. Phantasma autem, secundum quod est intellectum in potentia, non excedit gradum animæ sensitivæ.

2° Adhuc, non remanebit alius hic homo ab illo nisi per animam sensitivam; et sequitur prædictum inconveniens, quod non sint plures homines hic et ille.

3° Præterea, Nihil sortitur speciem per id quod est in potentia, sed per id quod est actu. Phantasma autem, secundum quod est numeratum, est tantum in potentia ad esse intelligibile. Ergo per phantasma, secundum quod numeratur, non sortitur hoc individuum speciem animalis intellectivi, quod est ratio hominis; et sic remanebit illud quod speciem humanam dat non esse numeratum in diversis.

4° Adhuc, Illud per quod speciem sortitur unumquodque vivens est perfectio prima et non perfectio secunda, ut patet per Aristotelem (de Anima, II, c. 1). Phantasma

première, mais une perfection seconde; car sa naissance dans l'imagination est un ébranlement actuel causé par un sens, selon la remarque du même Philosophe (9). Donc ce n'est pas l'image qui, en se multipliant, place l'homme dans son espèce.

5° Les images qui sont perçues en puissance par l'intelligence sont diverses. Or, ce qui fixe l'espèce doit être un; car un seul être n'a qu'une espèce. Donc l'homme n'appartient pas à son espèce en vertu des images qui se multiplient dans les sujets divers, en tant qu'elles sont connues en puissance.

6° Le principe qui spécifie l'homme ne doit pas cesser d'être dans le même individu pendant toute la durée de son existence; autrement cet individu ne serait pas constamment dans la même espèce, mais il passerait de temps en temps de l'une à l'autre. Or, les mêmes images ne persévèrent pas toujours dans le même homme; mais il en survient de nouvelles et souvent les anciennes s'effacent. Donc ce n'est pas par les images que l'individu de l'homme entre dans son espèce et qu'il continue d'être uni au principe qui le spécifie, c'est-à-dire à l'intellect possible.

Si l'on prétend que l'espèce de tel homme n'est pas déterminée par les images mêmes, mais par les facultés qui les reçoivent, telles que l'imagination, la mémoire et la faculté de penser, qui est propre à l'homme, et qu'Aristote désigne sous le nom d'intellect passif (10), les mêmes difficultés reparaissent.

(9) Imaginatio diversa est a sensu, menteque, atque neque hæc fit sine sensu (Arist. *De anima*, III, c. 3).

(10) Quidam est intellectus talis ut omnia fiat (virtus cogitativa); quidam talis ut omnia agat atque efficiat, qui quidem ut habitus est quidam, et perinde ac lumen. Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia ac-

autem non est perfectio prima, sed perfectio secunda; est enim phantasia motus factus a sensu secundum actum, ut dicitur in secundo de Anima (c. 5). Non igitur est ipsum phantasma quod numeratur, a quo homo speciem habet.

5° Amplius, Phantasmata quæ sunt intellecta in potentia, diversa sunt. Illud autem quo aliquid speciem sortitur oportet esse unum; nam species una est unius. Non igitur per phantasmata, prout ponuntur numerari in diversis ut sunt intellecta in potentia, homo speciem sortitur.

6° Item, Illud a quo homo sortitur speciem oportet semper esse manens in eodem individuo dum durat; alias individuum non semper esset unius et ejusdem speciei, sed quandoque hujus, quandoque illius. Phantasmata autem non semper eadem manent in uno homine, sed quædam de novo adveniunt, et quædam præexsistentia abolentur. Individuum igitur hominis neque per phantasma sortitur speciem, neque per ipsum continuatur principio suæ speciei, quod est intellectus possibilis.

Si autem dicatur quod hic homo non sortitur speciem ab ipsis phantasmatibus, sed a virtutibus in quibus sunt phantasmata, scilicet imaginativa, memorativa, et cogitativa quæ est propria homini, quam Aristo-

1° Parce que l'opération de cette faculté de penser se termine aux êtres particuliers dont elle sépare et réunit les intentions (11), et qu'elle agit au moyen d'un organe corporel, elle ne s'élève pas au-dessus du genre de l'âme sensitive. Or, l'homme n'est pas un homme, mais seulement un animal, en vertu de l'âme sensitive. Donc, s'il y a en nous quelque chose de multiple, c'est cela seul qui appartient à l'homme en sa qualité d'animal.

2° Comme la faculté de penser opère par le moyen d'un organe, elle n'est pas le principe de notre connaissance, puisque l'opération de connaître n'appartient à aucun organe. Or, c'est en vertu du principe par lequel nous connaissons, que l'homme est un homme; car connaître, c'est l'opération propre de l'homme, et elle est inséparable de son espèce. Donc, si tel individu est un homme, ce n'est pas à raison de la faculté de penser qui est en lui; et cette faculté ne constitue pas la différence substantielle qui le distingue des brutes, ainsi que le suppose Averrhoès.

3° La faculté de penser ne se rattache à l'intellect possible, par lequel l'homme connaît, que par son acte; et cet acte dispose les images de telle sorte que l'intelligence, devenant active, en fasse des intelligibles actuels qui perfectionnent l'intellect possible. Or, cette opération varie en nous. On ne peut donc la considérer, ni comme le lien qui unit l'homme au principe de l'espèce humaine, ni comme son carac

tus... Separatus vero, id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuumque. Non autem recordamur, quia hoc quidem expers est passionis. Intellectus vero passivus extinguitur, et sine hoc nihil intelligit (Arist. *De anima*, III, c. 5).

(11) Voyez la note 2 du ch. 60, p. 68.

---

teles (de Anima, III, c. 5) passivum intellectum vocat, adhuc sequuntur eadem inconvenientia :

1° Quia, quum virtus cogitativa habeat operationem solum circa particularia quorum intentiones dividit et componit, et habeat organum corporale per quod agit, non transcendit genus animæ sensitivæ. Homo autem ex anima sensitiva non habet quod sit homo, sed quod sit animal. Adhuc igitur relinquitur quod numeretur in nobis solum id quod competit homini in quantum est animal.

2° Præterea, Virtus cogitativa, quum operetur per organum, non est id quo intelligimus, quum intelligere non sit operatio alicujus organi. Id autem quo intelligimus est id quo homo est homo, quum intelligere sit propria operatio hominis, consequens ejus speciem. Non est igitur hoc individuum homo per virtutem cogitativam, neque hæc virtus est id per quod homo substantialiter differt a brutis, ut Commentator prædictus fingit.

3° Adhuc, Virtus cogitativa non habet ordinem ad intellectum possibilem quo intelligit homo, nisi per suum actum quo præparantur phantasmata ut per intellectum agentem fiant intelligibilia actu et perficientia intellectum possibilem. Operatio autem ista non semper eadem manet in nobis. Impossibile est igitur quod homo per eam vel continuetur principio speciei humanæ vel per eam habeat speciem. Sic igitur patet quod prædicta responsio omnino confutanda est.

tère spécifique. Il est évident, par conséquent, que la réponse qui précède est inadmissible.

4° Ce qui fait qu'une chose opère ou agit est le principe d'où découle l'opération, non-seulement quant à son existence, mais encore selon qu'elle s'étend à la multitude ou se réduit à l'unité. En effet, le même calorique n'a qu'une seule action d'échauffer, ou un seul échauffement actif, et cependant l'échauffement passif peut se multiplier en raison de la diversité des objets que ce même calorique échauffe en même temps. Or, Aristote nous dit que l'âme connaît par l'intellect possible (12). Si donc l'intellect possible de deux hommes est numériquement un seul et même intellect, il s'ensuivra qu'ils auront également tous deux une seule et même action de connaître; ce qui est manifestement impossible, car plusieurs individus sont incapables d'une opération unique. Il répugne donc que le même intellect possible appartienne à deux hommes.

On ne pourra pas davantage nous opposer que l'action de connaître se multiplie selon la diversité des images. En effet :

1° Nous avons déjà observé qu'un même agent n'a qu'une seule action, et que cette action ne se multiplie qu'en raison des sujets divers dans lesquels elle passe. Or, connaître, vouloir, et les autres opérations du même genre, sont des actions qui ne passent pas dans une matière extérieure; mais elles demeurent dans l'agent comme des perfections qui lui sont propres. C'est ce que l'on peut voir dans Aristote (13).

(12) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

(13) Ipsa intellectio, secundum se, ejus est quod secundum se optimum est; et quæ maxime est, ejus quod maxime est. Seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. Intelligibilis namque fit attingens et intelligens, ita ut idem intellectus et intelligibile sit. Susceptivum enim intelligibilis et substantiæ, intellectus est, operatur autem habens... Intellectus operatio vita est, ille vero est actus (Arist. *Metaphys.* XII, c. 7).

4° Item, Id quo aliquid operatur aut agit est principium ad quod sequitur operatio, non solum quantum ad esse ipsius, sed etiam quantum ad multitudinem aut unitatem; ab eodem enim calore non est nisi unum calefacere sive una calefactio activa, quamvis possit esse multiplex calefieri sive multæ calefactiones passivæ secundum diversitatem calefactorum simul per unum calorem. Intellectus autem possibilis est quo intelligit anima, ut dicit Aristoteles (de Anima, III, c. 4 et 5). Si igitur intellectus possibilis hujus et illius hominis sit unus et idem numero, necesse erit etiam intelligere utriusque esse unum et idem; quod patet esse impossibile; nam diversorum individuorum impossibile est esse operationem unam. Impossibile est igitur intellectum possibilem esse unum hujus et illius.

Si autem dicatur quod ipsum intelligere multiplicatur secundum diversitatem phantasmatum, hoc stare non potest.

1° Sicut enim dictum est, unius agentis una est actio, quæ multiplicatur solum secundum diversa subjecta in quæ transit illa actio. Intelligere autem et velle et hujusmodi non sunt actiones transeuntes in exteriorem materiam, sed manent in ipso

Donc l'action de connaître, qui est unique dans l'intellect possible, ne peut se multiplier par la diversité des images.

2° Les images sont, sous un certain rapport, pour l'intellect possible, ce qu'est le principe actif pour le sujet passif, conformément à ce que dit le Philosophe, que connaître, c'est en quelque sorte devenir passif (14). Or, la passivité du sujet se diversifie à raison des formes ou des espèces diverses des principes actifs, et non à raison de leur diversité, qui consiste dans le nombre. En effet, deux principes actifs, dont l'un échauffe et l'autre dessèche, produisent en même temps, dans un sujet unique qui reçoit leur action, l'échauffement et la dessiccation; tandis que deux sources de calorique ne causent pas deux échauffements, mais un seul, dans le sujet qui en est susceptible, à moins qu'il n'y ait deux espèces différentes de chaleur. Il en est ainsi, parce que la chaleur, qui est d'une seule espèce, ne pouvant se répéter dans un sujet unique, et d'ailleurs, le nombre étant déterminé dans le mouvement par celui des deux termes qui en est la fin (15), si l'action est simultanée et passe dans le même sujet, il ne pourra pas y avoir en lui un double échauffement passif. Il faut cependant poser cette condition, qu'il n'y aura pas de chaleur d'une autre espèce, ainsi que cela a lieu pour le sperme, qui tire la sienne tout à la fois du feu, de l'influence du ciel et de l'action de l'âme. Donc l'action de connaître, qui se produit dans l'intellect possible, ne se multiplie, en vertu de la diversité des images, qu'autant que la connaissance a pour objet des espèces diverses entre elles. Par exemple, la connaissance diffère si son objet

(14) Voyez la note 12 du ch. 60, p. 73.
(15) Le mouvement a deux termes : l'un qui en est le principe, *terminus a quo*; l'autre qui est sa fin, *terminus ad quem*.

---

agente quasi perfectiones ipsius agentis, ut patet per Aristotelem (Metaphys. XII, c. 7). Non potest igitur unum intelligere intellectus possibilis multiplicari per diversitatem phantasmatum.

2° Præterea, Phantasmata se habent ad intellectum possibilem ut activum quodammodo ad passivum, secundum quod Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 3 et 4) quod intelligere quoddam pati est. Pati autem ipsum patientis diversificatur secundum diversas formas activorum sive species, non secundum diversitatem eorum in numero; in uno enim passivo sequitur simul a duobus activis, scilicet calefaciente et desiccante calefieri et desiccari; non autem a duobus calefacientibus sequitur in uno calefactibili duplex calefieri, sed unum tantum, nisi forte sint diversæ species caloris; quum enim calor duplex unius speciei non possit esse in uno subjecto, motus autem numeretur secundum terminum ad quem, si sit unius temporis et ejusdem subjecti, non poterit esse duplex calefieri in uno subjecto; et hoc dico, nisi sit alia species caloris, sicut ponitur in semine calor ignis, cœli et animæ. Ex diversitate igitur phantasmatum intelligere intellectus possibilis non multiplicatur, nisi secundum diversarum specierum intelligentiam, ut dicamus quod aliud est ejus intelligere, prout intelligit hominem et prout intelligit equum. Sed horum unum

est un homme ou un cheval. Or, la même action de connaître l'une de ces choses convient à tous les hommes. Donc cette connaissance actuelle, qui est numériquement identique, appartient à cet homme aussi bien qu'à cet autre.

3° L'intellect possible connaît l'homme, non en tant qu'il est tel homme, mais en tant qu'il est homme absolument et à raison de son espèce. Or, le principe constitutif de son espèce est un, à quelque point que se multiplient les images qui représentent l'homme, soit dans un seul, soit dans plusieurs, à proportion des diverses individualités humaines auxquelles ces images appartiennent en propre. On ne peut donc envisager la multiplicité des images comme une cause qui multiplie dans l'intellect possible l'action même de connaître, relativement à une seule espèce; et par conséquent, nous avons toujours pour divers individus une action unique sous le rapport du nombre.

4° La science habituelle est dans l'intellect possible comme dans son sujet propre; car il devient actuel lorsqu'il considère une chose comme faisant partie de cette science. Or, si l'accident est un quant à son espèce, il ne se multiplie que dans le sujet. Donc, en admettant qu'il n'y a pour tous les hommes qu'un seul intellect possible, si la science habituelle est spécifiquement la même, comme est celle de la grammaire, elle sera la même aussi numériquement dans tous les hommes. Personne ne voudra soutenir une pareille conséquence. Donc il est faux que tous les hommes aient un seul intellect possible.

Nos adversaires répondent que le sujet de la science habituelle est, non l'intellect possible, mais l'intellect passif et la faculté de penser. C'est ce que nous ne pouvons admettre. Car :

---

intelligere simul convenit omnibus hominibus. Ergo ad hoc sequetur quod idem intelligere numero sit hujus hominis et illius.

3° Adhuc, Intellectus possibilis intelligit hominem, non secundum quod est hic homo, sed in quantum est homo simpliciter secundum rationem speciei. Hæc autem ratio una est, quantumcumque phantasmata hominis multiplicentur vel in uno homine vel in diversis secundum diversa individua hominis, quòrum proprie sunt phantasmata Multiplicatio igitur phantasmatum non potest esse causa quod multiplicetur ipsum intelligere intellectus possibilis respectu unius speciei; et sic adhuc remanebit una actio numero diversorum hominum.

4° Item, Proprium subjectum habitus scientiæ est intellectus possibilis, quia ejus actus est considerare secundum scientiam. Accidens autem, si sit unum secundum speciem, non multiplicatur nisi secundum subjectum. Si igitur intellectus possibilis sit unus omnium hominum, necesse erit quod scientiæ habitus, si sit idem secundum speciem, puta habitus grammaticæ, sit idem numero in omnibus hominibus; quod est inopinabile. Non est igitur intellectus possibilis unus in omnibus.

Sed ad hoc dicunt quod subjectum habitus scientiæ non est intellectus possibilis, sed intellectus passivus et virtus cogitativa; quodquidem esse non potest.

1° Nam, sicut probat Aristoteles (Ethic.,

1° Aristote prouve que la répétition des mêmes actes engendre des habitudes semblables, lesquelles, à leur tour, produisent des actes de même nature (16). Or, ce sont les actes de l'intellect possible qui forment en nous l'habitude de la science, et cette habitude nous dispose à réitérer ces mêmes actes. Donc l'habitude de la science a pour sujet l'intellect possible, et non l'intellect passif.

2° La science a pour objet les conclusions tirées des démonstrations; car, selon le Philosophe, la démonstration est un syllogisme qui nous fait savoir (17). Or, les conclusions extraites des démonstrations sont universelles, aussi bien que les principes. Donc la science réside dans la faculté à laquelle appartient la connaissance de l'universel. Or, l'intellect passif n'a pas la propriété de connaître les *intentions* universelles, mais seulement les particulières (18). Donc il n'est pas le sujet de la science habituelle.

3° Nous avons déjà résolu cette difficulté par plusieurs raisons, lorsqu'il a été question de l'union de l'intellect possible avec l'homme [ch. 59].

(16) Cum sint duo virtutum genera, unum earum quæ ab ratione et cogitatione proficiscuntur, alterum earum quas morales a moribus appellamus, illæ quidem quæ in ratione positæ sunt, magnam partem a doctrina ortum et incrementum habent : itaque cum usum, tum spatium tempusque desiderant. Morales autem ἐξ ἔθους, id est, ex more comparantur, a quo nomen quoque traxerunt, quod parum admodum ἀπὸ τοῦ ἔθους, id est, a more deflectit. Ex quo etiam perspicuum est nullam virtutem moralem insitam nobis esse a natura... Ergo neque natura, neque præter naturam nobis ingenerantur virtutes, sed sic affectis, ut ad eas suscipiendas apti simus natura, perficiamur autem perpoliamurque more et consuetudine... Atque ut uno verbo dicam, ex similibus munerum functionibus atque actionibus similes habitus oriuntur (Arist. *Ethic.* II, c. 1).

(17) Demonstrationem voco ratiocinationem quæ scientiam gignere ob id dicitur, quod illa animo comprehensa, statim rem scimus. Si igitur id est scire quod diximus, necesse est demonstrativam scientiam ex iis sumptionibus constare, quæ et veræ sint, et primæ, et ut sic dicam, immediatæ, et notiores, et priores, denique et causæ conclusionis : nam si hæc sint omnia, fiet ut accommodata sint ad id, quod demonstratur, principia. Quanquam enim possit esse ratiocinatio, ut simul hæc non sint omnia, in demonstratione tamen sunt necessaria : alioqui ut rem sciamus nunquam efficiet (Arist. *Analytic. poster.* I, c. 2).

(18) Voyez la note 2 du ch. 60, p. 68.

II, c. 1), ex similibus actibus fiunt similes habitus, qui similes etiam actus reddunt. Ex actibus autem intellectus possibilis fit habitus scientiæ in nobis, et ad eosdem actus potentes sumus secundum habitum scientiæ. Habitus igitur scientiæ est in intellectu possibili, non passivo.

2° Adhuc, Scientia est de conclusionibus demonstrationum; nam demonstratio est syllogismus faciens scire, ut Aristoteles dicit (Analytic. poster., I, c. 2). Conclusiones autem demonstrationum sunt universales, sicut et principia. Est Igitur in illa virtute quæ est cognitiva universalium. Intellectus autem passivus non est cognoscitivus universalium, sed particularium intentionum. Non est igitur subjectum habitus scientiæ.

3° Præterea, Contra hoc sunt plures rationes adductæ supra (c. 59), quum de

Ceux qui font de l'intellect passif le siége de la science habituelle se sont vraisemblablement appuyés sur ce fait, que les hommes ont plus ou moins de facilité pour étudier les sciences, suivant les dispositions dans lesquelles se trouvent la faculté de penser et l'imagination; mais ils se sont trompés. Car :

1° Cette facilité est bien subordonnée à ces facultés; mais elles ne sont que des dispositions éloignées. Elle dépend également de la bonté du tact et du tempérament, suivant ce que dit Aristote, que les individus dont le tact est bon et la chair souple ont un esprit pénétrant (19). Or, la faculté de s'appliquer à une chose découle de l'habitude de la science, comme du principe prochain de l'acte; car il est nécessaire que, de même que les autres habitudes perfectionnent leurs puissances respectives, cette habitude perfectionne la puissance au moyen de laquelle nous connaissons, en sorte qu'elle entre facilement en action, lorsqu'elle en aura la volonté.

2° Les dispositions des facultés ci-dessus indiquées consistent, de la part de l'objet, c'est-à-dire de l'image, en ce qu'il se trouve, à raison de la bonté de ces facultés, préparé à passer, par l'action de l'intelligence, à l'état d'intelligible actuel. Or, on ne doit pas regarder comme des habitudes les dispositions des objets, mais seulement celles qui sont dans les puissances. Par exemple, les dispositions en vertu desquelles des choses capables d'inspirer l'effroi deviennent plus fa-

(19) Exactiorem gustum habemus quam odoratum, ex eo quia gustus tactus est quidam, quem quidem sensum homo exactissimum habet. In cæteris namque sensibus vehementer a cæteris animalibus superatur : at tactu longe cæteris omnibus excellentius percipit. Quapropter et prudentissimum est animalium. Indicium autem est, in hominum genere, ob hoc instrumentum sensus, ingeniosos esse hebetesve, et non ob aliud quicquam. Qui namque sunt duri carne, ii sunt inepti mente : qui vero sunt molles carne, ii sunt ingeniosi, menteque dextri (Arist. *De anima*, II, c. 9).

---

unione intellectus possibilis ad hominem ageretur.

Videtur autem ex hoc fuisse deceptio, in ponendo habitum scientiæ in intellectu passivo esse, quia homines inveniuntur promptiores vel minus prompti ad scientiarum considerationes, secundum diversam dispositionem virtutis cogitativæ et imaginativæ.

1° Sed ista promptitudo dependet ab illis virtutibus sicut ex dispositionibus remotis, prout etiam dependet a bonitate tactus et corporis complexione, secundum quod dicit Aristoteles (de Anima, II, c. 9) homines boni tactus et mollis carnis esse bene aptos mente. Ex habitu autem scientiæ inest facultas considerandi, sicut ex proximo principio actus; oportet enim quod habitus scientiæ perficiat potentiam qua intelligimus, ut agat quum voluerit faciliter, sicut et alii habitus potentias in quibus sunt.

2° Item, Dispositiones prædictarum virtutum sunt ex parte objecti, scilicet phantasmatis, quod, propter bonitatem harum virtutum, præparatur ad hoc quod faciliter fiat intelligibile actu per intellectum agentem. Dispositiones autem quæ sunt ex parte objectorum non sunt habitus, sed quæ sunt ex parte potentiarum; non enim dispositiones quibus terribilia fiunt magis tolerandа, sunt habitus fortitudinis, sed dis-

ciles à supporter ne constituent pas l'habitude de la force; mais cette habitude est une disposition par laquelle la partie de l'âme que nous désignons sous le nom d'irascible est préparée à supporter ces choses effrayantes. Donc, contrairement à ce que dit Averrhoès, ce n'est pas l'intellect passif, mais l'intellect possible, qui est le sujet de la science habituelle.

3° Si tous les hommes ensemble n'ont qu'un seul intellect possible, cet intellect possible a toujours existé, supposé, comme nos adversaires le prétendent, qu'il y a toujours eu des hommes. Et il en sera de même, à plus forte raison, de l'intelligence active; car, ainsi que l'observe Aristote, l'agent est plus noble que le sujet de l'action (20). Or, si l'agent et le sujet de l'action sont éternels, les objets perçus par ce dernier seront également éternels. Donc les espèces intelligibles ont existé de toute éternité dans l'intellect possible. Donc cet intellect ne pourra recevoir de nouveau aucune espèce intelligible. Or, les sens et l'imagination ne sont nécessaires pour connaître qu'en ce qu'ils servent de canaux pour la perception des espèces intelligibles. Donc la connaissance pourra avoir lieu sans le concours des sens et de l'imagination; et nous retombons ainsi dans le système de Platon, pour qui les sens ne sont pas les canaux par lesquels nous arrive la science, mais des instruments qui réveillent en nous le souvenir des choses que nous avons sues autrefois (21).

Averrhoès répond à cela que les espèces intelligibles ont un double

(20) Quidam est intellectus talis, ut omnia fiat : quidam talis, ut omnia agat atque efficiat, qui quidem ut habitus est quidam, et perinde ac lumen : nam et lumen, colores qui sunt in potentia, actu colores quodammodo facit. Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia actus; semper enim id quod efficit atque agit, præstabilius est eo quod patitur (Arist. *De anima*, III, c. 5).

(21) Jamvero si perceptarum scientiarum nunquam induceretur in nobis oblivio, omnino oporteret ut semper illarum periti essemus, et per universam vitam semper

---

positio qua pars animæ, scilicet irascibilis, disponitur ad terribilia sustinenda. Ergo manifestum est quod habitus scientiæ non est in intellectu passivo, ut Commentator prædictus dicit, sed magis in intellectu possibili.

3° Item, Si unus est intellectus possibilis omnium hominum, oportet ponere intellectum possibilem semper fuisse, si homines semper fuerunt, sicut ponunt; et multo magis intellectum agentem, quia agens est honorabilius patiente, ut Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 5). Sed si agens est æternum et recipiens æternum, oportet recepta esse æterna. Ergo species intelligibiles ab æterno fuerunt in intellectu possibili; non igitur de novo erit quod recipiat aliqua species intelligibiles. Ad nihil autem sensus et phantasia sunt necessaria ad intelligendum, nisi ut ab eis accipiantur species intelligibiles. Sensus igitur non erit necessarius ad intelligendum, neque phantasia, et redibit opinio Platonis quod scientiam non acquirimus per sensus, sed ab eis excitamur ad rememorandum prius scita.

Sed ad hoc respondet prædictus Com-

sujet : l'un qui les rend éternelles, savoir l'intellect possible; l'autre qui leur donne une existence nouvelle, c'est-à-dire l'image. Il en est ainsi pour l'espèce visible dont les deux sujets sont la chose même qui subsiste en dehors de l'âme, et la puissance où se produit la vision. Mais cette réponse n'a aucune valeur. Car :

1° L'action et la perfection de ce qui est éternel ne sauraient dépendre d'une chose qui existe dans le temps. Or, les images sont temporaires et se renouvellent en nous à chaque instant, en passant par les sens. Il ne peut donc se faire que les espèces intelligibles, au moyen desquelles l'intellect possible entre en acte et opère, dépendent des images, de la même manière que les espèces visibles, qui ne sont rien sans les objets situés en dehors de l'âme.

2° Aucun être ne reçoit ce qu'il possède déjà ; car, selon la remarque d'Aristote, pour recevoir une chose, il faut en être privé (22). Or, les espèces intelligibles étaient dans l'intellect possible avant qu'elles fussent perçues par moi ou par vous; car ceux qui nous ont précédés n'auraient rien connu si l'intellect possible n'eût pas été réduit en acte

essemus scientia præditi. Illud enim est scire, ejus rei quam perceperimus scientiam constanter retinere, nec unquam amittere. Nonne oblivionem vocamus scientiæ amissionem atque jacturam ? — Omnino, Socrates. — Quod si ea, antequam nasceremur, scientia præditi, postquam nati sumus, eam amisimus ; post vero sensuum usu et ministerio in iis versantes, eas recipiamus scientias quas et antea habebamus, nonne id vocamus *discere*, propriam videlicet scientiam recuperare ? Si vero illud appellemus *reminisci*, rectene dicemus ? — Omnino. — Fieri enim posse experientia commonstratum est, ut is qui aliquid senserit, id aut viderit, aut audiverit, aut alio quopiam sensu aliquid perceperit, alterum quidpiam diversumque ab eo quod oblitus fuerit, animo complectatur, ad quod nimirum id, seu simile sit seu dissimile, accederet. Itaque duorum alterum consequi necesse est : aut enim hæc scientes nati sumus, et per universam nostram vitam scimus omnes ; aut certe quos dicimus tandem scire, eos nihil aliud quam reminisci. Atque adeo *discere* erit *reminisci* (*Phædo*, p. 75, Henr. Steph., 1578).

(22) Quod si motus et actio atque passio in eo est, quod patitur atque movetur, necesse est et sonum et auditum actu, in auditu, qui est potentia, esse : agentis namque moventisque operatio, in ipso patiente suscipitur atque inest (Arist. *De anima*, III, c. 2).

---

mentator quod species intelligibiles habent duplex subjectum : ex uno quorum habent æternitatem, scilicet ab intellectu possibili; ab alio autem habent novitatem, scilicet a phantasmate; sicut etiam speciei visibilis subjectum est duplex, scilicet res extra animam et potentia visiva. Hæc autem responsio stare non potest.

1° Impossibile enim est quod actio et perfectio æterni dependeat ab aliquo temporali. Phantasmata autem temporalia sunt et de novo quotidie in nobis facta ex sensu. Impossibile est igitur quod species intelligibiles, quibus intellectus possibilis fit actu et operatur, dependeant a phantasmatibus, sicut species visibiles dependent a rebus quæ sunt extra animam.

2° Amplius, Nihil recipit quod jam habet, quia recipiens oportet esse denudatum a recipiendo, secundum Aristotelem (de Anima, III, c. 2). Sed species intelligibiles, ante meum sentire vel tuum, fuerunt in intellectu possibili ; non enim qui fuerunt ante nos intellexissent, nisi intellectus possibilis fuisset reductus in actum per species intelligibiles. — Nec potest dici quod species illæ, prius receptæ in intellectu possibili, esse cessaverunt ; quia intellectus pos-

par des espèces intelligibles. — On ne peut pas prétexter que ces espèces, après avoir été d'abord reçues dans l'intellect possible, ont cessé d'exister, parce que l'intellect possible ne reçoit pas seulement, mais il conserve ce qu'il a reçu. C'est ce qui fait dire à Aristote, au troisième livre *De l'Ame,* qu'il est le lieu où sont les espèces (23). Donc ce n'est pas par les images que les espèces sont reçues dans l'intellect possible. — Donc il est inutile que notre intelligence, en devenant active, fasse passer nos images à l'état d'intelligibles actuels.

3° L'objet reçu est dans le sujet qui le reçoit conformément à la manière d'être de ce dernier. Or, l'intelligence est immuable de sa nature. Donc ce qu'elle reçoit est en elle fixe et immuable.

4° L'intelligence étant une faculté supérieure aux sens, son unité doit être plus parfaite. Nous en avons une preuve en ce qu'une seule intelligence porte un jugement sur des objets sensibles dont les genres divers relèvent des diverses puissances sensitives; d'où il résulte que les opérations qui sont propres aux diverses puissances sensitives se réunissent dans une même intelligence. Or, parmi les puissances sensitives, les unes ne font que recevoir, et c'est ce qui a lieu pour les sens; les autres, comme l'imagination et la mémoire, conservent ce qu'elles ont reçu, et pour cette raison, on les appelle des trésors. Donc l'intellect possible reçoit nécessairement et conserve ce qu'il a une fois reçu.

5° En restant dans l'ordre naturel, il est superflu de rappeler que, si l'on parvient à réaliser quelque chose au moyen du mouvement, cette chose ne demeure pas, mais cesse subitement d'exister. C'est pourquoi

(23) Bene recteque censent qui formarum locum animam inquiunt esse. Attamen neque tota est locus, sed intellectiva; neque est actu, sed potentia, formæ (Arist. *De anima*, III, c. 4). — Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

---

sibilis non solum recipit, sed conservat quæ recipit; unde, in tertio de Anima (c. 4) dicitur esse locus specierum. Igitur ex phantasmatibus nostris non recipiuntur species in intellectu possibili. — Frustra igitur per intellectum agentem fiunt intelligibilia actu nostra phantasmata.

3° Item, Receptum est in recipiente per modum recipientis. Sed intellectus secundum se est supra motum. Ergo quod recipitur in eo recipitur fixe et immobiliter.

4° Præterea, Quum intellectus sit superior virtus quam sensus, oportet quod sit magis unita; et ex hoc videmus quod unus intellectus habet judicium de diversis generibus sensibilium quæ ad diversas potentias sensitivas pertinent; unde accipere possumus quod operationes pertinentes ad diversas potentias sensitivas in uno intellectu adunantur. Potentiarum autem sensitivarum quædam recipiunt tantum, ut sensus; quædam autem retinent, ut imaginatio et memoria; unde et thesauri dicuntur. Oportet igitur quod intellectus possibilis et recipiat et retineat jam recepta.

5° Amplius, In rebus naturalibus vanum est dicere quod id ad quod pervenitur per motum non permaneat, sed statim esse desinat; propter quod repudiatur positio dicentium omnia semper moveri; oportet

nous rejetons l'opinion de ceux qui prétendent que tous les êtres sont soumis à un mouvement perpétuel; car le mouvement a nécessairement le repos pour terme. Il est donc encore moins vrai que ce qui est reçu dans l'intellect possible ne s'y conserve pas.

6° S'il est vrai que l'intellect possible ne reçoit aucune espèce intelligible au moyen des images qui sont en nous, parce qu'il les a déjà reçues comme provenant des images produites dans ceux qui existaient avant nous, il faudra dire, pour la même raison, que ces espèces ne lui sont pas venues non plus des images de tous ceux qui ont été précédés par d'autres. Or, en accordant à nos adversaires que le monde est éternel, tous les hommes ont succédé à d'autres hommes. Donc l'intellect possible n'a jamais reçu d'espèce intelligible par les images. Donc Aristote se trompe en disant que l'intelligence fait passer les images à l'état d'intelligibles actuels (24).

7° Il paraît résulter de là que l'intellect possible peut se passer des images pour connaître. Or, ce n'est pas par l'intellect possible que nous connaissons. Donc nous pourrons aussi arriver à connaître indépendamment de la sensation et de l'image; ce qui est évidemment faux et contredit l'opinion d'Aristote (25).

Si l'on nous objecte que, même en admettant un nombre d'intellects possibles correspondant à celui des individus, il s'ensuit également, pour la même raison, que l'image nous sera inutile pour fixer notre attention sur les objets dont les espèces intelligibles auront été conservées dans notre intelligence, et que cette conséquence est opposée à ce que dit Aristote, « que l'âme est incapable de connaître sans

(24) Intellectus potentia quidem est quodammodo intelligibilia ipsa; actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(25) Voyez la note 20 du ch. 60, p. 79.

---

enim motum ad quietem terminari. Multo igitur minus dici potest quod receptum in intellectu possibili non conservetur.

6° Adhuc, Si, ex phantasmatibus quæ sunt in nobis, intellectus possibilis non recipit aliquas species intelligibiles, quia jam recepit a phantasmatibus eorum qui fuerunt ante nos, pari ratione a nullorum phantasmatibus recipit, quos alii præcesserunt. Sed quoslibet aliqui alii præcesserunt, si mundus æternus est, ut ponunt. Nunquam igitur intellectus possibilis recipit aliquas species a phantasmatibus; frustra igitur ponitur intellectus ab Aristotele (de Anima, III, c. 4) ut faciat phantasmata esse intelligibilia actu.

7° Præterea, Ex hoc videtur sequi quod intellectus possibilis non indigeat phantasmatibus ad intelligendum. Non autem per intellectum possibilem intelligimus. Neque igitur nos sensu et phantasmate indigebimus ad intelligendum; quod est manifeste falsum et contra sententiam Aristotelis (de Anima, III, c. 7 et 8).

Si autem dicatur quod pari ratione non indigeremus phantasmate ad considerandum ea quorum species intelligibiles sunt in intellectu conservatæ, etiamsi intellectus

image, » il est clair que cette difficulté n'est pas sérieuse (26). En effet :

1° L'intellect possible, comme toute autre substance, opère d'une manière conforme à sa nature. Or, il est, par sa nature, la forme du corps. C'est pourquoi, tout en connaissant ce qui est immatériel, il l'aperçoit dans une certaine matière; et ce qui le prouve, c'est que si l'on s'occupe de l'universel, on apporte des exemples particuliers qui personnifient l'idée. L'intellect possible n'est donc pas dans la même disposition, relativement à l'image dont il a besoin, avant de recevoir l'espèce intelligible et après qu'il l'a reçue. Elle lui est indispensable avant, puisque c'est par elle qu'il doit recevoir l'espèce intelligible; en sorte que l'image est pour l'intellect possible comme l'objet moteur. Après qu'il a reçu l'espèce en lui, l'image lui est encore nécessaire en sa qualité d'instrument ou de fondement de l'espèce intelligible, et alors l'intellect possible devient en quelque manière cause efficiente, par rapport à l'image; car suivant un ordre émané de lui, il se forme dans l'imagination une image qui répond à telle espèce intelligible déterminée, et l'espèce se voit dans l'image comme le type dans sa copie ou son portrait. Si donc l'intellect possible avait toujours eu en lui les espèces intelligibles, il ne se serait jamais trouvé avec les images dans le même rapport qui existe entre le sujet et l'objet moteur.

2° Aristote enseigne que l'âme et l'homme connaissent par l'intellect possible (27). Or, supposé qu'il n'y ait pour tous les hommes qu'un seul intellect possible qui existe de toute éternité, il devra avoir en lui

(26) Voyez la note 4 du ch. 59, p. 63; et la note 20 du ch. 60, p. 79.
(27) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

---

possibiles sint plures in diversis, quod est contra Aristotelem, qui dicit (de Anima, III, c. 7) quod « nequaquam sine phantasmate intelligit anima, » patet quod non est conveniens obviatio.

1° Intellectus enim possibilis, sicut et quælibet substantia, operatur secundum modum suæ naturæ. Secundum autem naturam suam est forma corporis; unde intelligit quidem immaterialia, sed inspicit ea in aliquo materiali; cujus signum est quod, in doctrinis universalibus, exempla particularia ponuntur, in quibus quod dicitur inspiciatur. Alio ergo modo se habet intellectus possibilis ad phantasma quo indiget, ante speciem intelligibilem, et alio modo postquam recepit speciem intelligibilem : ante enim indiget eo ut ab eo accipiat speciem intelligibilem; unde se habet ad intellectum possibilem ut objectum movens; sed, post speciem in eo receptam, indiget eo quasi instrumento sive fundamento suæ speciei; unde se habet ad phantasmata sicut causa efficiens; secundum enim imperium intellectus, formatur in imaginatione phantasma conveniens tali speciei intelligibili, in quo resplendet species intelligibilis sicut exemplar in exemplato sive in imagine. Si ergo intellectus possibilis semper habuisset species, nunquam compararetur ad phantasmata sicut recipiens ad objectum motivum.

2° Item, Intellectus possibilis est quo anima et homo intelligit, secundum Aristo-

toutes lès espèces intelligibles de toutes les choses qui ont été connues par le passé ou le sont encore actuellement par tous les hommes. Donc nous tous qui connaissons par l'intellect possible et pour qui l'action de connaître est la même que celle de cet intellect, nous devons connaître tout ce qui est connu maintenant ou l'a été par ceux qui nous ont précédés; et il n'en est certainement pas ainsi.

Averrhoès se défend en disant que, si nous connaissons par l'intellect possible, cela vient de ce qu'il nous est uni au moyen des images. Il ajoute que les images varient dans les individus et ne sont pas toutes disposées de la même manière; et que c'est pour cette raison que l'un ignore souvent ce que l'autre connaît. Cette réponse paraît s'accorder avec ce qui précède; car, même en admettant que tous n'ont pas le même intellect possible, il est encore vrai que nous ne connaissons les objets dont les espèces [intelligibles] se trouvent dans l'intellect possible, qu'autant qu'il se forme des images capables de produire cet effet.

Nous prouvons ainsi que cette réponse ne fait pas disparaître entièrement la difficulté :

Lorsque l'intellect possible est entré en acte au moyen de l'espèce intelligible qu'il a reçue, il peut agir par lui-même, comme Aristote l'enseigne (28). Aussi voyons-nous qu'il est en notre pouvoir de fixer notre attention, quand cela nous plaît, sur les objets dont nous avons acquis la science; et nous ne rencontrons aucun obstacle du côté des

(28) Non idem esse imaginationem existimationemve, patet. Hic enim affectus in potestate nostra sine controversia collocatur. Licet namque, cum libet, fingere quidquid volumus, atque ante oculos ponere; perinde atque ii faciunt qui in artificiosæ memoriæ comparatis atque dispositis locis imagines fingunt atque simulacra collocant (Arist. *De anima*, III, c. 3).

---

telem (de Anima, III, c. 4). Si autem intellectus possibilis est unus omnium ac æternus, oportet quod in ipso jam sint receptæ omnes species intelligibiles eorum quæ a quibuslibet hominibus sunt scita vel fuerunt. Quilibet igitur nostrum qui per intellectum possibilem intelligit, imo cujus intelligere est ipsum intelligere intellectus possibilis, intelliget omnia quæ sunt vel fuerunt a quibuscumque intellecta, quod patet esse falsum.

Ad hoc autem Commentator prædictus respondet, dicens quod nos non intelligimus per intellectum possibilem, nisi secundum quod continuatur nobis per nostra phantasmata; et (quod), quia non sunt eadem phantasmata apud omnes nec eodem modo disposita, nec quidquid intelligit unus intelligit alius. Et videtur hæc responsio consonare præmissis; nam, etiamsi intellectus possibilis non est unus, non intelligimus ea quorum species sunt in intellectu possibili, nisi adsint phantasmata ad hoc disposita.

Sed quod dicta responsio non possit totaliter inconveniens evitare, sic patet.

Quum intellectus possibilis factus est actu per speciem intelligibilem receptam, potest agere per seipsum, ut dicit Aristoteles (de Anima, III, c. 3); unde videmus quod illud cujus scientiam semel accepimus est in potestate nostra iterum considerare

images; car nous avons la faculté d'en former qui soient en rapport avec la chose dont nous voulons nous occuper, à moins qu'il ne survienne quelque empêchement dans l'organe même qui doit concourir à cette action, ainsi que cela a lieu chez les personnes qui tombent en frénésie ou en léthargie et dont l'imagination et la mémoire ne peuvent plus alors fonctionner librement. C'est ce qui fait dire à Aristote que la science habituelle une fois acquise, quoique l'on ne considère les choses qu'en puissance, on n'a pas besoin, pour passer de la puissance à l'acte, d'autre moteur que de celui qui éloigne l'obstacle, et il suffit de vouloir pour fixer spontanément son attention sur l'objet (29). Or, s'il est vrai que les espèces intelligibles de toutes les sciences existent dans l'intellect possible, et ceux qui veulent qu'il soit unique et éternel seront obligés de nous l'accorder, les images seront nécessaires à l'intellect possible de la même manière qu'elles le sont pour celui qui, possédant une science, médite sur les objets qu'elle comprend; ce qu'il ne saurait faire sans images. Donc, puisque tous les hommes connaissent par l'intellect possible, selon qu'il arrive à l'acte, au moyen des espèces intelligibles, tout homme pourra, quand il le voudra, prendre dans toutes les sciences l'objet de ses méditations. Et cela est évidemment absurde; car, dans ce cas, personne n'aurait besoin de maître pour acquérir la science. Donc l'intellect possible n'est pas unique et éternel.

(29) Quoniam esse potentia multipliciter dicitur, hæc est sane causa ut non sit perspicuum a quonam talia moveantur; ut ignis sursum et terra deorsum. Diverso autem modo potentia sciens est, qui discit, et qui jam scientiam habet et non contemplatur. Cum autem activum atque passivum sint simul, evadit interdum id quod est potentia, actu tale, ut id quod discit, et ex eo quod est potentia, fiat aliud potentia rursus. Qui namque scientiam habet et non contemplatur, est potentia quodammodo sciens, sed non ut erat antea quam didicisset. Atque cum ita sese habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, vel in contradictione, ignorationeque erit (Arist. *Phys.* VIII, c. 4).

---

quum volumus, nec impedimur propter phantasmata; quia in potestate nostra est formare phantasmata accommodata considerationi quam volumus, nisi forte esset impedimentum ex parte organi cujus est; sicut accidit in phreneticis et lethargicis, qui non possunt habere liberum actum phantasiæ et memorativæ. Et propter hoc Aristoteles dicit (Physic. VIII, c. 4), quod ille qui jam habet habitum scientiæ, licet sit potentia considerans, non indiget motore qui reducat eum de potentia in actum, nisi removente prohibens, sed potest ipse exire in actum considerationis, ut vult. Si autem in intellectu possibili sunt species intelligibiles omnium scientiarum (quod oportet dicere, si est unus et æternus), necessitas phantasmatum ad intellectum possibilem erit sicut est illius qui jam habet scientiam ad considerandum secundum scientiam illam, quod etiam sine phantasmatibus non posset. Quum igitur quilibet homo intelligat per intellectum possibilem, secundum quod est reductus in actum per species intelligibiles, quilibet homo poterit considerare, quum voluerit, scita omnium scientiarum; quod est manifeste falsum; sic enim nullus indigeret doctore ad acquirendum scientiam. Non igitur est unus et æternus intellectus possibilis.

CHAPITRE LXXIV.

De l'opinion d'Avicenne, qui prétend que les formes intelligibles ne se conservent pas dans l'intellect possible.

Avicenne paraît résoudre ces objections en disant que les espèces intelligibles ne demeurent dans l'intellect possible qu'autant qu'elles sont actuellement connues [*De l'âme*, ch. 6].

Il essaie de le prouver en apportant cette raison, que les formes perçues le sont actuellement pendant tout le temps qu'elles restent dans la puissance qui a la faculté de les saisir ; car tout sens qui entre en acte devient [en quelque sorte] l'objet actuellement senti, et de même, lorsque l'intelligence est en acte, elle est l'objet connu actuellement. Il s'ensuit que toutes les fois qu'un sens, ou bien l'intelligence, devient une même chose avec l'objet senti ou connu, parce qu'il en a la forme, il y a une *appréhension* actuelle faite par ce sens ou par l'intelligence. Quant aux facultés qui conservent les formes non actuellement saisies, selon le même philosophe, ce ne sont pas des puissances capables d'*appréhender*, mais comme les trésors des puissances douées de cette propriété, de même que l'imagination est le trésor des formes saisies par les sens, et la mémoire un second trésor renfermant d'autres formes perçues sans le secours des sens. Il nous donne pour exemple la brebis qui appréhende l'inimitié du loup. Ces puissances conservent en elles les formes qui ne sont pas actuelle-

---

CAPUT LXXIV.

De opinione Avicennæ qui posuit formas intelligibiles non conservari in intellectu possibili.

Prædictis autem rationibus obviare videntur quæ Avicenna ponit. Dicit enim (de Anima, c. 6) quod in intellectu possibili non remanent species intelligibiles, nisi quamdiu actu intelliguntur.

Quodquidem ex hoc probare nititur quia, quamdiu formæ apprehensæ manent in potentia apprehensiva, actu apprehenduntur; ex hoc enim sensus in actu fit (sensatum in actu), et similiter intellectus in actu est intellectum in actu; unde videtur quod, quandocumque sensus vel intellectus est factus unum cum sensato vel intellecto, secundum hoc quod habet formam ipsius, fit apprehensio in actu per sensum vel per intellectum. Vires autem quæ conservant formas non apprehensas in actu dicit non esse vires apprehensivas, sed thesauros virtutum apprehensivarum; sicut imaginatio, quæ est thesaurus formarum apprehensarum per sensum, et memoria, secundum ipsum, quæ est secundus thesaurus intentionum apprehensarum absque sensu; sicut quum ovis apprehendit inimicitiam lupi. Hoc autem contingit hujusmodi virtutibus quod conservant formas non apprehensas actu, in quantum habent quædam organa corporea in quibus recipiuntur formæ re-

ment perçues, parce qu'elles ont à leur service certains organes qui reçoivent ces formes d'une manière qui est une disposition prochaine à l'*appréhension* proprement dite; ensuite de cela, la vertu [ou puissance] qui est capable d'*appréhender* réalise actuellement cette opération, en se mettant en rapport avec ces sortes de trésors.

Or, il est certain que l'intellect possible est une puissance douée d'appréhension, et qu'il ne dispose d'aucun organe corporel. D'où notre auteur conclut que les espèces intelligibles ne peuvent se conserver en lui qu'autant qu'il connaît actuellement. Il faut donc, ou que les espèces intelligibles se conservent, soit dans un organe corporel, soit dans une puissance ayant un organe de cette nature à son service; ou bien qu'existant par elles-mêmes, notre intellect possible soit, par rapport à elles, ce qu'est un miroir pour les objets qu'il reproduit à nos yeux; ou enfin qu'un agent séparé introduise de nouveau ces espèces intelligibles dans l'intellect possible, chaque fois qu'il connaît actuellement.

La première de ces conséquences offre une impossibilité, parce que les formes qui se trouvent dans les puissances qui exercent leur action au moyen des organes corporels ne sont intelligibles qu'en puissance. La seconde n'est autre que l'opinion de Platon rejetée par Aristote (1).

(1) Post dictas (supra) philosophias disciplina Platonis supervenit, in plerisque quidem istos secuta, quædam autem propria, ultra Italicorum habens philosophiam. Cum Cratillo namque ex recenti conversatus, et Heracliti opinionibus assuetus, tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus, et de eis non existente scientia, hæc quidem postea ita arbitratus est. Cum vero Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota vero natura nihil, in his tamen universale quæreret, et primus mentem ad definitiones applicaret, et illum ob hoc laudans, putavit de aliis et non de aliquo sensibilium hoc fieri. Impossibile enim definitionem communem cujuspiam sensibilium esse, quæ semper mutantur : et sic talia entium ideas appellavit; sensibilia vero præter hæc, et secundum hæc omnia dici. Secundum participationem namque, hæc multa univocorum esse speciebus æquivoca; participationem vero, secundum nomen solum mutavit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia esse. Plato vero nomen mutando, participatione : participationem vero, aut imitationem specierum, quænam sit communiter quæ-

---

ceptione propinqua apprehensioni; et propter hoc virtus apprehensiva, convertens se ad hujusmodi thesauros, apprehendit in actu.

Constat autem quod intellectus possibilis est virtus apprehensiva, et quod non habet organum corporeum; unde concludit quod impossibile est quod species intelligibiles conserventur in intellectu possibili, nisi quamdiu intelligit actu. Oportet ergo quod vel ipsæ species intelligibiles conserventur in aliquo organo corporeo sive in aliqua virtute habente organum corporeum; vel oportet quod formæ intelligibiles sint per se exsistentes, ad quas comparetur intellectus possibilis noster sicut speculum ad res quæ videntur in speculo; vel oportet quod species intelligibiles fluant in intellectum possibilem de novo ab aliquo agente separato, quandocumque actu intelligit.

Primum autem horum trium est impossibile, quia formæ exsistentes in potentiis utentibus organis corporalibus sunt intelligibiles in potentia tantum. Secundum autem

Le philosophe en question s'arrête donc à la troisième, savoir que toutes les fois que nous avons une connaissance actuelle, les espèces intelligibles sont introduites dans notre intellect possible par une intelligence active, qu'il suppose être une substance séparée (2).

Si on lui objecte qu'il n'y a plus alors aucune différence entre l'homme qui apprend une chose pour la première fois et celui qui veut actuellement fixer son attention sur ce qu'il a antérieurement appris, il répond qu'apprendre n'est pas autre chose qu'acquérir l'aptitude parfaite de s'unir à l'intelligence active pour recevoir d'elle la forme intelligible, et que, par conséquent, il n'y a dans l'homme, avant qu'il apprenne, que la stricte puissance de recevoir cette disposition, tandis que l'action d'apprendre est, en quelque sorte, une puissance adaptée.

Cette opinion paraît conforme au sentiment d'Aristote, qui prouve que la mémoire ne réside pas dans la partie intellectuelle, mais dans la partie sensitive de l'âme (3); d'où il semble résulter que la faculté

rere omiserunt. Item præter sensibilia et species mathematicas res ait medias esse a sensibilibus quidem differentes, eo quod perpetuæ et immobiles sunt : a speciebus vero, eo quod illæ quidem multæ quædam similes sunt, species vero ipsa unaquæque sola. Et quoniam species causæ cæteris, illarum elementa omnium putavit entium elementa esse, etc. (Arist. *Metaphys.* I, c. 6).

(2) C'est-à-dire une intelligence pure, non unie à un corps.

(3) Est memoria neque sensus neque existimatio, sed alicujus horum habitus aut affectio, cum jam aliquantisper insederit. Præsentium vero in præsenti tempore memoria non est : sed eorumdem sensus est, futurorum spes, præteritorum memoria. Quamobrem memoria omnis non nisi elapso quodam temporis curriculo exultat. Hinc fit ut quæ animalia temporis sensum habeant, ea sola meminisse possint : et eadem animæ particula qua illud sentiant..... Cæterum quam ob causam quæ sub tempore non sunt, sine mole et tempore intelligi non possint, alio quidem loco dicendum est. Necesse autem est eadem nos amplitudinem et motum parte cognoscere qua et tempus. Unde constat horum notitiam ad primarium illum principemque sensum pertinere, atque phantasma communis sensus affectio sit, memoria vero ea quæ de intellectilibus rebus est non sine phantasmate habeatur : memoria profecto ipsa per se quidem in sensu principe constituenda est, per accidens autem in ipso intellectu, quo fit ut non modo hominibus et iis animalibus quibus opinatio et prudentia tributa est, sed nonnullis item aliis memoria insit. Quod si in parte aliqua intellectus statuenda esset memoria, neutiquam multis e brutorum genere contingeret, immo forte nulli mortali. Quando ne nunc quidem omnibus ea competit, quod non omnia temporis sensum habeant, semper enim

---

est opinio Platonis, quam reprobat Aristoteles (Metaphys. I, c. 6). Unde concludit tertium, quod, quandocumque intelligimus actu, fluunt species intelligibiles in intellectum possibilem nostrum ab intellectu agente quem ponit ipse quamdam substantiam separatam.

Si vero aliquis objiciat contra eum quod tunc non est differentia inter hominem, quum primo addiscit et quum postmodum vult considerare in actu quæ prius didicit, respondet quod addiscere nihil aliud est quam acquirere perfectam habitudinem conjungendi se intelligentiæ agenti, ad recipiendum ab ea formam intelligibilem; et ideo, ante addiscere est nuda potentia in homine ad talem receptionem, addiscere vero est sicut potentia adaptata.

Videtur etiam huic opinioni consonare quod Aristoteles (de Memoria, c. 1) ostendit, memoriam non esse in parte intellectiva, sed in parte animæ sensitiva; ex quo

de conserver les espèces intelligibles n'appartient pas à la partie intellectuelle. Mais si l'on examine attentivement cette opinion, on verra, en la prenant à son origine, qu'elle ne diffère que peu ou point de celle de Platon. Ce dernier philosophe enseigne que les espèces intelligibles sont des substances séparées qui sont pour notre âme le principe de la science (4), tandis qu'Avicenne prétend que cette science est introduite dans notre âme par une substance séparée qui est une intelligence active. Cependant il est indifférent, pour ce qui regarde la manière dont notre science est acquise, qu'elle ait sa cause dans plusieurs substances séparées ou dans une seule; car il est également vrai, dans les deux cas, que les objets sensibles n'en sont pas la cause; et ce qui prouve la fausseté de cette conséquence, c'est que celui qui est privé d'un sens est aussi dépourvu de la science des objets sensibles dont la connaissance nous arrive par ce sens.

Dire que l'intellect possible, en considérant les singuliers qui sont dans l'imagination, reçoit, par cela même, la lumière de l'intelligence active, qui lui fait connaître l'universel; et ensuite, que les actions des puissances inférieures, qui sont : l'imagination, la mémoire et la

cum quis meminit, præterea sentit se prius id vidisse, aut audivisse, aut didicisse : at prius et posterius in tempore sunt. Liquet igitur, in ea parte animæ positam esse memoriam, in qua collocata imaginatio sit, et ea per se memoriæ subjici, quæ possunt sub imaginationem cadere : per accidens, quæ non possunt sine imaginatione intelligi. (Arist. *De memoria et reminiscentia,* c. 1).

(4) Nonne unius cujusdam, quod in omnibus notio illa inesse intelligit, unam videlicet ideam quamdam? — Prorsus. — Deinde nonne illud quod animo comprehenditur unum esse, *idea* (id est species) erit, semper eadem in omnibus? — Necessarium videtur. — Quid vero, inquit Parmenides, numquid necesse est alias res specierum esse participes? An unaquæque res notionibus tibi videtur constare, atque adeo omnia intelligere (νοεῖν), aut quum sint notiones, carere intelligentia (νοήματα εἶναι ἀνόητα)? — At illud inquit, plane nullam habet rationem.— At mihi quidem Parmenides, maxime, ita habere videtur, *has species veluti exemplaria quædam in natura constare,* alias vero res his assimilari, et similitudine quadam effictas esse, tanquam imagines atque simulacra : ut quidem aliæ hæ res, non alio quopiam modo cum sempiternis illis naturæ formis communicent, quam quod illis assimilentur et eas quodam modo repræsentent (*Parmenides*, p. 123.— H. Steph., 1578).

---

videtur quod conservatio specierum intelligibilium non pertineat ad partem intellectivam. Sed si diligenter consideretur, hæc positio, quantum ad originem, parum aut nihil differt a positione Platonis. Posuit enim Plato formas intelligibiles esse quasdam substantias separatas, a quibus scientia fluebat in animas nostras; hic autem ponit ab una substantia separata, quæ est intellectus agens secundum ipsum, scientiam in animas nostras fluere. Non autem differt, quantum ad modum acquirendi scientiam, utrum ab una vel pluribus substantiis separatis nostra causetur scientia; utrobique enim sequetur quod scientia nostra non causetur a sensibilibus; cujus contrarium apparet per hoc quod qui caret aliquo sensu caret scientia sensibilium quæ cognoscuntur per sensum illum.

Dicere autem quod, per hoc quod intellectus possibilis inspicit singularia quæ sunt in imaginatione, illustratur luce intellectus

faculté de penser, ont la propriété de préparer l'âme à recevoir les influences émanées de l'intelligence active, c'est donner dans la nouveauté. En effet :

1° Nous savons, par expérience, que notre âme est d'autant mieux préparée à recevoir les influences des substances séparées, qu'elle s'isole davantage des objets corporels et sensibles; car, à mesure que l'on s'éloigne des êtres inférieurs, on se rapproche des êtres supérieurs. Il n'est donc pas vraisemblable que l'âme se trouve disposée à recevoir l'influence d'une intelligence séparée, par la raison qu'elle fixe son attention sur des images corporelles.

Platon s'est montré plus habile en faisant reposer son système sur ce principe, que les objets sensibles n'ont pas la propriété de préparer l'âme à recevoir l'influence des formes séparées, mais seulement celle d'éveiller l'intellect, pour le porter à considérer les choses qu'il ne peut connaître que par un moyen extérieur. Selon lui, en effet, les formes séparées ont introduit dès le principe, dans nos âmes, la science de tous les êtres susceptibles d'être connus. D'où il suit qu'apprendre, c'est en quelque sorte se souvenir. Cette conséquence ressort nécessairement de cette opinion; car les substances séparées étant immuables et constamment dans les mêmes conditions, c'est toujours leur action qui fait briller la lumière de la science dans notre âme, qui en est capable.

2° L'objet est dans le sujet qui le reçoit d'une manière conforme au mode d'existence de ce dernier. Or, l'être de l'intellect possible est plus stable que celui des substances corporelles. Donc, puisque les formes, introduites par l'action de l'intelligence dans la matière dont

---

agentis ad cognoscendum universale, et quod actiones virium inferiorum, scilicet imaginationis et memorativæ et cogitativæ, sunt aptantes animam ad recipiendum emanationem intelligentiæ agentis, est novum.

1° Videmus enim quod anima nostra tanto magis disponitur ad recipiendum a substantiis separatis, quanto magis a corporalibus et sensibilibus removetur; per recessum enim ab eo quod infra est, acceditur ad id quod supra est. Non igitur est verisimile quod, per hoc quod anima respicit ad phantasmata corporalia, disponatur ad recipiendam influentiam intelligentiæ separatæ.

Plato autem radicem suæ positionis melius est prosecutus; posuit enim quod sensibilia non sunt disponentia animam ad recipiendum influentiam formarum separatarum, sed solum expergescentia intellectum ad considerandum ea quorum scientiam habebat ab exteriori causatam. Ponebat enim quod a principio a formis separatis causabatur scientia in animabus nostris omnium scibilium; unde addiscere dixit esse quoddam reminisci. Et hoc necessarium est secundum ejus positionem; nam, quum substantiæ separatæ sint immobiles et semper eodem modo se habentes, semper ab eis resplendet scientia rerum in anima nostra quæ est ejus capax.

2° Amplius, Quod recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Esse autem intellectus possibilis est magis firmum quam esse materiæ corporalis. Quum igitur formæ, fluentes in materiam corporalem ab intel-



se composent les corps, s'y conservent, comme le veut Avicenne, elles se conserveront beaucoup mieux encore dans l'intellect possible.

3° L'intelligence connaît plus parfaitement que les sens. Si donc il y a dans la connaissance sensitive un principe qui conserve les choses après qu'elles ont été saisies, ce principe devra se trouver, à plus forte raison, dans la connaissance intellectuelle.

4° Les objets divers qui, selon l'ordre des puissances inférieures, sont subordonnés à diverses puissances, ne relèvent que d'une seule dans un ordre supérieur. C'est ainsi que le sens universel (5) réunit en lui toutes les sensations perçues par chacun des sens propres [ou spéciaux]. Donc les deux opérations de saisir un objet et de le conserver, qui, dans la partie sensitive de l'âme, appartiennent à deux puissances distinctes, doivent se réunir dans la puissance supérieure, qui est l'intellect.

5° D'après le même auteur, l'intelligence active introduit dans l'esprit toutes les sciences. Si donc apprendre n'est rien autre chose que se trouver préparé à être uni à l'intelligence active, celui qui apprend une science n'apprend pas celle-là plutôt qu'une autre; ce qui est évidemment faux.

6° Cette opinion est manifestement aussi en opposition avec le sentiment d'Aristote, pour qui l'intellect possible est le lieu qui renferme

(5) Les anciens, comme on peut le voir dans la note précédente, croyaient que l'homme possède un sens intérieur, dont les cinq sens extérieurs, qui ont chacun leurs fonctions spéciales et leurs objets propres, ne seraient que des ramifications. Saint Thomas raisonne, en plusieurs endroits, d'après cette opinion qu'il ne contredit pas. Cette erreur physiologique, si c'est une erreur, a peu d'importance en psychologie; car elle ne change pas les résultats. Nous pouvons considérer, en effet, comme étant ce sens universel, le cerveau, centre nerveux où viennent aboutir toutes les sensations produites dans les organes des sens particuliers, et qui ne sont autre chose que l'ébranlement des nerfs causé par le contact immédiat ou médiat des objets extérieurs. Ces sensations perçues par l'âme, de la manière qui convient à une substance immatérielle, deviennent le fondement de la science ou de la connaissance des êtres sensibles.

---

ligentia agente, secundum ipsum, conserventur in ea, multo magis conservantur in intellectu possibili.

3° Adhuc, cognitio intellectiva est perfectior sensitiva. Si igitur in sensitiva cognitione est aliquid conservans apprehensa, multo fortius hoc erit in conditione intellectiva.

4° Item, Videmus quod diversa, quæ in inferiori ordine potentiarum pertinent ad diversas potentias, in superiori ordine pertinent ad unum; sicut sensus communis apprehendit sensata omnium sensuum propriorum. Apprehendere igitur et conservare (quæ, in parte animæ sensitiva, pertinent ad diversas potentias) oportet quod, in suprema potentia, scilicet intellectu, uniantur.

5° Præterea, Intelligentia agens, secundum ipsum, influit omnes scientias. Si igitur addiscere nihil est aliud quam aptari ut uniatur intelligentiæ agenti, qui addiscit unam scientiam non magis addiscit illam quam aliam; quod patet esse falsum.

6° Patet etiam quod hæc opinio est contra sententiam Aristotelis, qui dicit (de Anima, III, c. 4) quod intellectus possibilis

les espèces [intelligibles] (6); ce qui revient à dire, si nous voulons nous exprimer comme Avicenne, que c'est le trésor où sont renfermées ces espèces.

7° Le Philosophe ajoute que l'intellect possible, en acquérant la science, devient capable d'opérer par lui-même, bien qu'il ne connaisse pas actuellement (7). Donc il peut se passer de l'influence d'un agent supérieur.

8° Il dit ailleurs que l'homme, avant d'apprendre, est essentiellement en puissance pour la science, et que, par conséquent, il lui faut un moteur qui le fasse passer à l'acte, tandis qu'après avoir appris, il n'a pas un besoin absolu de ce moteur (8). Donc l'influence de l'intelligence active ne lui est pas nécessaire.

9° Le même Aristote dit encore qu'il y a entre les images et l'intellect possible le même rapport qui existe entre les objets sensibles et les sens (9); d'où il résulte que les espèces intelligibles sont dans l'intellect possible à raison des images, et n'y sont pas introduits par une substance séparée.

Il est facile de détruire les raisons qui semblent établir le contraire.

L'intellect possible est parfaitement en acte sous le rapport des es-

(6) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60.

(7) Sensitivum non est sine corpore : at intellectus ab eodem est separabilis. Factus autem unumquodque, perinde atque is qui dicitur actu sciens : quod quidem tum accidit, cum ipse per seipsum operari potest ; est quidem et tunc quodammodo potentia, sed non perinde ut erat antea quam didicisset vel invenisset (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(8) Quoniam esse potentia multipliciter dicitur, hæc est sane causa ut non sit perspicuum a quoniam talia moveantur, ut ignis sursum et terra deorsum. Diverso autem modo potentia sciens est qui discit et qui jam scientiam habet et non contemplatur. Cum autem activum atque passivum sint simul, evadit interdum, id quod est potentia, actu tale, ut id quod discit et ex eo, quod est potentia, fit aliud potentia rursus, qui namque scientiam habet et non contemplatur, est potentia quodam modo sciens, sed non ut erat antea quam didicisset. Atque cum ita sese habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, vel in contradictione ignorationeque erit (Arist. *Phys.* VIII, c. 4).

(9) Voyez la note 12 du ch. 50.

---

est locus specierum; quod nihil aliud est dicere quam ipsum esse thesaurum intelligibilium specierum, ut verbis Avicennæ utamur.

7° Item, Postea (c. 4) subjungit quod, quando intellectus possibilis acquirit scientiam, est potens operari per seipsum, licet non actu intelligat. Non igitur indiget influentia alicujus superioris agentis.

8° Dicit etiam (Phys. VIII, c. 4) quod, ante addiscere, est homo in potentia essentiali ad scientiam, et ideo indiget motore per quem reducatur in actum; non autem, postquam jam didicit, indiget per se motore. Ergo non indiget influentia intellectus agentis.

9° Dicit etiam (de Anima, III, c. 3 et 4) quod phantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum; unde patet quod species intelligibiles sunt in intellectu possibili a phantasmatibus, et non a substantia separata.

Rationes autem quæ videntur in contrarium esse non est difficile solvere.

Intellectus enim possibilis est in actu perfecto secundum species intelligibiles, quum considerat actu; quum vero non considerat actu, non est in actu perfecto secun-

pèces intelligibles, lorsqu'il est actuellement attentif. Quand, au contraire, son attention n'est pas actuelle, son acte n'est plus parfait, à raison de ces mêmes espèces; mais il est dans un état intermédiaire entre la puissance et l'acte. C'est ce qui fait dire à Aristote: « Lorsque cette « partie [que nous appelons l'intellect possible] devient chacune des « choses qu'elle connaît, on la considère comme ayant une science « actuelle; et cela arrive lorsque l'intellect peut opérer par lui-même. « Il est cependant encore en puissance sous un certain point de vue; « mais cette puissance n'est plus la même qu'avant qu'il apprît ou dé- « couvrît la chose » (10).

Quant à la mémoire, on la place dans la partie sensitive, parce que son objet est circonscrit dans une durée déterminée; car elle ne comprend que ce qui est passé, et par conséquent, comme elle n'est pas affranchie des conditions dans lesquelles se trouve le singulier, elle ne rentre pas dans la partie intellectuelle qui a l'universel pour objet. Cela n'empêche cependant pas que l'intellect possible ait la faculté de conserver les êtres intelligibles qui ne sont soumis d'aucune façon aux conditions dans lesquelles se trouvent les singuliers.

CHAPITRE LXXV.

Réponse aux arguments qui semblent prouver l'unité de l'intellect possible.

Nous devons maintenant mettre au jour le peu de valeur des raisons sur lesquelles on s'appuie pour établir l'unité de l'intellect possible. Voici les principales :

1° Toute forme qui est une, à raison de son espèce, et se multiplie

(10) Voyez la note 7 qui précède.

---

dum illas species, sed se habet medio modo inter potentiam et actum. Et hoc est quod Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 4) quod, « quum hæc pars (scilicet intellectus possibilis) unaquæque fiat, sciens dicitur secundum actum; hoc autem accidit, quum « possit operari per seipsum. Est quidem « similiter, et tunc potentia quodammodo; « non tamen similiter atque ante addiscere « aut invenire. »

Memoria vero in parte sensitiva ponitur, quia est alicujus prout cadit sub determinato tempore; non enim est nisi præteriti; et ideo, quum non abstrahatur a singularibus conditionibus, non pertinet ad partem intellectivam, quæ est universalium. Sed per hoc non excluditur quin intellectus possibilis sit conservativus intelligibilium, quæ abstrahuntur ab omnibus conditionibus particularibus.

sous le rapport du nombre, s'individualise au moyen de la matière; car les êtres qui se réunissent dans une même espèce et se multiplient quant au nombre se trouvent aussi compris sous une forme identique et se distinguent par la matière. Si donc l'intellect possible, qui est un à raison de l'espèce, se multiplie sous le rapport du nombre dans des hommes divers, c'est par leur matière qu'il sera individualisé dans tel ou tel individu. Cette matière ne sera pas une partie de lui-même, parce que, dans cette hypothèse, il ne recevrait rien en lui que de la manière qui convient à la matière première; et ainsi il deviendrait le sujet des formes individuelles, ce qui est incompatible avec sa nature. Reste donc à dire que le principe qui individualise l'intellect possible, c'est la matière qui compose le corps de l'homme, dont on le regarde comme la forme. Or, toute forme individualisée par la matière, dont elle est l'acte, est une forme matérielle, puisque l'être d'une chose dépend nécessairement du principe sans lequel elle reste privée de son individualité; car, de même que les principes communs constituent l'essence de l'espèce, de même aussi les principes sur lesquels repose l'individualité sont de l'essence de tel individu déterminé. Il suit donc de là que l'intellect possible est une forme matérielle, et par conséquent, qu'il ne reçoit rien et ne fait aucune opération sans le secours d'un organe corporel; conclusion que contredit également sa nature. Donc l'intellect possible ne se multiplie pas dans chacun des hommes; mais il n'en existe qu'un seul pour tous.

2° Si deux individus ont chacun un intellect possible distinct de

---

CAPUT LXXV.

Solutio rationum quibus videtur probari unitas intellectus possibilis.

Ad probandum autem unitatem intellectus possibilis quædam rationes adducuntur, quas oportet ostendere efficaces non esse.

organorum corporis per quæ operantur, non possunt remanere post corpus. Unde et Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 7) quod « nequaquam sine phantasmate intelligit anima, » et quod « nihil intelligit sine intellectu passivo, » (ibid. c. 5), quem vocat virtutem cogitativam, quæ est corruptibilis; et propter hoc dicit (de Anima, I, c. 4) quod « intelligere hominis corrumpitur, quodam interius corrupto, » scilicet phantasmate vel passivo intellectu; et (de Anima, III, c. 5) dicitur quod « non reminiscimur, post mortem, eorum quæ scivimus in vita. » — Sic igitur patet quod nulla operatio animæ potest remanere post mortem ; neque igitur substantia ejus manet, quum nulla substantia possit esse absque operatione.

CHAPITRE LXXXI.

Réponse aux raisons précédentes.

Comme il a été démontré [ch. 79] que la conclusion qui ressort de tous ces arguments est fausse, nous allons essayer de leur opposer une réponse.

1° La première observation à faire, c'est que toutes les fois que des êtres sont disposés l'un pour l'autre et proportionnés entre eux, ils se multiplient ou restent dans l'unité, chacun en vertu de sa cause. Si donc l'*être* de l'un dépend de l'autre, c'est ce dernier qui déterminera également l'unité ou le nombre, à moins que cette détermination ne soit faite par une autre cause extrinsèque. Or, il y a nécessairement une certaine proportion et une sorte d'aptitude naturelle entre la forme et la matière, puisque l'acte propre se réalise dans la propre matière ; d'où il suit que la matière et la forme se multiplient conjointement ou se réduisent ensemble à l'unité. Donc, en supposant que l'*être* de la forme dépende de la matière, c'est aussi de la matière que dépendra le nombre ou l'unité de la forme. Dans le cas contraire, la forme, il est vrai, se multipliera nécessairement en raison du nombre qu'atteindra la matière, c'est-à-dire conjointement et dans une exacte proportion, mais non cependant de telle sorte que l'unité ou le nombre de la forme dépende réellement de la matière. Or, nous avons prouvé [ch. 68] que l'âme humaine est une forme qui, sous le rapport de l'*être*, est complétement indépendante de la matière. Nous

---

CAPUT LXXXI.

Solutio præcedentium rationum.

Has autem rationes, quia falsum concludunt, ut ex præmissis (c. 79) ostensum est, tentandum est solvere.

1° Ac primo sciendum est quod quæcumque oportet esse invicem coaptata et proportionata, simul recipiunt multitudinem vel unitatem, unumquodque ex sua causa. Si igitur esse unius dependeat ab altero, unitas vel multiplicatio ejus etiam ex illo dependet ; alioquin, ex alia causa extrinseca. Formam igitur et materiam semper oportet esse ad invicem proportionata et quasi naturaliter coaptata, quia proprius actus in propria materia fit ; unde semper oportet quod materia et forma consequantur se invicem in multitudine et unitate. Si igitur esse formæ dependet a materia, multiplicatio ipsius a materia dependet, et similiter unitas ; si autem non, erit quidem necessarium multiplicari formam secundum multiplicationem materiæ, id est simul cum materia, et (secundum) proportionem ipsius ; non autem ita quod dependeat unitas vel multitudo ipsius formæ a materia. Ostensum est autem (c. 68) quod anima humana est forma secundum suum esse a materia non dependens. Unde sequitur quod multiplicantur quidem animæ

en concluons donc que le nombre des âmes s'accroît avec celui des corps, sans que, pour cela, la multiplication des corps soit cause de la multiplicité des âmes; et, par conséquent, que la destruction des corps n'a pas pour effet de supprimer la pluralité des âmes, ainsi qu'on le prétend dans le premier argument.

2° On voit aisément, d'après cela, comment il faut répondre à la seconde raison. La distinction spécifique ne se tire pas indifféremment de toute diversité dans les formes, mais seulement de celle qui affecte les principes formels, ou, en d'autres termes, repose sur une raison [ou nature] diverse de la forme; il est certain, par exemple, que la forme de ce feu est essentiellement distincte de cette autre, et cependant ce n'est pas un feu différent, et sa forme n'appartient pas à une autre espèce (1).

La multiplicité des âmes qui sont séparées des corps est donc une conséquence de la diversité des formes qui repose sur la substance, puisque la substance de telle âme est distincte de la substance de telle autre. Toutefois cette diversité ne prend pas sa source dans la diversité des principes essentiels de l'âme elle-même, mais dans les proportions diverses [ou rapports] qui existent entre les âmes et les corps; car telle âme est proportionnée à tel corps déterminé, celle-là est pour un autre, et ainsi du reste. Même après la destruction des corps, les âmes conservent ces proportions, aussi bien que leur substance,

(1) La pensée de saint Thomas est qu'il ne faut pas confondre la distinction des espèces avec la distinction des êtres, en qui les formes s'individualisent; car, dans ce cas, il y aurait autant d'espèces que d'individus. Ainsi, Pierre et Paul sont parfaitement distincts l'un de l'autre et ils ont chacun leur forme propre; cependant ils sont compris dans la même espèce. On peut encore ajouter que la distinction des espèces ne repose pas sur des différences accidentelles, mais sur celles qui changent la nature ou l'essence des êtres. Par exemple, l'homme blanc et l'homme noir n'appartiennent pas à deux espèces distinctes, mais à une seule, parce que la couleur n'est qu'un accident qui ne touche en rien à l'essence. Au contraire, l'homme et le cheval ne peuvent être rangés dans la même espèce, parce que dans l'essence du premier il entre une âme raisonnable, tandis que le second n'a qu'une âme sensitive.

---

secundum quod multiplicantur corpora; non tamen multiplicatio corporum erit causa multiplicationis animarum. Et ideo non oportet quod, destructis corporibus, cesset pluralitas animarum, ut prima ratio concludebat.

2° Ex quo etiam de facili patet responsio ad secundam rationem. Non enim quælibet formarum diversitas facit diversitatem secundum speciem, sed solum illa quæ est secundum principia formalia vel secundum diversam rationem formæ; constat enim quod alia est essentia formæ hujus ignis et illius, nec tamen est alius ignis neque alia forma secundum speciem. Multitudo igitur animarum a corporibus separatarum consequitur quidem diversitatem formarum secundum substantiam, quia alia est substantia hujus animæ et illius; non tamen ista diversitas procedit ex diversitate principiorum essentialium ipsius animæ, nec est secundum diversam rationem ipsius

comme ayant un *être* propre indépendant du corps. Les âmes, en effet, sont, par leurs substances mêmes, les formes des corps; car s'il en était autrement, leur union avec le corps serait accidentelle, et, par conséquent, l'être résultant de l'union de ces deux substances ne serait pas un essentiellement, mais par accident. Parce que les âmes sont des formes, elles doivent être proportionnées aux corps. D'où nous concluons que ces proportions demeurent, même dans les âmes séparées, qui, par conséquent, sont toujours en nombre.

3° Parmi les philosophes qui admettent l'éternité du monde, il en est qui sont arrivés, en s'appuyant sur le raisonnement qui a été fait en troisième lieu, à professer différentes opinions qui n'ont entre elles rien de commun. — Quelques-uns ont accepté sans restriction la conclusion qu'on en tire, savoir : que les âmes humaines cessent entièrement d'exister en même temps que les corps. — Plusieurs (2) ont pensé qu'il reste de toutes les âmes quelque chose d'unique et de séparé qui leur est commun à toutes : c'est l'intellect actif seul, ou bien encore avec lui, l'intellect possible, suivant les systèmes. — D'autres enseignent bien que les âmes survivent aux corps, sans que leur nombre diminue; mais, de peur qu'on ne les force d'admettre que ce nombre est infini, ils ajoutent que les mêmes âmes s'unissent à d'autres corps après un laps de temps déterminé. C'est l'opinion des disciples de Platon, et nous l'examinerons plus loin [ch. 83] (3). — Il en est encore

(2) De ce nombre sont Averrhoès et Alexandre d'Aphrodisée. — Voyez la note 1 du ch. 62, p. 85.

(3) Id quod non recipit paris speciem rationemque, quo nomine nunc appellamus? — Impar, inquit. — Quod vero non suscipit justitiam, aut musicam ? — Illud injustum; hoc immusicum. — Esto. Quod vero mortem non recipit, quomodo vocabimus ? — Im-

animæ, sed est secundum diversam commensurationem animarum ad corpora; hæc enim anima est commensurata huic corpori et non illi, illa autem alii et sic de omnibus. Hujusmodi autem commensurationes remanent in animabus, etiam pereuntibus corporibus, sicut et ipsæ earum substantiæ manent, quasi a corporibus secundum esse non dependentes. Sunt enim animæ secundum substantias suas formæ corporum; alias accidentaliter corpori unirentur, et sic ex anima et corpore non fieret unum per se, sed unum per accidens. In quantum autem formæ sunt, oportet eas esse corporibus commensuratas. Unde patet quod ipsæ diversæ commensurationes manent in animabus separatis, et per consequens pluralitas.

3° Occasione autem tertiæ rationis inductæ, aliqui, æternitatem mundi ponentes, in diversas opiniones extraneas inciderunt. — Quidam enim conclusionem simpliciter concesserunt, dicentes animas humanas cum corporibus penitus interire. — Alii vero dixerunt quod de omnibus animabus remanet aliquid unum separatum quod est omnibus commune, scilicet intellectus agens secundum quosdam, vel cum eo intellectus possibilis secundum alios. — Alii autem posuerunt animas in sua multitudine post corpora remanere; sed, ne cogerentur animarum ponere infinitatem, dixerunt animas easdem diversis corporibus uniri post determinatum tempus; et hæc fuit Platonicorum opinio, de qua infra (c. 83) agetur.—

qui, pour éviter ces écarts, ont déclaré qu'ils ne voyaient aucune difficulté à ce qu'il existe actuellement une infinité d'âmes séparées, parce que l'infini actuel, dans les choses qui ne sont pas coordonnées ensemble, n'est tel que par accident, et pour eux, il n'y a pas en cela de contradiction. Tel est le sentiment d'Avicenne et d'Algazel (4). Quoique Aristote se soit positivement prononcé pour l'éternité du monde, il ne nous dit pas clairement dans ses écrits comment il juge ces opinions. Cependant la dernière n'est pas en opposition avec les principes posés par lui en divers endroits; car il prouve, à la vérité, qu'il n'y a pas

mortale, ait. — Animane mortem non recipit? — Non. — Immortale quid est igitur anima? — Immortalis vero est... Quum mors ad hominem accedit, id quidem quod in ipso mortale est, ut constat, moritur; quod immortale est, salvum et omnis corruptionis expers discedit, morti cedens locum... Anima immortale quid est et interitus expers. (*Phædo*, p. 105 et 106).

Ignorasne immortalem esse nostrum animum et nunquam periturum? (*De republ.*, p. 608.)

Hoc concedatur quod necessario commemorentur peregrina supplicia, quasi animæ commigrent ultro citroque in varia corpora : ignavorum quidem, in corpora muliebria, corporibus tributis ad ignominiam; homicidarum, in ferarum corpora, ad pœnam et supplicium; libidinosorum, in suum vel aprorum formas; levium et temerariorum hominum, in species volatilium animantium, quæ in aere solent versari; segnium denique, otiosorum, imperitorum, stolidorum, in aquatilium speciem. Omnia autem hæc in secundo circuitu Nemesis certo judicio rata fixaque esse voluit, cum infernarum illarum furiarum numinibus, quibus humanarum rerum inspectionem summus ille Deus omnium imperator atque præses attribuit; quibus etiam gubernationem mundi commisit (Timæi Locri, *De mundi natura*, p. 104, H. Steph., 1578).

Animæ primæ vitæ finem consecutæ, judicantur, judicatæ autem aliæ sub terra in judicii locum euntes, meritas illic pœnas sustinent. Aliæ in cœli quemdam locum per judicium elevatæ, ita degunt, ut dignum est ea vita qua in hominis figura vixerunt. Millesimo anno ambæ redeuntes sortem, et electionem secundæ vitæ suscipiunt, deligit unaquæque eam vitam quam velit. Hic et in bestiæ vitam humana anima transit, et ex bestia rursus in hominem, si modo anima quandoque prius fuerit hominis; nam quæ numquam veritatem inspexerit, in hanc figuram venire non poterit (*Phædrus*).

(4) Gazali (Abou-Hamed-Mohammed), plus connu sous le nom d'*Algazali* et *Algazeli*, philosophe musulman, né dans la ville de Thous, en Khorasan, l'an 450 de l'hégire (1058-59 de J.-C.). La réputation de ce philosophe lui fit confier la direction du collége de Bagdad. Après quelques années, il abandonna ce poste et embrassa la vie religieuse. Il voyagea en Syrie, en Palestine, en Égypte, et se retira ensuite dans sa ville natale pour étudier et écrire. Il mourut l'an 505 de l'hégire (1111 de J.-C.). Il composa un traité des sciences religieuses et d'autres ouvrages manuscrits. On lui reproche d'avoir soutenu, en philosophie, des principes erronés, et l'opinion que lui prête saint Thomas en est une preuve. On a publié à Cologne, en 1506, un in-4° intitulé : *Philosophia et logica Algazeli*. Averrhoès écrivit contre lui un livre qui a été traduit en latin sous ce titre : *Destructio destructionum philosophiæ Algazeli*.

Quidam vero, omnia prædicta vitantes, dixerunt non esse inconveniens animas separatas actu existere infinitas; esse enim infinitum actu, in his quæ non habent ad invicem ordinem, est esse infinitum per accidens; quod ponere non reputant inconveniens; et est positio Avicennæ et Algazelis. — Quid autem horum Aristoteles senserit, ab eo expresse non invenitur, quum tamen expresse mundi æternitatem ponat. Ultima tamen prædictarum opinionum principiis ab eo positis non repugnat; nam probat (Phys. III, c. 5, 6, 7 et 8, et de Cœlo et Mundo, I, c. 7) infinitum non esse actu in corporibus naturalibus, non autem in substantiis immaterialibus. Cer-

d'infini actuel dans les corps naturels (5), mais sans chercher à établir qu'il en est de même pour les substances immatérielles. Cette question, toutefois, n'a rien d'embarrassant pour ceux qui, soumis aux enseignements de la foi catholique, rejettent l'éternité du monde.

4° De ce que l'âme subsiste après la destruction du corps, il ne s'ensuit pas nécessairement, comme on le voudrait dans le quatrième argument, que leur union est simplement accidentelle. On définit l'accident : une qualité qui peut indifféremment être ou n'être pas dans le sujet composé d'une matière et d'une forme, sans qu'il en résulte pour lui une altération essentielle; et si l'on transporte cette définition aux principes qui entrent dans la composition du sujet, elle est fausse. Aristote prouve, en effet, que la matière première (6) n'a pas été produite par voie de génération et n'est pas sujette à la corruption (7). C'est pourquoi, si l'on en retranche la forme, son essence de-

(5) Considerare oportet si possit necne infinitum esse sensibile corpus. Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum esse omnino non posse. Omne namque sensibile corpus aptum est alicubi esse; atque locus est quidam cujusque, et idem est totius, ac partis, ut totius terræ, uniusque glebæ... Loci vero species ac differentiæ sunt : supra et infra; ante et retro; dextrum atque sinistrum. Atque hæc non solum ratione nostri sunt, positioneve, sed in ipso etiam toto distincta sunt, atque hæc esse in infinito non possunt. Atque simpliciter si locus infinitus esse non possit, sitque omne corpus in loco, et in ratione profecto rerum infinitum corpus esse non potest. At vero quod alicubi est, in loco est; et quod in loco est, alicubi est. Ut igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest (nam quantum fuerit quoddam, ut bicubitum aut tricubitum, hæc enim significat ipsum quantum) sic et quod est in loco, id alicubi sane est. At id aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differentiarum esse significat; quarum unaquæque finis est quidam, ut constat. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infinitum corpus in ratione rerum actu non esse... Restat igitur infinitum in ratione rerum potentia esse. Non oportet autem infinitum potentia sic accipere, ut actu tandem evadat, quemadmodum si potest hoc statua esse, erit hoc statua tandem. Sed cum multipliciter quippiam esse dicatur, perinde est infinitum, ut dies est, atque ludus, ex eo quia fit aliud atque aliud semper; nam in his est esse potentia, atque actu (Arist. *Phys.* III, c. 5 et 6). — Aristote examine fort au long cette question dans le troisième livre de sa *Physique*, depuis le chapitre 4 jusqu'à la fin. Il raisonne à peu près de la même manière dans le traité *Du ciel*, livre I, ch. 7.

(6) Voyez la note 2 du ch. 79, p. 183.

(7) Materies quidem permanens, una cum forma causa est eorum quæ sunt, perinde ac mater... Materia vero hæc (quæ contrarietatem habet) corrumpitur atque gignitur; alia nec corrumpitur, nec gignitur. Nam ut est quidem id in quo, per se corrumpitur.

---

tum tamen est circa hoc nullam difficultatem pati catholicæ fidei professores, qui æternitatem mundi non ponunt.

4° Non est etiam necessarium quod, si anima manet, corpore destructo, fuerit ei accidentaliter unita, ut quarta ratio concludebat. Accidens enim describitur quod potest adesse vel abesse præter corruptionem subjecti compositi ex materia et forma; si autem referatur ad principia compositi subjecti, verum non invenitur. Constat enim materiam primam ingenitam et incorruptibilem esse, ut probat Aristoteles (Phys. I, c. 9); unde, recedente forma, manet in sua essentia; non tamen forma accidentaliter ei uniebatur, sed essentialiter; uniebatur enim ei secundum esse unum. Similiter autem anima unitur corpori secundum esse unum, ut supra (c. 68) ostensum est. Unde, licet maneat post corpus, substantialiter

meure toujours; et cependant la forme ne lui est pas unie accidentellement, mais essentiellement, puisque, par suite de cette union, elle n'ont toutes deux qu'un même *être*. Or, il en est de même de l'âme, qui est unie au corps de telle manière, que leur *être* est identique [ch. 68]. Par conséquent, bien qu'elle survive au corps, son union avec lui n'en est pas moins substantielle et non accidentelle. Si la matière première est encore en acte après avoir été dépouillée de sa forme, c'est seulement en vertu de l'acte d'une autre forme; mais l'âme humaine conserve le même acte, et c'est pour cela qu'elle est tout à la fois une forme et un acte, tandis que la matière première n'est un être qu'en puissance.

5° La cinquième raison, qui consiste à dire que l'âme, en se séparant du corps, devient incapable d'aucune opération, est absolument fausse; car elle conserve toujours les opérations indépendantes des organes corporels, telles que celles de connaître et de vouloir. Quant aux opérations qui s'exercent par le moyen de ces organes, comme elles appartiennent à l'âme nutritive et à l'âme sensitive, elles cessent complétement.

Nous devons pourtant observer que l'âme ne connaît plus, après sa séparation du corps, de la même manière que pendant leur union, parce que son mode d'existence est changé, et tout agent agit conformément à sa manière d'être. Quoique l'*être* de l'âme humaine soit absolu et indépendant du corps tandis que les deux substances sont unies, le corps est cependant, en quelque sorte, le suppôt de l'âme et

Id enim quod corrumpitur, in hoc est ipsa, inquam, privatio. At suapte potentia, non per se. Sed nec accidat, nec oriatur, necesse est. Nam si gignitur, subjiciatur aliquid primum oportet ex quo, hoc pacto nascetur, ut insit in ipsa : hoc autem est ipsius natura. Quare fit et ut sit antea quam sit orta. Etenim materiam id dico quod primum est uniuscujusque subjectum, e quo quippiam eo fit pacto, ut non per accidens insit; et si corrumpitur, ad hoc ultimum sane proficiscetur; quare erit corrupta ante quam sit corrupta (Arist. *Phys.* I, c. 9).

---

tamen ei unitur, non accidentaliter. Quod autem materia prima remaneat actu post formam, non est nisi secundum actum alterius formæ; anima autem humana manet in actu eodem; et ex hoc contingit quod anima humana est forma et actus, materia autem prima potentia ens.

5° Quod autem quinta ratio proponebat, nullam operationem posse remanere in anima, si a corpore separetur, dicimus esse falsum. Manent enim operationes illæ quæ per organa non exercentur; hujusmodi autem sunt intelligere et velle. Quæ autem per organa corporea exercentur, sicut sunt operationes animæ nutritivæ et sensitivæ, hæ non manent.

Sciendum tamen est quod alio modo intelligit anima, separata a corpore et corpori unita, sicut et alio modo est; unumquodque enim secundum hoc agit secundum quod est. Esse quidem animæ humanæ, dum est corpori unita, etsi sit absolutum, a corpore non dependens, tamen stramentum quoddam ipsius et subjectum ipsum recipiens est corpus; unde et consequenter operatio propria ejus, quæ est intelligere,

le sujet qui la reçoit. Par conséquent, bien que son opération propre, qui est celle de connaître, ne dépende pas du corps, comme celles qui s'exercent par un organe corporel, son objet propre, c'est-à-dire l'image, est réellement dans le corps. C'est pourquoi, tant que l'âme demeure dans le corps, elle ne peut connaître sans image, ni même se rappeler les choses passées autrement que par la faculté de penser et par la mémoire, dont la fonction est de préparer les images [ch. 73]; d'où il résulte que l'opération de connaître [en ce qui concerne ce mode spécial], et aussi l'acte de la mémoire, se trouvent supprimés par le fait de la destruction du corps. Lorsque l'âme est séparée, son *être* lui appartient à elle seule, sans que le corps y participe; et conséquemment, elle n'a plus besoin, pour réaliser son opération, qui est l'acte de connaître, d'objets existants dans les organes corporels, c'est-à-dire des images; mais elle connaît alors par elle-même de la manière propre aux substances qui sont le plus complétement séparées des corps à raison de leur *être*, et dont nous nous occuperons plus loin [ch. 91-101]; et même il pourra se faire que l'âme reçoive de ces substances, comme lui étant supérieures, une influence plus abondante, qui aura pour effet de perfectionner sa connaissance.

Il se passe quelque chose de semblable, même pendant la vie présente. Nous voyons, en effet, que si l'âme est gênée dans ses opérations par des préoccupations [trop vives] ayant pour objet le corps où elle réside, elle perd la vigueur nécessaire pour s'élever à la connaissance des choses les plus sublimes. C'est pourquoi la vertu de tempérance, qui détourne l'âme des voluptés sensuelles, est celle qui développe le plus dans l'homme la faculté de connaître.

---

etsi non dependeat a corpore quasi per organum corporale exercita, habet tamen objectum in corpore, scilicet phantasma; unde, quamdiu est anima in corpore, non potest intelligere sine phantasmate, nec etiam reminisci nisi per virtutem cogitativam et memorativam per quam phantasmata præparantur, ut ex dictis (c. 73) patet; et propter hoc, intelligere (quantum ad hunc modum) et similiter reminisci destruitur, corpore destructo. Esse vero animæ separatæ est ipsi soli absque corpore; unde nec ejus operatio, quæ est intelligere, explebitur per respectum ad aliqua objecta in corporeis organis exsistentia, que sunt phantasmata; sed intelliget per seipsam, per modum substantiarum quæ sunt totaliter secundum esse a corporibus separatæ, de quibus infra (c. 91-101) agetur, a quibus etiam, tanquam a superioribus, uberius influentiam recipere poterit ad perfectius intelligendum.

Cujus signum etiam in viventibus apparet. Nam anima, quando impeditur ab occupatione circa corpus proprium, redditur debilior ad intelligendum aliqua altiora; unde et virtus temperantiæ, quæ a corporeis delectationibus retrahit animam, præcipue facit homines ad intelligendum aptos; homines etiam dormientes, quando corporeis sensibus non utuntur nec est aliqua perturbatio humorum aut fumositatum impe-

Ceux-là mêmes qui sont plongés dans le sommeil, alors qu'ils ne font plus aucun usage des sens, et que les humeurs et les vapeurs sont dans un repos complet, impressionnés par des êtres supérieurs, aperçoivent dans l'avenir des choses que l'homme ne saurait découvrir par tous les raisonnements possibles. C'est ce que l'on remarque surtout chez les personnes tombées en syncope ou ravies en extase, et cela va d'autant plus loin qu'elles sont plus affranchies des sens. Il doit en être ainsi; car l'âme humaine étant, comme nous l'avons démontré [ch. 68], sur les confins des corps et des substances incorporelles, et comme à l'horizon qui sépare l'éternité du temps, à mesure qu'elle s'éloigne des êtres placés au plus bas degré de l'échelle, elle se rapproche de ceux qui occupent le sommet. Lors donc qu'elle sera entièrement détachée du corps, elle deviendra parfaitement semblable aux substances séparées, quant à la manière de connaître, et leur influence sur elle se fera sentir davantage (8).

Ainsi donc, quoique notre opération intellectuelle, considérée sui-

(8) Cette réponse, faite par saint Thomas à la cinquième objection, n'est-elle pas la meilleure explication physiologique, psychologique, et surtout chrétienne, que l'on puisse donner de certains faits longtemps contestés par un grand nombre de savants, et aujourd'hui prouvés avec la dernière évidence? Nous voulons parler du sommeil dit *magnétique*, de la *possession* et de l'*extase*, et, par induction, la même explication pourrait fort bien s'appliquer à d'autres phénomènes non moins prodigieux observés dans des êtres inanimés. — Dans ces différents états, il survient un changement très sensible dans l'individu. Certaines fonctions organiques sont souvent complétement ou à peu près suspendues; quelquefois même le sujet tombe dans une insensibilité dont rien ne peut le faire sortir. L'intelligence se développe alors à un degré tout-à-fait extraordinaire. Des personnes de moyens intellectuels très bornés et, de plus, absolument ignorantes, ont la perception d'objets éloignés et inaccessibles à leurs regards, parlent des langues qu'elles n'ont jamais apprises, devinent les pensées d'autrui, pénètrent dans l'avenir et s'élèvent à la connaissance des choses les plus sublimes. — Comment cela peut-il se faire? Serait-il logique d'attribuer des effets de cette nature à certains fluides impondérables qui, essentiellement matériels, sont par là même nécessairement inintelligents? — A toutes les explications contradictoires essayées jusqu'ici, nous préférons celle de saint Thomas, parce qu'elle a l'avantage d'être parfaitement conforme à la doctrine de l'Eglise. Nous disons avec lui : « Plus l'âme est asservie au corps, et plus l'intelligence s'appesantit. Si, au contraire, l'homme arrive, n'importe par quel moyen, à

diens, percipiunt de futuris, ex superiorum impressione, aliqua quæ modum ratiocinationis humanæ excedunt; et hoc multo magis accidit in syncopizantibus et extasim passis, quanto magis fit retractio a corporeis sensibus. Nec immerito hoc accidit, quia, quum anima humana, ut supra (c. 68) ostensum est, sit in confinio corporum et incorporearum substantiarum, quasi in horizonte exsistens æternitatis et temporis, recedens ab infimo appropinquat ad summum; unde, et quando totaliter erit a corpore separata, perfecte assimilabitur substantiis separatis quantum ad modum intelligendi, et uberius influentiam earum recipiet.

Sic igitur, etsi intelligere nostrum secundum modum præsentis vitæ, corrupto corpore, corrumpatur, succedet tamen alius modus intelligendi altior. Reminisci autem,

vant qu'elle se produit pendant la vie présente, se trouve détruite par suite de la destruction du corps, elle sera remplacée par une autre manière de connaître beaucoup plus excellente. Quant à la réminiscence, comme cet acte s'exerce au moyen d'un organe corporel, ainsi qu'Aristote le prouve (9), elle ne pourra plus exister dans l'âme après le corps, à moins que, par une sorte d'équivoque, on ne veuille désigner par ce mot la connaissance des choses que l'âme a sues dans le passé; car l'âme, après sa séparation, doit continuer de connaître ce qu'elle a su pendant la vie présente, puisque les espèces intelligibles sont reçues d'une manière indélébile dans l'intellect possible [ch. 74]. Lorsqu'il s'agit des autres opérations de l'âme, telles qu'aimer, se délecter et autres semblables, il faut éviter toute équivoque; car on les

ne plus faire aucun usage de ses sens, alors, *sous l'influence d'êtres d'un ordre supérieur*, il aperçoit dans l'avenir des choses qu'il ne saurait découvrir par tous les raisonnements; et cela va d'autant plus loin, qu'il est plus affranchi des sens. Du reste, en thèse générale, à mesure que l'âme s'éloigne des êtres les plus infimes, elle se rapproche des plus sublimes. » — Quels sont ces êtres d'un ordre supérieur qui ont le pouvoir d'influencer l'homme à ce point ? Ce sont évidemment de *purs esprits* ou, pour parler comme le Docteur angélique, des *substances séparées*, puisque *l'âme humaine est placée sur les confins des corps et des substances immatérielles*. L'Eglise nous enseigne qu'il y en a de deux sortes : des bons et des mauvais, et que, dans certains cas, l'homme est soumis à leur puissance. Tous les faits ci-dessus indiqués sont donc surnaturels ou, si l'on veut, *extranaturels;* et pour arriver à connaître, dans chaque cas particulier, le caractère propre de l'agent mystérieux, il est nécessaire de suivre exactement et scrupuleusement les règles posées par l'Eglise pour le discernement des esprits. — M. de Mirville arrive à cette conclusion dans un ouvrage très sérieux, intitulé : *Des esprits et de leurs manifestations fluidiques*, dans lequel il examine ces phénomènes et d'autres analogues qui méritent d'attirer l'attention. Son but est de démontrer, comme il le dit lui même, « l'intervention *très fréquente*, dans une foule de cas physiologiques, psychologiques, historiques et physiques, d'agents mystérieux, » auxquels il donne le nom de *forces intelligentes*, et qui ne sont autres que des *esprits*.

(9) Reminiscentia veluti syllogismus quidam, id est ratiocinatio, existit; nam qui reminiscitur quod prius audierit, viderit, aut quippiam id genus fecerit, ratiocinari assolet..... Porro affectionem ipsam corporalem esse, et reminiscentiam disquisitionem in tali viso, indicium est, quod nonnulli obturbari solent, et cum reminisci non possunt, et cum cogitationem reprimunt, conanturque non ultra reminisci, et potissimum quos atra bilis exercet; hos enim maxime phantasmata movent. Causa vero, cur reminiscentia in potestate eorum non sit, est quod sicut qui jaculatur emissum telum non ultra sistere potest, ita qui reminisci et vestigare aliquid contendit, nescio quid corporeum movet, cui affectio hæc consignatur (Arist. *De memoria et reminiscentia*, c. 2).

---

quum sit actus per corporeum organum exercitus, ut Aristoteles (de Memoria et Reminiscentia, c. 2) probat, non poterit post corpus in anima remanere; nisi reminisci æquivoce sumatur pro intelligentia eorum quæ quis prius novit, quam oportet animæ separatæ adesse etiam eorum quæ novit in vita, quum species intelligibiles in intellectu possibili indelebiliter recipiantur, ut dictum est supra (c. 74). Circa alias vero animæ operationes, sicut est amare, gaudere et alia hujusmodi, est æquivocatio cavenda; nam quandoque sumuntur ut sunt animæ passiones, et sic sunt actus sensibilis appetitus secundum concupiscibilem vel irascibilem cum aliqua permutatione corporali, et sic in anima manere non possunt post mortem, ut Aristoteles probat (de

considère, tantôt comme des passions de l'âme, et alors ce sont des actes de l'appétit sensitif qui se passent dans la partie concupiscible ou dans l'irascible, et sont accompagnés d'une certaine modification du corps; d'où il suit que ces actes n'ont plus lieu dans l'âme après la mort, comme le Philosophe le démontre (10); tantôt, au contraire, on les prend pour un acte simple de la volonté qui est exempt de passion, et Aristote dit en ce sens que « Dieu se délecte dans son opération unique et simple » (11). Il ajoute encore que la délectation souveraine se trouve dans les contemplations de la sagesse (12), et ailleurs il établit une distinction entre la dilection et l'amour, qui est une passion (13). Puis donc que la volonté, de même que l'intelligence, est une puissance qui agit sans organe corporel, il est clair que

(10) Dolere dicimus animam, gaudere, confidere, timere, insuper irasci, sentire, ratiocinari; quæ quidem omnia motus esse videntur. Quapropter ipsam quispiam existimabit moveri. Verum id non necessarium est; nam etsi quam maxime dolere vel gaudere vel ratiocinari motus sunt, vel potius moveri, tamen ipsum moveri ab anima est (Arist. *De anima*, I, c. 4).

(11) Nihil idem nobis semper est jucundum, quia simplex non est nostra natura; sed inest in ea etiam aliquid alterum ac dispar ex quo intereat necesse est. Itaque si quid agat altera pars, hoc alteri naturæ præter naturam est. Cum vero exæquatæ sint ambæ partes, neque molestum, quod agitur, neque jucundum videtur. Nam si cujus natura simplex sit, eadem actio semper erit jucundissima. Itaque semper una et simplici Deus voluptate potitur. Non enim motionis tantum functio est aliqua, sed etiam vacuitatis a motione, magisque est in quiete, quam in motu voluptas (Arist. *Ethic.* VII, c. 15).

(12) Perfectam beatitudinem functionem quamdam muneris esse, in rerum contemplatione positam, etiam ex hoc perspicere licet, quod Deos felicissimos ac beatissimos esse arbitramur. Actiones autem quas eis tribuere nos non oportet?..... Quod si omnia quæ in actionibus versantur persequamur, exigua sane Diisque indigna reperientur. Non enim eos oportet dormientes fingere, ut Endymionem. Ei igitur qui vivit, si actio, multoque magis si effectio adimatur, quid præter contemplationem relinquitur? Quocirca Dei muneris functio ea quæ beatitudine antecellit, in contemplatione consistere reperietur. Ergo et humanarum functionum ut quæque huic simillima est, ita ad beatam vitam constituendam plurimum valet. Huic quinetiam rei argumento est, quod cætera animalia, quæ tali muneris functione orbata sunt, beatitudine quoque excluduntur. Diis enim immortalibus omnis vita beata est; hominibus autem, quatenus simulacrum aliquod talis functionis habent. Reliquorum vero animalium beate vivit nullum, quoniam nulla est eis contemplationis communitas (Arist. *Ethic.* X, c. 8).

(13) Maxime et in his amicitiæ permanent, cum par pari inter se referunt, verbi gratia, voluptatem; neque hoc modo solum, sed ex una et eadem re, ut fit inter urbanos ac facetos; non ut inter amatorem, eumque qui amatur. Non enim iisdem rebus hi delectantur; sed amator, illius amore; is qui amatur, amatoris erga se studio atque observantia. Forma porro evanescente, interdum evanescit quoque amicitia..... Plerique autem in amicitia permanent, si consuetudine vitæ adhibita mores dilexerint, cum sint inter se moribus similes (Arist. *Ethic.* VIII, c. 5).

Anima, I, c. 4); sumuntur autem quandoque pro simplici actu voluntatis, qui est absque passione; unde Aristoteles (Eth. VII, c. 15) dicit quod « Deus una simplici operatione gaudet, » et (X, c. 8) quod in contemplatione sapientiæ est delectatio admirabilis, et (VIII, c. 5) amorem amicitiæ ab amatione, quæ est passio, distinguit; quum vero voluntas sit potentia non utens organo, sicut nec intellectus, palam est hujusmodi,

les opérations de ce genre, considérées comme des actes de la volonté, se produisent encore dans l'âme après sa séparation.

Donc on ne peut conclure des raisons données plus haut que l'âme humaine est soumise à la mort.

CHAPITRE LXXXII.

Les âmes des brutes ne sont pas immortelles.

Il est évident, par tout ce qui précède, que les âmes des brutes ne sont pas immortelles. En effet :

1° Nous avons déjà prouvé [ch. 57 et 68] que nulle opération ayant son principe dans la partie sensitive ne peut s'exercer indépendamment du corps. Or, il ne se produit dans les âmes des brutes aucune opération supérieure aux opérations de la partie sensitive ; car elles sont dépourvues d'intelligence et incapables de raisonnement. Nous en avons la preuve en ce que tous les animaux de la même espèce opèrent de la même manière, comme obéissant à la nature qui les dirige, et agissant sans dessein prémédité ; par exemple, toutes les hirondelles font des nids semblables, et toutes les araignées construisent leur toile sur un modèle invariable. Donc aucune des opérations émanant de l'âme des brutes ne peut s'effectuer sans le corps. Donc, puisque toute

---

secundum quod sunt actus voluntatis, in anima separata remanere.

Sic igitur ex prædictis rationibus concludi non potest animam hominis esse mortalem.

CAPUT LXXXII.

Quod animæ brutorum animalium non sunt immortales.

Ex his autem quæ dicta sunt, evidenter ostenditur brutorum animas non esse immortales.

1° Jam enim ostensum est (c. 57 et 68) quod nulla operatio sensitivæ partis esse sine corpore potest. In animabus autem brutorum non est invenire aliquam operationem superiorem operationibus sensitivæ partis ; non enim intelligunt neque ratiocinantur ; quod ex hoc apparet, quia omnia animalia ejusdem speciei similiter operantur, quasi a natura motæ (sint animæ eorum) et non ex arte operantes ; omnis enim hirundo similiter facit nidum, et omnis aranea similiter telam. Nulla igitur operatio est animæ brutorum quæ possit sine corpore esse. Quum igitur omnis substantia aliquam operationem habeat, non poterit anima bruti absque corpore esse ; ergo, pereunte corpore, perit.

2° Item, Omnis forma separata a materia est intellecta in actu ; sic enim intellectus agens facit species intelligibiles actu, in

substance a son opération propre, l'âme des brutes ne peut avoir un *être* indépendant du corps. Donc elle périt avec le corps.

2° Toute forme séparée de la matière est connue actuellement; car c'est par l'abstraction que l'intellect actif rend les espèces intelligibles en acte, ainsi que nous l'avons démontré [ch. 77]. Or, si l'âme de la brute survit à la destruction du corps, elle deviendra une forme séparée de la matière. Donc elle sera également une forme actuellement connue. Or, selon la doctrine d'Aristote, lorsqu'il s'agit des êtres séparés de la matière, le sujet qui connaît et l'objet connu sont une même chose (1). Donc cette âme de la brute, qui survivra au corps, sera intelligente; ce qui est contradictoire.

3° L'être, quel qu'il soit, qui est capable d'atteindre à un certain degré de perfection, a le désir naturel de cette perfection; car le bien est ce que tous les êtres recherchent, de telle manière cependant que chacun d'eux désire son bien particulier. Or, rien ne nous indique que les brutes tendent à une existence sans fin, autrement qu'en perpétuant leur espèce; et cette sorte de perpétuité résulte du penchant qui les porte à se reproduire, penchant qui leur est commun avec les plantes et les êtres inanimés. Mais ils sont dépourvus de ce désir dont le terme est l'animal, considéré comme tel, et qui naît de l'appréhension [intellectuelle]; car l'âme sensitive ne saisissant d'autre objet que celui qui est présent et actuel, l'*être* perpétuel se trouve hors de sa portée. Donc elle ne dirige pas l'appétit animal vers ce but. Donc l'âme des brutes est incapable d'exister éternellement.

(1) Est intelligibilis et ipse (intellectus), ut intelligibilia cuncta. Nam in hisce quidem, quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia, et id quod ita sub scientiam cadit (Arist. *De anima*, III, c. 4 in fine).

---

quantum abstrahit eas, ut ex supradictis (c. 77) patet. Sed si anima bruti manet, corrupto corpore, erit forma a materia separata. Ergo erit forma intellecta in actu. Sed in separatis a materia idem est intelligens et intellectum, ut Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 4 in fine). Ergo anima bruti, si post corpus manet, erit intellectualis; quod est impossibile.

3° Adhuc, In qualibet re quæ potest pertingere ad aliquam perfectionem, invenitur naturalis appetitus illius perfectionis; bonum enim est quod omnia appetunt, ita tamen quod unumquodque proprium bonum. In brutis autem non invenitur aliquis appetitus ad esse perpetuum, nisi ut perpetuentur secundum speciem, in quantum in eis invenitur appetitus generationis per quam species perpetuatur (quodquidem invenitur et in plantis et in rebus inanimatis), non autem quantum ad proprium appetitum animalis in quantum est animal, qui est appetitus apprehensionem consequens; nam, quum anima sensitiva non apprehendat nisi hic et nunc, impossibile est quod apprehendat esse perpetuum; neque ergo appetit appetitu animali. Non est igitur anima bruti capax perpetui esse.

4° Amplius, Quum delectationes operationes perficiant, ut patet per Aristotelem

4° Puisque, selon la remarque du Philosophe, le plaisir qui résulte d'une opération la rend plus parfaite (2), l'opération de chaque chose se rapporte, comme à sa fin, à l'objet où elle trouve son plaisir. Or, les animaux sans raison ne goûtent de délectations que celles qui ont trait à la conservation du corps; car ils n'en trouvent aucune dans les sons, les odeurs et les formes extérieures, à moins que ces choses ne soient pour eux des signes indicatifs des aliments ou des jouissances sensuelles, qui seuls leur procurent quelque plaisir. Toute opération émanée d'eux n'a donc d'autre but que la conservation de l'*être* corporel. Donc il n'y a pas d'*être* possible pour eux sans le corps.

Ce sentiment est en conformité parfaite avec la doctrine catholique. L'Écriture dit, en parlant des brutes : *L'âme* [ou la vie] *de la chair est dans le sang* [*Levit.* XVII, 11]; ce qui signifie que l'*être* de l'animal dépend de la consistance du sang. — Nous lisons aussi dans le livre des *Dogmes ecclésiastiques :* « Nous croyons que l'homme seul a une âme « substantielle [c'est-à-dire qui a le principe de la vie en elle-même], « et que les âmes des brutes meurent avec le corps. » Aristote enseigne aussi qu'il y a la même distinction entre la partie intellectuelle de l'âme et les autres parties qu'entre l'incorruptible et le corruptible (3).

(2) Utrum autem propter voluptatem vitæ retinendæ studio ducamur, an vivendi causa voluptatem sequamur, omittamus in præsenti disputare. Videntur enim hæc inter se esse copulata, neque alterum ab altero posse sejungi : nam neque sine ulla muneris functione gignitur voluptas, et omnem muneris functionem perficit voluptas (Arist. *Ethic.* x, c. 5).

(3) Nunc eo usque tantum dicatur, animam inquam principium esse eorum quæ dicta sunt, et his esse definitam, vegetativo, sensitivo, intellectivo, etiam motu. Quærendum autem est utrum horum unumquodque sit anima, an animæ pars; et si pars, utrum hoc pacto ut sit separabile ratione solum, an etiam loco..... De intellectu vero, contemplativaque potentia nondum quicquam est manifestum; sed videtur hoc animæ genus esse diversum, idque solum, perinde atque perpetuum, ab eo quod occidit, sejungi separarique potest. Cæteras autem animæ partes separabiles quidem non esse, ut quidam asserunt, patet. Ratione vero differre, non obscurum esse videtur; sensitivi namque ratio diversa est a ratione principii opinandi, siquidem diversa sunt sentire ac opinari, et

---

(Ethic. x, c. 5), ad hoc ordinatur operatio cujuslibet rei sicut in finem in quo sua delectatio figitur. Delectationes autem brutorum animalium omnes referuntur ad conservantiam corporis; non enim delectantur in sonis, odoribus et aspectibus, nisi secundum quod sunt indicativa ciborum vel venereorum, circa quæ est omnis eorum delectatio. Tota igitur operatio eorum versatur ad conservationem esse corporei sicut in finem. Non igitur est eis aliquod esse absque corpore.

Huic autem sententiæ doctrina catholicæ fidei concordat; dicitur enim de animalibus brutis : *Anima carnis in sanguine est* (*Levit.* XVII, 11), quasi dicatur : Ex sanguinis permanentia esse illius dependet. — Et in libro de Ecclesiasticis dogmatibus : « Solum « hominem credimus habere animam sub- « stantivam (id est per se vitalem); brutorum « vero animas cum corporibus interire. » (Gennad. Massil., c. 16 et 17, in tomo VIII, opp. S. Aug.) Aristoteles etiam dicit (de Anima, II, c. 2) quod intellectiva pars animæ separatur ab aliis sicut incorruptibile a corruptibili.

Nous détruisons, par cela même, l'opinion de Platon, qui accorde l'immortalité, même aux âmes des brutes (4).

Il semble cependant que l'on peut établir de la manière suivante que les âmes des brutes sont immortelles :

1° L'être qui opère par lui-même et séparément subsiste également par lui-même. Or, il y a dans l'âme sensitive des brutes une opération qui subsiste par elle-même et à laquelle le corps ne prend aucune part, puisqu'elle se meut; car une nature qui est cause du mouvement se compose de deux choses, dont l'une est le principe et l'autre le sujet du mouvement; et par conséquent, puisque le corps est mû, l'âme seule est le principe moteur. Donc elle subsiste par elle-même. Donc elle ne peut être accidentellement détruite par suite de la destruction du corps; car ces êtres seuls sont détruits par accident, qui n'ont pas de subsistance propre. Elle n'est pas davantage susceptible d'une destruction essentielle, puisqu'elle n'est pas composée de principes contraires. Donc elle est absolument indestructible.

2° Nous revenons ainsi à la raison donnée par Platon, que toute âme est immortelle, parce que l'âme est une substance qui se meut elle-même (5). Or, tout être qui se meut lui-même est nécessairement

unumquodque dictorum similiter. At vero quibusdam animantium cunctæ partes, ut patet, insunt; quibusdam nonnullæ; sunt et quibus una tantum inesse videtur : atque id ipsum differentiam animantium facit (Arist. *De anima*, II, c. 2).

(4) Voyez la note suivante.

(5) Anima omnis est immortalis; quod enim semper movetur, id æternum est. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod seipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquamne moveri quidem desinit? quinetiam cæteris quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo; nam ex principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si numquam oritur, ne occidit quidem unquam; nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci nec mori potest (*Phædrus*). — Ce raisonnement est développé dans la suite du même livre, et aucune distinction n'est faite entre les âmes des hommes et celles des brutes.

Per hoc autem excluditur positio Platonis, qui posuit etiam brutorum animas esse immortales.

Videtur tamen posse probari brutorum animas esse immortales.

1° Cujus enim est aliqua operatio per se separatim, et ipsum est per se subsistens. Sed animæ sensitivæ in brutis est aliqua operatio per se subsistens, in qua non communicat corpus, scilicet se movere; natura enim movens componitur ex duobus, quorum unum est movens et alterum est motum; unde, quum corpus sit motum, relinquitur quod anima sola sit movens. Ergo est per se subsistens. Non igitur potest per accidens corrumpi, corpore corrupto; illa enim solum per accidens corrumpuntur quæ per se non habent esse; per se autem non potest corrumpi, quum neque contrarium habeat neque sit ex contrariis composita Relinquitur igitur quod sit omnino incorruptibilis.

immortel; car la mort du corps n'est que l'éloignement de son moteur, et nul être ne peut se séparer de lui-même. D'où il conclut que celui qui est à lui-même son moteur ne peut mourir. Il suit donc de là que toute âme motrice, même celle des brutes, est immortelle. — Nous disons que cette raison revient à la précédente, parce que, comme dans l'opinion de Platon, aucun être ne meut sans être mû; celui qui se meut lui-même est essentiellement un moteur, et, par conséquent, il a une opération propre. Platon prétend que l'âme sensitive a une opération propre, non-seulement lorsqu'elle imprime le mouvement, mais encore tandis que la sensation se produit. La raison qu'il en donne, c'est que la sensation est une sorte de mouvement de l'âme même qui sent : ainsi mue, elle meut à son tour le corps pour le faire sentir. C'est pourquoi il définit le sentiment : un mouvement de l'âme réalisé par le moyen du corps.

Il n'y a certainement rien de vrai en cela. Car :

1° Sentir ce n'est pas mouvoir, mais plutôt être mû, puisque l'animal, après avoir eu la puissance de sentir, éprouve une sensation actuelle causée par des objets sensibles qui modifient les sens. On n'est pas en droit de dire que le sens est affecté par l'objet sensible de la même manière que l'intelligence par l'espèce intelligible; en sorte que sentir et connaître seraient également deux opérations de l'âme, indépendantes de tout instrument corporel. Car l'intelligence saisit les choses, en faisant abstraction de la matière et des conditions matérielles qui sont les principes de l'individualité; et les sens n'ont pas cette faculté : on en sera convaincu en considérant que l'objet des sens est le particulier [ou l'individu], et que l'universel est celui de l'in-

---

2° Adhuc etiam videbatur redire Platonis ratio, qua probabat omnem animam esse immortalem, quia scilicet anima est movens seipsam. Omne autem movens seipsum oportet esse immortale, corpus enim non moritur nisi abscedente eo a quo movebatur; idem autem a seipso non potest discedere; unde sequitur (secundum ipsum) quod movens seipsum non possit mori. Et sic relinquebatur quod anima omnis motiva esset immortalis, etiam bruterum. — Ideo autem hanc rationem in idem redire diximus cum præmissa, quia, quum (secundum Platonis positionem) nihil moveat nisi motum, id quod est seipsum movens est per seipsum motivum, et sic habet aliquam operationem per se. Non solum autem in movendo, sed etiam in sentiendo, ponebat Plato animam sensitivam propriam operationem habere; dicebat enim quod sentire est motus quidam ipsius animæ sentientis, et ipsa sic mota movebat corpus ad sentiendum; unde, diffiniens sensum, dicebat quod est motus animæ per corpus.

Hæc autem quæ dicta sunt patet esse falsa.

1° Non enim sentire est movere, sed magis moveri; nam ex potentia sentiente fit animal actu sentiens per sensibilia a quibus sensus immutantur. Non autem potest dici similiter sensum pati a sensibili sicut patitur intellectus ab intelligibili, ut sic sentire possit esse operatio animæ absque corporeo instrumento, sicut est intelligere; nam intellectus apprehendit res in abstractione a materia et materialibus conditioni-

telligence. Il est évident par là que les sens ne sont affectés que par des objets qui consistent dans une matière, et que ces mêmes objets, au contraire, n'affectent l'intelligence qu'autant qu'ils sont abstraits de la matière. L'intelligence n'est donc impressionnée par aucune matière corporelle, tandis que les sens ne sauraient l'être sans matière.

2° Des sens divers sont destinés à percevoir les diverses formes sensibles : par exemple, la vue saisit les couleurs, et l'ouïe les sons. Cette diversité résulte manifestement des dispositions diverses des organes; car l'organe de la vue doit être en puissance pour toutes les couleurs, et celui de l'ouïe pour tous les sons. Or, si cette perception avait lieu sans le secours d'un organe corporel, la même puissance aurait la faculté de recevoir toutes les formes sensibles, puisque toute vertu immatérielle est, pour ce qui la concerne, également bien disposée relativement à toutes les qualités de ce genre; et c'est pour cette raison que l'intelligence, qui ne fait aucun usage des organes corporels, connaît tout ce qui tombe sous les sens. Donc la sensation est impossible sans un organe corporel.

3° L'excellence des objets sensibles altère les sens et ne produit aucun effet semblable dans l'intelligence, puisque l'esprit qui arrive à connaître les plus éminents des êtres intelligibles n'est pas moins apte, mais, au contraire, mieux disposé à connaître ceux d'un ordre inférieur (6). Donc l'affection qui émane de la forme sensible pour

(6) Passionis vacuitatem non similem esse sensitivi atque intellectivi, patet in sensuum instrumentis, atque in ipso sensu. Sensus enim ex vehemente sensibili sentire non potest : auditus namque non audit sonum, post magnos sonos; et visus non videt, atque adoratus non olfacit, post vehementes colores atque odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto, non minus sane, sed magis percipit atque intelligit inferiora : sensitivum enim non est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anima*, III, c. 4).

---

bus quæ sunt individuationis principia, non autem sensus; quod exinde apparet quia sensus est particularium, intellectus vero universalium. Unde patet quod sensus patiuntur a rebus secundum quod sunt in materia, non autem intellectus, sed secundum quod sunt abstractæ. Passio igitur intellectus est absque materia corporali, non autem passio sensus.

2° Adhuc, Diversi sensus sunt perceptivi diversorum sensibilium, sicut visus colorum, auditus sonorum. Hæc autem diversitas manifeste ex dispositione organorum diversa contingit; nam organum visus oportet esse in potentia ad omnes colores, organum auditus ad omnes sonos. Si autem hæc receptio fieret absque organo corporali, eadem potentia esset omnium sensibilium susceptiva; nam virtus immaterialis se habet æqualiter, quantum de se est, ad omnes hujusmodi qualitates; unde intellectus, qui non utitur organo corporali, omnia sensibilia cognoscit. Sentire igitur non fit absque organo corporeo.

3° Præterea, Sensus corrumpitur ab excellentia sensibilium, non autem intellectus; quia qui intelligit altiora intelligibilium non minus poterit alia speculari, sed magis. Al-

les sens, et de l'espèce intelligible pour l'intelligence, n'appartient pas au même genre; mais l'impression reçue dans l'intelligence est indépendante de tout organe corporel, et elle s'exerce, par le moyen d'un organe corporel, sur les sens, dont l'harmonie [ou l'équilibre] est rompue par l'excellence de l'objet sensible.

Lorsque Platon affirme comme certain que l'âme est une substance qui se meut elle-même, il s'appuie sur ce qui a lieu pour les corps. Nul corps, en effet, ne meut s'il n'est mû lui-même; d'où Platon conclut que tout moteur est en mouvement. Et parce qu'il ne peut y avoir, jusqu'à l'infini, une distinction réelle entre le mobile et son moteur, il est amené à dire que, dans chaque ordre d'êtres, le premier moteur se meut lui-même, et par conséquent, que l'âme, qui est le premier principe du mouvement des animaux, est une substance qui se meut elle-même.

Deux raisons démontrent parfaitement la fausseté de cette conclusion. — D'abord, nous avons prouvé [liv. I, ch. 13] que tout ce qui est mû essentiellement est un corps; d'où il suit que l'âme n'étant pas un corps, elle ne peut être en mouvement que par accident. — En second lieu, comme le moteur, en sa qualité de moteur, est en acte, tandis que le mobile, en tant que tel, est en puissance, puisque rien ne peut être, sous le même rapport, en acte et en puissance, jamais il ne pourra se faire que le même être soit à la fois, et sous le même rapport, moteur et mobile; mais lorsqu'on affirme qu'une chose se meut elle-même, l'une de ses parties est nécessairement le moteur et l'autre le mobile, et c'est en ce sens que nous disons de l'animal qu'il se meut lui-même, parce que l'âme imprime et le corps reçoit le mouvement. — Il faut pourtant observer que Platon, en se

---

terius igitur generis est passio sensus a sensibili, et intellectus ab intelligibili; intellectus quidem passio fit absque organo corporali; passio vero sensus cum organo corporali, cujus harmonia solvitur per sensibilium excellentiam.

Quod autem Plato dixit, animam esse moventem seipsam, certum esse videtur ex hoc quod erga corpora apparet. Nullum enim corpus videtur movere, nisi sit motum; unde Plato ponebat omne movens moveri; et, quia non itur in infinitum ut unumquodque motum ab alio moveatur, ponebat primum movens in unoquoque ordine movere seipsum. Et ex hoc sequebatur animam, quæ est primum movens in motibus animalium, esse aliquid movens seipsum.

Hoc autem patet esse falsum dupliciter. — Primo quidem, quia probatum est (lib. I, c. 13) quod omne quod movetur per se, est corpus; unde, quum anima non sit corpus, impossibile est ipsam moveri nisi per accidens. — Secundo, quia, quum movens in quantum hujusmodi sit actu, motum autem in quantum hujusmodi sit in potentia, nihil autem potest esse secundum idem actu et potentia, impossibile erit quod idem secundum idem sit movens et motum; sed oportet, si aliquid dicitur seipsum movens, quod una pars ejus sit movens et alia pars sit mota; et hoc modo dicitur animal movere seipsum, quia anima est movens et corpus

servant du terme de mouvement, qui ne s'applique rigoureusement qu'aux seuls corps, ne considère pas l'âme comme une nature corporelle; car il ne veut pas parler, dans ce cas, du mouvement proprement dit, mais sous ce nom il comprend en général toute espèce d'opération. Aristote lui-même nous dit que les deux opérations de sentir et de connaître sont en quelque sorte des mouvements (7). Le mouvement ainsi envisagé n'est pas l'acte de l'être existant en puissance, mais l'acte de l'être parfait. C'est pourquoi, en disant que l'âme se meut elle-même, il entend qu'elle agit d'elle-même et sans le secours du corps, contrairement à ce qui a lieu pour les autres formes, qui ont besoin d'une matière pour agir : le calorique, par exemple, n'échauffe pas tandis qu'il est seul, mais il produit cet effet dans un sujet. Il partait de là pour arriver à cette conclusion, que toute âme motrice est immortelle, parce que l'être qui opère par lui-même est également capable d'avoir une existence propre.

Nous avons déjà prouvé que l'opération propre aux âmes des brutes, c'est-à-dire l'opération de sentir, ne peut s'exercer indépendamment du corps. Cette vérité paraît plus manifeste encore lorsqu'il s'agit d'une autre opération que nous appelons l'appétit; car tous les faits qui ont pour principe l'appétit résidant dans la partie sensitive ne se produisent certainement pas sans qu'il survienne quelque changement dans le corps, et c'est ce qui leur fait donner le nom de passions de l'âme.

(7) Scientia ea quæ est actu, est idem quod res; ea vero quæ est potentia, in uno prior est tempore : simpliciter autem neque tempore; sunt enim universa quæ fiunt ex eo quod actu est. Sensibile autem ad actum ex potentia sensitivum ipsum deducere, actuque videtur efficere; non enim patitur ac alteratur. Quapropter alia quædam est hæc species motus; nam motus actus est imperfecti : at actus simpliciter, qui quidem est rei perfectæ, alius est omnino diversusque ab illo. Sentire igitur ipsi dicere solum, ac intelligere simile est (Arist. *De anima*, III, c. 7).

---

est motum.—Sed quia Plato animam non ponebat esse corpus, licet uteretur nomine motus qui proprie corporum est, non tamen hoc de motu proprie dicto intelligebat, sed accipiebat motum communius pro qualibet operatione, prout etiam Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 7 init.) quod sentire et intelligere sunt motus quidam; sic autem motus non est actus exsistentis in potentia, sed actus perfecti. Unde, quum dicebat animam movere seipsam, intendebat per hoc dicere quod ipsa operatur absque adminiculo corporis, e contrario ei quod accidit in aliis formis, quæ non agunt absque materia; non enim calor calefacit separatim, sed calidum; ex quo volebat concludere omnem animam motivam esse immortalem; nam quod per se habet operationem, et per se existentiam habere potest.

Sed jam ostensum est quod operatio animæ brutalis, quæ est sentire, non potest esse sine corpore. Multo autem magis hoc apparet in operatione ejus, quod est appetere; nam omnia quæ ad appetitum sensitivæ partis pertinent, manifeste cum transmutatione aliqua corporis fiunt; unde et passiones animæ dicuntur.

Ex quibus sequitur quod nec ipsum mo-

Il résulte de tout cela que l'acte même de mouvoir n'est pas une opération de l'âme sensitive indépendante de tout organe corporel. L'âme de la brute, en effet, ne saurait mouvoir autrement que par le sentiment et l'appétit; car la vertu [ou puissance active] à laquelle nous attribuons la faculté d'effectuer le mouvement fait, par son action, que les membres obéissent aux ordres de l'appétit; d'où il suit que ce sont des vertus qui disposent davantage le corps à être mû, plutôt que des vertus motrices. — Il est donc évident que nulle opération de l'âme des brutes ne peut se réaliser sans le corps; et nous en tirons cette conséquence nécessaire, que l'âme de la brute périt avec le corps.

CHAPITRE LXXXIII.

Raisons qui semblent prouver que l'âme humaine n'est pas créée avec le corps, mais a éternellement existé.

Parce qu'il est constant que l'existence des mêmes choses qui commencent a aussi un terme, on pourra croire que l'âme ne devant pas finir, elle n'a pas eu non plus de commencement, mais qu'elle a toujours été. Les raisons qui paraissent le prouver sont celles-ci :

1° Ce qui ne doit pas cesser d'être a la vertu d'exister toujours. Or, jamais il ne sera vrai de dire de ce qui a la vertu d'exister toujours, que cela n'est pas, parce que la durée de l'*être* s'étend aussi loin que la vertu d'exister; et, au contraire, il y a un instant où l'on dit vrai en affirmant que ce que qui a commencé d'exister n'est pas. Donc ce

---

vere sit operatio animæ sensitivæ absque organo. Non enim movet anima brutalis nisi per sensum et appetitum; nam virtus quæ dicitur exsequens motum facit membra esse obedientia imperio appetitus; unde magis sunt virtutes perficientes corpus ad moveri quam virtutes moventes. — Sic igitur patet quod nulla operatio animæ brutalis potest esse absque corpore; ex quo de necessitate concludi potest quod anima brutalis cum corpore intereat.

CAPUT LXXXIII.

Rationes quibus probari videtur animam humanam non incipere cum corpore, sed fuisse ab æterno.

Sed quia eædem res inveniuntur et esse incipere et finem essendi habere, potest alicui videri quod, ex quo anima humana finem essendi non habet, nec principium essendi habuerit, sed fuerit semper; quodquidem videtur his rationibus posse probari :

qui ne doit jamais cesser d'être ne commencera d'exister à aucun instant.

2° La vérité des êtres intelligibles est indestructible; par conséquent, en ce qui la concerne, elle est éternelle; car elle est nécessaire. Or, toute chose nécessaire est éternelle, puisque, par là même qu'elle est nécessaire, sa non-existence est impossible. La vérité de l'être intelligible étant indestructible, il est évident que l'*être* de l'âme est également indestructible. Donc, pour la même raison, l'éternité de cette vérité prouve aussi l'éternité de l'âme.

3° C'est une imperfection pour un être que de rester privé de plusieurs de ses parties principales. Or, il est clair que les principales parties de l'univers sont les substances intellectuelles, parmi lesquelles il faut compter les âmes humaines [ch. 46]. Donc, si des âmes sont créées tous les jours en nombre égal à celui des hommes qui naissent à chaque instant, l'univers reçoit l'accroissement de plusieurs de ses parties principales, et d'autres lui font encore défaut. Donc l'univers est imparfait; ce qui est contradictoire.

4° Il en est même qui invoquent à leur appui l'autorité de la Sainte-Ecriture. Il est dit : *Dieu termina le septième jour l'ouvrage qu'il avait fait; et le septième jour il se reposa après avoir exécuté tous ses ouvrages* [Gen. II, 2] (1). Or, il n'en serait pas ainsi s'il continuait toujours

(1) Il faut entendre ce passage de la Genèse en ce sens, que le septième jour l'œuvre de la création se trouva terminée, puisque la formation de l'homme, qui en fut le couronnement, eut lieu le sixième jour, et le septième Dieu se reposa. Ce n'est pas à dire qu'il fût sorti de son repos éternel, ou qu'à la suite de la création il éprouvât de la fatigue; car il est parfaitement immuable : un acte de sa volonté lui suffit pour tirer du néant la création tout entière, et sa volonté n'est autre que lui-même, comme saint Thomas l'a démontré (liv. I, ch. 72), puisqu'il n'y a aucune distinction réelle entre ses opérations et son essence ou sa substance.

1° Nam id quod nunquam esse desinet habet virtutem ut sit semper. Quod autem habet virtutem ut sit semper, nunquam de eo verum est dicere non esse; quia quantum se extendit virtus essendi, tantum res durat in esse. Omne autem quod incepit esse, est aliquando verum dicere non esse. Quod igitur nunquam desinet esse, nec esse aliquando incipiet.

2° Adhuc, Veritas intelligibilium sicut est incorruptibilis, ita, quantum est de se, est etiam æterna; est enim necessaria. Omne autem necessarium est æternum, quia quod necesse est esse impossibile est non esse. Ex incorruptibilitate autem veritatis intelligibilis, ostenditur anima secundum esse incorruptibilis. Pari ergo ratione ex ejus æternitate potest probari animæ æternitas.

3° Amplius, Illud non est perfectum cui plurimæ suarum partium principalium desunt. Patet autem principales partes universi esse intellectuales substantias, in quarum genere ostensum est supra (c. 46) esse animas humanas. Si igitur quotidie de novo tot animæ humanæ esse incipiant quot homines nascuntur, patet quotidie universo plurimas principalium suarum partium addi et plurimas ei deesse. Sequitur igitur universum esse imperfectum; quod est impossibile.

4° Adhuc, Etiam quidam argumentantur ex auctoritate sacræ Scripturæ. Dicitur enim quod *Complevit Deus die septimo opus*

à créer de nouvelles âmes. Donc les âmes humaines ne commencent pas d'exister, mais leur être est aussi ancien que celui du monde.

Pour ces raisons et d'autres semblables, certains philosophes, partisans de l'éternité du monde, ont enseigné que l'âme humaine étant indestructible, elle a éternellement existé. Ceux d'entre eux qui admettent que les âmes humaines sont immortelles, de telle sorte que leur nombre ne diminue point, et les Platoniciens sont dans ce cas, ceux-là croient qu'elles existent de toute éternité et qu'elles sont tour-à-tour unies à des corps et séparées de ces corps, et que ces changements d'état arrivent après des périodes déterminées (2).

Ceux qui n'accordent l'immortalité qu'à un principe unique de l'âme humaine, qui survit à tous les hommes, prétendent que ce principe unique est éternel, que ce soit l'intellect actif seul, d'après le sentiment d'Alexandre [d'Aphrodisée], ou avec lui l'intellect possible, comme Averrhoès le pense (3). Aristote paraît être de cet avis; car, en parlant de l'intelligence, il dit qu'elle est non-seulement incorruptible [ou indestructible], mais encore éternelle (4).

(2) Illam quidem rationem proferunt et sacrifici et sacrificæ, qui quæve dant operam ut earum rerum, in quibus versantur, rationis reddendæ habeant facultatem. Eam quoque profert et Pindarus et aliorum poetarum plerique, qui divini sunt. Quæ vero dicunt hujusmodi sunt. Tu vero an verum dicere videantur etiam atque etiam aspice. Aiunt enim illi *immortalem* esse hominis animum, et modo quidem desinere cum corpore conjungi, quod *mori* appellant; modo rursus existere et in novam vitam emergere, numquam vero perire: his de causis, necessarium plane esse quam sanctissime vitam traducere. *De quibus enim Proserpina pœnas antiqui luctus sumpsit, in supernum solem illorum rursus animum nono anno reddit, ex quibus reges clari et robore vehementes, et sapientia maximi viri propagantur: in posterum vero tempus augusti heroes apud homines nuncupantur.* Quum enim animus sit immortalis et sæpenumero redivivus extiterit, eaque quæ hic sunt et apud inferos viderit, nihil usquam rerum est quas non didicerit, ut quidem minime mirum debeat videri ipsum et de virtute et de aliis rebus ea, quæ prius viderat, in memoriam posse revocare (Plato, *Meno*, p. 80, H. Steph., 1578).

(3) Voyez l'exposé de ces opinions dans le ch. 81, 3°.

(4) Quidam est intellectus ut omnia agat atque efficiat..... Et is intellectus separabilis

---

suum quod fecerat; et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat (*Gen.* II, 2). Hoc autem non esset, si quotidie novas animas faceret. Non igitur animæ humanæ esse incipiunt, sed a principio mundi fuerunt.

Propter has autem et similes rationes, quidam, æternitatem mundi ponentes, dixerunt animam humanam, sicut est incorruptibilis, ita etiam et ab æterno fuisse; unde qui posuerunt animas humanas in sua multitudine esse immortales, scilicet Platonici, posuerunt easdem ab æterno fuisse, et nunc quidem corporibus uniri, nunc autem a corporibus absolvi, ac vicissitudine secundum determinata annorum curricula observata.

Qui vero posuerunt animas humanas esse immortales secundum aliquid unum quod ex omnibus hominibus manet post mortem, posuerunt hoc ipsum unum ab æterno fuisse, sive hoc sit intellectus agens tantum, ut posuit Alexander, sive cum eo etiam intellectus possibilis, ut posuit Averrhoes. Hoc etiam videntur sonare et Aristotelis verba; nam, de intellectu loquens, dicit (de Anima, III, c. 5) ipsum non solum incorruptibilem, sed etiam perpetuum esse.

Quidam vero catholicam fidem profiten-

Des catholiques, imbus des doctrines platoniciennes, ont adopté un moyen terme. Parce que, suivant les enseignements de la foi, aucun être n'est éternel, excepté Dieu, ils ont rejeté l'éternité des âmes; [illegible] ils pensent qu'elles ont toutes été créées en même temps que le monde, ou plutôt avant le monde visible, et que cependant leur union avec les corps est postérieure. Origène est le premier partisan de cette opinion que l'on rencontre parmi ceux qui professent la doctrine chrétienne, et plusieurs l'ont embrassée après lui; des hérétiques de nos jours l'ont retenue, et les Manichéens affirment encore, avec Platon, que ces âmes sont éternelles et passent d'un corps dans un autre.

Il est facile de démontrer que ces opinions n'ont pas pour elles la vérité. Nous avons déjà établi qu'il n'y a pas un seul intellect possible ou actif pour tous les hommes [ch. 73 et 76]. Il nous reste donc à combattre ceux qui, tout en admettant la pluralité des âmes humaines, veulent cependant qu'elles aient existé avant les corps, que ce soit de toute éternité ou seulement depuis la création du monde. Voici les raisons qui nous font condamner ce sentiment.

1o Nous avons prouvé que l'âme est unie au corps comme sa forme et son acte [ch. 56 et 57]. Or, bien que l'acte précède naturellement [suivant l'ordre rationnel] la puissance, cependant il lui est postérieur, quant au temps, dans le même être; car ce qui est produit passe de la puissance à l'acte (5). Donc le sperme, qui n'est vivant qu'en puissance, a existé avant l'âme, qui est l'acte de la vie.

est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia actus..... Separatus vero, id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuumque (Arist. *De anima*, III, c. 5).

(5) L'acte précède naturellement la puissance, c'est-à-dire que la puissance ou la possibilité d'exister suppose toujours un être naturel qui reduira cette puissance à l'acte, puisque rien n'est cause de soi-même et que tout ce qui *est* ne possède l'existence que par participation. Cependant, si l'on considère l'ordre de la production des choses, ou la transition du *non-être* à l'*être*, la puissance est antérieure à l'acte, parce que, pour

---

tes, Platonicorum doctrinis imbuti, viam mediam tenuerunt. Quia enim, secundum fidem catholicam, nihil est æternum præter Deum, humanas quidem animas æternas non posuerunt, sed eas cum mundo sive potius ante mundum visibilem creatas esse, et tamen eas de novo corporibus alligari. Quamquidem positionem primus inter christianæ fidei professores Origenes posuisse invenitur, et post eum plures ipsum sequentes; quæquidem opinio usque hodie apud hæreticos manet, quorum Manichæi eas etiam æternas asserunt cum Platone, et eas de corpore ad corpus transire.

Sed de facili ostendi potest præmissas positiones non esse veritate subnixas. Quod enim non sit unus omnium intellectus possibilis neque agens, jam supra (c. 73 et 76) est ostensum. Unde restat contra istas positiones procedere quæ dicunt plures animas esse hominum, et tamen ponunt eas ante corpora exstitisse, sive ab æterno sive a mundi constitutione; quodquidem videtur inconveniens his rationibus :

1° Ostensum est enim supra (c. 56 et 57) animam uniri corpori ut formam et actum ipsius. Actus autem, licet sit naturaliter prior potentia, tamen, in eodem, tempore

2° Il est naturel que la forme soit unie à sa propre matière; autrement l'être composé de la forme et de la matière serait en dehors de la nature. Or, chaque chose reçoit ce qui lui convient en vertu de sa nature avant ce qui ne lui convient qu'en dehors de la nature; car un attribut qui est en dehors de la nature est un simple accident, tandis que celui qui est dans la nature est un attribut essentiel; et l'accidentel vient toujours après l'essentiel. Donc, il convient plutôt à l'âme d'être unie au corps que d'en être séparée. Donc elle n'a pas été créée avant le corps auquel elle est unie.

3° Une partie séparée de son tout est imparfaite. Or, l'âme, en tant que forme, est une partie de l'espèce humaine [ch. 47]. Donc, si elle existe par elle-même indépendamment du corps, elle est imparfaite. Et pourtant, dans l'ordre de la nature, le parfait est avant l'imparfait. Donc l'ordre de la nature ne souffre pas que l'âme ait été créée sans corps, avant d'être unie à un corps.

4° Si les âmes sont créées séparément des corps, nous devons rechercher comment elles ont été unies à ces corps, et nous disons que cette union est forcée ou naturelle. — Si elle est forcée, comme tout ce qui est tel contrarie la nature, l'union de l'âme et du corps est en dehors de l'ordre naturel, et par conséquent, l'homme, qui est un composé de ces deux substances, est un être qui n'est pas conforme à la nature; ce qui est manifestement faux. De plus, les substances in-

exister réellement, un être doit avoir d'abord la puissance d'exister, et l'instant où il reçoit l'existence est simplement la réalisation de cette possibilité. Il est évident qu'il ne s'agit ici que de la créature; car il n'y a en Dieu aucune puissance passive (liv. I, ch. 16) : il *est* nécessairement et essentiellement (*ibid.*, ch. 22), et son *être* c'est lui-même.

---

est posterior; movetur enim aliquid de potentia in actum. Prius igitur fuit semen, quodquidem est potentia vivum, quam esset anima, quæ est actus vitæ.

2° Adhuc, Unicuique formæ naturale est propriæ materiæ uniri; alioquin constitutum ex forma et materia esset aliquid præter naturam. Prius autem attribuitur unicuique quod convenit ei secundum naturam quam quod convenit ei præter naturam; quod enim convenit alicui præter naturam, inest ei per accidens; quod autem convenit ei secundum naturam, inest ei per se; quod autem per accidens est, semper posterius est eo quod est per se. Animæ igitur prius convenit esse unitam corpori quam esse a corpore separatam. Non est igitur creata ante corpus cui unitur.

3° Amplius, Omnis pars a suo toto separata est imperfecta. Anima autem, quum sit forma, ut probatum est (c. 47), est pars speciei humanæ. Igitur, exsistens per se absque corpore, est imperfecta. Perfectum autem est prius imperfecto, in rerum naturalium ordine. Non igitur competit naturæ ordini quod anima fuerit prius creata corpore exuta, quam corpori unita.

4° Amplius, Si animæ sunt creatæ absque corporibus, quærendum est quomodo sint corporibus unitæ. Aut enim hoc fuit violenter, aut per naturam. — Si autem violenter (omne autem violentum est contra naturam), unio igitur animæ ad corpus est præter naturam; homo igitur, qui ex utroque componitur, est quid innaturale; quod patet esse falsum. Præterea, substantiæ

tellectuelles sont d'un ordre plus élevé que les corps célestes. Or, il n'y a dans les corps célestes rien de forcé ni de contraire à la nature. Donc, à plus forte raison, il doit en être de même des substances intellectuelles. — Si l'union des âmes avec les corps est naturelle, à l'instant de leur création, ces âmes ont dû naturellement désirer d'être unies à des corps. Or, un appétit naturel passe immédiatement à l'acte, à moins qu'il ne rencontre quelque obstacle, et nous en avons la preuve dans le mouvement des objets pesants ou légers; car la nature opère toujours uniformément. Donc, à l'instant même ou elles furent créées, ces âmes eussent été unies à des corps, si quelque chose ne s'y fût opposé. Or, tout ce qui empêche un appétit naturel d'obtenir son effet exerce une sorte de violence. Donc c'est par force que ces âmes ont été pendant quelque temps séparées des corps; ce qui répugne, d'abord parce qu'il ne peut y avoir dans ces substances rien de forcé, comme nous l'avons prouvé; ensuite, parce que ce qui est forcé et contraire à la nature n'étant qu'accidentel, cela ne peut être antérieur à ce qui existe en vertu de la nature, ni affecter l'espèce tout entière. En outre, comme chaque être désire naturellement sa perfection, c'est à la matière qu'il convient de rechercher sa forme, et non réciproquement. Or, l'âme est pour le corps ce qu'est la forme pour la matière [ch. 57, 65 et 68]. Donc l'union de l'âme avec le corps n'est pas le résultat d'un désir de l'âme, mais plutôt d'un appétit du corps.

Si l'on prétend qu'il est également naturel à l'âme d'être unie à un corps et d'être séparée de ce corps à des époques diverses, nous ne pouvons admettre qu'il en soit ainsi. Car :

---

intellectuales altioris ordinis sunt quam corpora cœlestia; in corporibus autem cœlestibus, nihil invenitur violentum neque contra naturam; multo igitur minus in substantiis intellectualibus. — Si autem naturaliter animæ sunt corporibus unitæ, naturaliter igitur animæ in sui creatione appetierunt corporibus uniri. Appetitus autem naturalis statim prodit in actum, nisi sit aliquid impediens, sicut patet in motu gravium et levium; natura enim semper uno modo operatur. Statim ergo a principio suæ creationis, fuissent corporibus unitæ, nisi esset aliquid impediens. Sed omne impediens executionem naturalis appetitus, est violentiam inferens. Per violentiam igitur fuit quod animæ essent aliquo tempore a corporibus separatæ; quod est inconveniens, tum quia in illis substantiis non potest esse aliquid violentum, ut supra ostensum est, tum quia violentum et quod est contra naturam, quum sit per accidens, non potest esse prius eo quod est secundum naturam, neque totam speciem consequens. Præterea, quum unumquodque naturaliter appetat suam perfectionem, materiæ est appetere formam, et non e converso. Anima autem comparatur ad corpus sicut forma ad materiam, ut supra (c. 57, 65 et 68) ostensum est. Non igitur unio animæ ad corpus fit per appetitum animæ, sed magis per appetitum corporis.

Si autem dicatur quod utrumque est animæ naturale, scilicet uniri corpori et esse a corpore separatam pro diversis temporibus, hoc videtur esse impossibile:

1° Quia ea quæ naturaliter variantur

1° Il faut considérer comme des accidents les choses qui, d'après les lois naturelles, se succèdent dans le même sujet, telles que la jeunesse et la vieillesse. Si donc l'âme est successivement unie au corps et séparée d'avec le corps, en vertu d'une loi naturelle, son union avec le corps ne sera qu'accidentelle, et par conséquent, l'homme, qui se trouve constitué par cette union, ne sera pas un être essentiellement, mais par accident.

2° L'être en qui la succession du temps amène un changement d'état est soumis aux révolutions du ciel qui règlent le cours du temps. Or, les substances intellectuelles et incorporelles, au nombre desquelles on doit mettre les âmes séparées, appartiennent à un ordre supérieur aux corps; c'est pourquoi elles ne peuvent être soumises à l'influence des mouvements célestes. Il est donc impossible qu'à des époques diverses elles soient, tantôt unies à des corps, et tantôt séparées de ces corps, et toujours en vertu de leur nature, ou bien qu'elles désirent naturellement, maintenant l'un de ces états, et plus tard l'état opposé.

Il n'y aurait pas une contradiction moins grande à dire que les âmes ne sont unies aux corps, ni par force, ni en vertu de leur nature, mais spontanément et volontairement. En effet :

1° Aucun des êtres ne veut déchoir de sa dignité, s'il n'est point trompé à cet égard. Or, l'âme, séparée du corps, est dans une condition plus élevée que lorsqu'elle lui est unie (6); et cela est vrai, surtout dans l'opinion platonicienne (7), d'après laquelle l'union du corps et

(6) Il faut observer que saint Thomas raisonne ici dans l'opinion même de ses adversaires, qu'il combattra directement bientôt.

(7) Nonne oblivionem vocamus scientiæ amissionem atque jacturam? — Omnino, Socrates. — Quod si ea, antequam nasceremur, scientia præditi, postquam nati sumus, eam amisimus; post vero sensuum usu et ministerio in iis versantes, eas recipiamus scientias quas et antea habebamus, nonne id vocamus *discere*, propriam videlicet scientiam recuperare (Plato, in *Phædone*)?

---

circa subjectum sunt accidentia, sicut juventus et senectus. Si igitur uniri corpori et separari a corpore naturaliter circa animam varietur, erit accidens animæ corpori uniri; et sic ex hac unione homo constitutus non erit ens per se, sed per accidens.

2° Præterea, omne illud cui accidit alteritas aliqua secundum diversitatem temporum, est subjectum cœlesti motui, quem sequitur totus temporis cursus. Substantiæ autem intellectuales et incorporeæ, inter quas sunt animæ separatæ, excedunt totum ordinem corporis; unde non possunt esse subjectæ cœlestibus motibus. Impossibile est igitur quod secundum diversa tempora naturaliter uniantur quandoque et separentur quandoque, vel naturaliter nunc hoc nunc illud appetant.

Si autem dicatur quod neque per violentiam neque per naturam corporibus uniuntur, sed spontanea voluntate, hoc esse non potest.

1° Nullus enim vult in statum pejorem venire nisi deceptus. Anima autem separata

de l'âme a pour effet de faire perdre à cette dernière le souvenir des choses qu'elle a auparavant connues et l'empêche de s'élever à la contemplation de la vérité pure. Donc elle n'est pas unie volontairement au corps, à moins que ce ne soit par erreur. Or, il ne peut y avoir en elle aucune cause d'erreur, puisque nos adversaires supposent qu'elle sait tout. Ils ne peuvent pas se retrancher à dire que, lorsqu'il s'agit d'un choix particulier, le jugement qui résulte d'une cause universelle se trouve obscurci par les passions, comme cela a lieu dans les individus qui s'abandonnent à l'intempérance; car les passions capables d'une telle influence sont inséparables d'une certaine modification corporelle, et pour cette raison, l'âme séparée n'en est pas susceptible. Donc, si l'âme eût existé avant le corps, elle ne lui serait pas unie en vertu de sa propre volonté.

2° Tout effet résultant du concours de deux volontés non coordonnées entre elles est purement fortuit. On pourrait donner pour exemple une personne qui, se rendant sur la place publique pour faire une acquisition, y rencontre son créancier arrivé là sans s'être préalablement concerté avec elle. Or, il n'y a nul rapport entre la volonté qui détermine le père à l'acte d'où dépend la génération du corps et la volonté de l'âme séparée qui veut s'unir à ce corps. Donc, puisque l'union du corps et de l'âme ne peut se réaliser sans le concours de ces deux volontés, il s'ensuit qu'elle est fortuite, et par conséquent, la génération de l'homme n'a pas pour cause la nature, mais le hasard; ce qui est évidemment faux, puisqu'elle se produit de la même manière dans la plupart des cas.

A ceux qui nous répondraient que l'âme n'est unie avec le corps,

---

est altioris status quam corpori unita, et præcipue secundum Platonicos, qui dicunt quod ex unione corporis patitur oblivionem eorum quæ prius scivit, et retardatur a contemplatione puræ veritatis. Non igitur volens corpori unitur nisi decepta. Deceptionis autem nulla causa in ea potest existere, quum ponatur secundum eos scientiam omnium habere. Nec posset dici quod judicium ex universali causa procedens in particulari eligibili subvertatur propter passiones, sicut accidit incontinentibus; quia passiones hujusmodi non sunt absque corporali transmutatione; unde non possunt esse in anima separata. Relinquitur igitur quod anima, si fuisset ante corpus, non uniretur corpori propria voluntate.

2° Præterea, Omnis effectus procedens ex concursu duarum voluntatum ad invicem non ordinatarum est effectus casualis; sicut patet quum aliquis, intendens emere, obviat in foro creditori illuc non ex condicto venienti. Voluntas autem patris generantis, ex qua dependet generatio corporis, non habet ordinem cum voluntate animæ separatæ uniri volentis. Quum igitur absque utraque voluntate unio corporis et animæ fieri non possit, sequitur quod sit casualis; et ita generatio hominis non est a natura, sed a casu; quod patet esse falsum, quum sit ut in pluribus.

Si autem rursus dicatur quod nec ex natura nec ex propria voluntate anima corpori unitur, sed ex divina ordinatione, hoc etiam

ni à raison de sa nature, ni par sa propre volonté, mais en vertu d'une disposition divine, nous dirons que la difficulté subsiste tout entière, s'il est vrai que les âmes ont été créées avant les corps. Car :

1° Dieu a placé tous les êtres dans la condition qui convient à leur nature; c'est pourquoi il est dit de chaque créature : *Dieu vit que cela était bon* (Gen., I, 10 et suiv.); et de toutes ensemble : *Dieu vit toutes les choses qu'il avait faites; et elles étaient très bonnes* (*ibid.*, I, 31). En supposant donc qu'il ait créé les âmes séparément des corps, nous sommes forcés d'admettre que ce mode d'existence est le plus convenable pour leur nature. Or, l'ordre établi par la divine bonté ne peut avoir pour effet de faire descendre les êtres à un degré inférieur, mais bien plutôt de les élever à un état meilleur. Donc l'union de l'âme avec le corps ne saurait être le résultat d'une disposition divine.

2° L'ordre établi par la sagesse divine ne permet pas que les substances les plus viles s'ennoblissent au détriment des substances supérieures. Or, les corps, qui sont successivement produits et soumis à la destruction, sont au dernier degré de l'échelle des êtres. Donc l'ordre fixé par la sagesse divine s'oppose à ce que, pour ennoblir les corps des hommes, des âmes, dont l'existence leur est antérieure, soient unies avec eux, puisque, comme on le voit assez par tout ce qui précède, cette union ne peut avoir lieu qu'au détriment des âmes.

Origène comprit bien cette difficulté : c'est pourquoi, après avoir affirmé que les âmes humaines ont été créées dès le commencement, il ajoute qu'elles sont unies à des corps par la volonté de Dieu, mais que c'est pour elles un châtiment. Il suppose qu'avant l'existence des corps ces âmes ont péché, et que suivant la gravité de leur faute, elles

---

non videtur conveniens, si animæ ante corpora fuerunt creatæ.

1° Unumquodque enim Deus instituit secundum convenientem modum suæ naturæ; unde et de singulis creatis dicitur : *Vidit Deus quod esset bonum* (*Gen.* I, 10 et seqq.), et simul de omnibus : *Viditque cuncta quæ fecerat, et erant valde bona* (ibid. I, 31). Si igitur animas creavit a corporibus separatas, oportet dicere quod hic modus essendi sit convenientior naturæ earum. Non est autem ad ordinationem divinæ bonitatis pertinens res ad inferiorem statum reducere, sed magis ad meliorem promovere. Non igitur ex divina ordinatione factum fuisset quod anima corpori uniretur.

2° Præterea, Non pertinet ad ordinem divinæ sapientiæ, cum superiorum detrimento, ea quæ sunt infima nobilitare. Infima autem in rerum ordine sunt corpora generabilia et corruptibilia. Non igitur fuisset conveniens ordini divinæ sapientiæ, ad nobilitandum humana corpora, animas præexsistentes eis unire, quum hoc sine detrimento earum esse non possit, ut ex dictis patet.

Hoc autem Origenes considerans, quum poneret animas humanas a principio fuisse creatas, dixit quod ordinatione divina animæ corporibus sunt unitæ, sed in earum pœnam; nam ante corpora eas peccasse existimavit, et pro quantitate peccati corporibus nobilioribus vel minus nobilibus eas unitas esse, quasi quibusdam carceribus inclusas.

Sed hæc positio stare non potest.

1° Pœna enim bono naturæ adversatur,

ont été unies à des corps plus ou moins nobles, qui leur servent de prison (8).

Mais cette opinion ne peut se soutenir. Car :

1° Toute peine est opposée à un bien naturel, et c'est pour cela qu'on lui donne le nom de mal. Si donc l'union de l'âme et du corps est une punition, elle n'est pas un bien naturel. Or, c'est ce qu'on ne peut admettre; car elle est dans l'intention de la nature, puisque c'est là le terme de la génération naturelle. Il s'ensuit, en second lieu, que la qualité d'homme n'est pas un bien suivant la nature, quoiqu'il soit dit après la création de l'homme : *Dieu vit toutes les choses qu'il avait faites; et elles étaient très bonnes* [Gen. I, 31].

2° Le bien ne peut résulter du mal que par accident. Si donc à cause du péché commis par une âme séparée, il a été décrété que cette âme serait unie à un corps, comme il y a en cela un certain bien, ce bien sera accidentel. Donc l'homme n'a été formé que par hasard; conclusion qui fait injure à la divine sagesse, dont il est dit : *Vous avez ordonné toutes choses avec mesure, avec nombre et avec poids* [*Sap.*, XI, 21].

3° Cette doctrine est en contradiction manifeste avec celle de l'apôtre saint Paul, qui s'exprime ainsi en parlant de Jacob et d'Esaü : *Avant qu'ils fussent nés, ou qu'ils eussent rien fait de bon ou de mauvais, il fut dit que l'aîné servirait le plus jeune* [*Rom.*, IX, 11, 12 et 13] (9). Donc leurs

(8) Animam solis antiquiorem esse alligatione ejus ad corpus conclusum jam est ex comparatione hominis; verum et e scripturis arbitror posse demonstrari (*De principiis*, lib. I, c. 7). — Ita cum mundus summa constet varietàte, tantamque rationabilium contineat differentiam, quid aliud dicendum est fuisse causæ ut subsistat, quam varietatem lapsus eorum qui non similiter ab unitate defluunt (ibid., lib. II, c. 1).

(9) Non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine; promissionis enim verbum hoc est : Secundum hoc tempus veniam, et erit Saræ filius. Non solum autem illa; sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret), non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : Quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit; Moysi enim dicit :

---

et ex hoc dicitur mala. Si igitur unio animæ et corporis est quoddam pœnale, non est bonum naturæ; quod est impossibile; est enim intentum per naturam, nam ad hoc naturalis generatio terminatur. Et iterum sequeretur quod esse hominem non esset bonum secundum naturam, quum tamen dicatur, post hominis creationem : *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona* (*Gen.* I, 31).

2° Præterea, Ex malo non provenit bonum nisi per accidens. Si igitur, propter peccatum animæ separatæ, hoc constitutum est quod anima corpori uniatur, quum hoc sit quoddam bonum, per accidens erit. Casuale igitur fuit quod homo fieret; quod derogat divinæ Sapientiæ, de qua dicitur : *Omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti* (*Sap.* XI, 21).

3° Adhuc autem et hoc repugnat Apostolicæ doctrinæ manifeste; dicitur enim de Jacob et Esau quod, *quum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali..., dictum est, quia major serviet minori* (*Rom.* IX,

âmes n'avaient commis aucun péché avant que cette parole eût été prononcée, bien qu'elle fût postérieure à leur conception, comme on peut s'en assurer [Gen. xxv, 23].

En traitant la question de la distiction des êtres [ch. 44], nous avons déjà combattu l'opinion d'Origène par plusieurs raisons que nous pourrions également reproduire ici; c'est pourquoi, sans nous y arrêter de nouveau, nous passons à d'autres arguments.

4° Les sens sont nécessaires à l'âme humaine, ou bien elle peut s'en passer, et cette proposition disjonctive n'admet pas de moyen terme. Or, l'expérience nous démontre que les sens lui sont indispensables; car l'individu qui manque de quelqu'un des sens est aussi privé de la connaissance des objets sensibles qui nous sont révélés par ce sens : l'aveugle-né, par exemple, est étranger à la notion des couleurs, et ne les connaît sous aucun rapport. En outre, si les sens n'étaient pas nécessaires à l'âme humaine pour connaître, il n'y aurait dans l'homme aucun rapport entre la perception des sens et celle de l'intelligence, et nous voyons que le contraire a lieu; car la perception des sens est le principe de la mémoire, et c'est sur cette dernière que repose l'expérience, à l'aide de laquelle nous parvenons à comprendre ce qu'il y a d'universel dans les sciences et les principes des arts (10). Si donc l'âme humaine ne peut connaître sans

Miserebor cujus misereor; et misericordiam præstabo cujus miserebor (*Rom.*, ix, 8-15). — Le texte cité par saint Paul est celui-ci, tiré de la Genèse : — « Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis : qui exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in utero ejus parvuli, quæ ait : Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque ut consuleret Dominum; qui respondens ait : Duæ gentes sunt in utero tuo, et duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, et major serviet minori » (Gen. xxv, 21-23).

(10) Cette doctrine est parfaitement conforme à celle d'Aristote, qui s'exprime ainsi : « Natura animalia sensum habentia fiunt; a sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur : et ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt quam illa, quæ memorare non possunt. Prudentia quidem absque eo quod

---

11, 12 et 13). Non igitur, antequam hoc verbum diceretur, aliquid eorum animæ peccaverant, quum tamen hoc post eorum conceptionem dictum fuerit, ut patet (*Genes.* xxv, 23).

Sunt autem supra (c. 44), quum de distinctione rerum ageretur, plura contra Origenis positionem inducta, quæ etiam hic possent assumi; et ideo, eis prætermissis, ad alia transeundum est.

4° Item, Necesse est dicere quod anima humana aut indigeat sensibus aut non. Videtur autem manifeste, per id quod experimur, quod indigeat sensibus; quia qui caret sensu aliquo non habet scientiam de sensibilibus quæ cognoscuntur per sensum illum; sicut cæcus natus nullam scientiam habet nec aliquid intelligit de coloribus. Et præterea, si non sunt necessarii humanæ animæ sensus ad intelligendum, non inveniretur in homine aliquis ordo sensitivæ et intellectivæ cognitionis; cujus contrarium experimur; nam ex sensibus fiunt in nobis memoriæ ex quibus experimenta de rebus accipimus, per quæ ad comprehendendum universalia scientiarum et artium principia pervenimus.

les sens, comme la nature ne laisse manquer les êtres d'aucune des choses nécessaires pour réaliser complétement leurs opérations propres, et qu'elle donne, par exemple, aux animaux doués d'une âme sensitive et motrice les organes convenables pour produire la sensation et le mouvement, l'âme humaine n'aurait pas été privée, lors de sa création, des sens qui sont pour elle des instruments indispensables. Or, l'opération sensitive est impossible sans les organes corporels [ch. 57 et 78]. Donc l'âme n'a pas été créée sans ces organes. Si l'on prétend, au contraire, que l'âme humaine peut se passer des sens pour connaître, et qu'elle a été créée sans le corps, on sera obligé d'accorder qu'avant d'être unie au corps elle connaissait par elle-même ce qu'il y a de vrai dans toutes les sciences. Les disciples de Platon l'admettent, puisqu'ils considèrent comme étant causes de la science les idées qui, d'après le sentiment de leur maître, sont les formes intelligibles et séparées des choses (11). D'où il suit que l'âme, lorsqu'elle était séparée, ne rencontrant aucun obstacle, avait une connaissance pleine et entière de chaque science. Puisque durant son union avec le corps elle est plongée dans l'ignorance, nous sommes forcés d'en conclure qu'elle a oublié la science qu'elle possédait autrefois. Les partisans des doctrines platoniciennes en conviennent, et ils

discant, quæcumque scilicet audire sonos non possunt, ut apes, et si quod animalium genus simile est. Discunt autem quæcumque una cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur phantasiis ac memoriis vivunt, experientia vero parum participant. Humanum autem genus, arte etiam ac ratiocinationibus. Fit autem ex memoria experientia hominibus; multæ etenim ejusdem rei memoriæ unius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia pene simile quid scientiæ ac arti esse videtur. Per experientiam autem ars et scientia hominibus efficitur; experientia enim (ut recte ait Polus) artem efficit, imperitia vero casum... Ad agendum itaque nihil videtur experientia differre ab arte; quin imo videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi, quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est quod experientia singularium, ars autem universalium cognitio est » (Arist. *Metaphys.* I, c. 1).

(11) Voyez la note 4 du ch. 74, p. 141.

Si ergo anima humana ad intelligendum sensibus indiget (natura autem nulli deficit in necessariis ad propriam operationem explendam, sicut animalibus habentibus animam sensitivam et motivam dat convenientia organa sensus et motus), non fuisset anima humana sine necessariis adminiculis sensuum instituta. Sensus autem non operantur sine organis corporeis, ut ex dictis (c. 57 et 78) patet. Non igitur fuit instituta anima sine corporeis organis. Si autem anima humana non indiget sensibus ad intelligendum et propter hoc dicitur absque corpore fuisse creata, oportet dici quod, antequam corpori uniretur, omnium scientiarum veritates intelligebat per seipsam; quod Platonici concesserunt, dicentes ideas, quæ sunt formæ rerum intelligibiles separatæ, secundum Platonis sententiam, causam scientiæ esse; unde anima separata, quum nullum impedimentum adesset, plenarie omnium scientiarum cognitionem accipiebat. Oportet igitur dicere quod, dum corpori unitur, quum inveniatur ignorans, oblivionem præhabitæ scientiæ patiatur; quod etiam Platonici confitentur, hujus rei signum esse dicentes quod quilibet, quantumcumque ignoret, ordinate interro-



en voient la preuve en ce que, si l'on interroge sur l'objet de chaque science et en suivant un ordre logique, le premier venu, quelque ignorant qu'il soit, ses réponses sont toujours conformes à la vérité. Il arrive quelque chose de semblable lorsque, dans un discours suivi, on entretient une personne de choses auparavant oubliées et qu'on lui remet ainsi en mémoire. Et de tout cela il résulte qu'apprendre n'est autre chose que se ressouvenir. Ce système nous conduit donc nécessairement à conclure que l'union du corps et de l'âme a pour effet d'entraver les opérations de l'intelligence. Or, la nature, en adjoignant quelque chose à un être, ne cherche jamais à gêner son opération, mais bien plutôt à la perfectionner. Donc l'union du corps et de l'âme ne sera pas naturelle. Donc l'homme ne sera pas un être avoué par la nature, dont les lois seront violées dans sa génération; conséquences dont la fausseté est manifeste.

5° La fin dernière de chaque être consiste dans le but auquel cet être s'efforce d'arriver par ses opérations. Or, toutes les opérations propres de l'homme, lorsqu'elles sont faites dans l'ordre convenable et conformément à la règle, ont pour but de découvrir la vérité; car les opérations des puissances actives préparent et disposent en quelque sorte à l'usage des puissances contemplatives. Donc la fin de l'homme est la contemplation de la vérité. Donc c'est pour cela que l'âme est unie au corps; car cette union constitue l'homme. Donc il n'est pas vrai que l'âme, en s'unissant au corps, perd la science qu'elle possédait; mais elle s'unit avec lui pour acquérir la science.

6° Si l'on interroge un homme étranger aux sciences sur les divers objets de chacune, ses réponses ne seront justes qu'autant qu'elles porteront sur les principes universels que personne n'ignore et que

---

gatus de his quæ in scientiis traduntur, veritatem respondet; sicut quum aliquis jam oblito aliquorum quæ prius scivit seriatim proponit ea quæ prius fuerat oblitus, in eorum memoriam ipsum reducit; ex quo etiam sequebatur quod addiscere non esset aliud quam reminisci. Sic igitur ex hac positione de necessitate concluditur quod unio corporis et animæ præstet intelligentiæ animæ impedimentum. Nulli autem rei natura adjungit aliquid per quod sua operatio impediatur, sed magis ea per quæ fiat convenientior. Non igitur erit unio corporis et animæ naturalis, et sic homo non erit res naturalis, nec ejus generatio naturalis; quæ patent esse falsa.

5° Præterea, Ultimus finis rei cujuslibet est id ad quod res pervenire nititur per suas operationes. Sed per omnes proprias ordinatas operationes et rectas homo pervenire nititur in veritatis contemplationem; nam operationes virtutum activarum sunt quædam præparationes et dispositiones ad virtutes contemplativas. Finis igitur hominis est pervenire ad veritatis contemplationem. Propter hoc igitur anima est unita corpori; quod est esse hominem. Non igitur, per hoc quod unitur corpori, scientiam habitam perdit; sed magis ei unitur ut scientiam acquirat.

6° Item, Si aliquis, scientiarum ignarus, de his quæ ad scientias pertinent interro-

tous connaissent naturellement et de la même manière. En lui adressant des questions ultérieures, suivant l'ordre convenable, il répondra exactement sur les choses qui se rapprochent le plus des premiers principes, sur lesquels son attention restera fixée; et ainsi de suite, jusqu'à ce qu'il puisse appliquer la notion vraie qu'il possède des premiers principes aux choses qu'on lui demande. Il est donc évident que ces premiers principes produisent, dans celui que l'on interroge, une notion nouvelle. Donc ce n'est pas une simple réminiscence d'une connaissance antérieure.

7° En supposant que la connaissance des conclusions soit aussi naturelle à l'âme que celle des principes, tous les hommes connaîtraient également les conclusions aussi bien que les principes; car ce qui est dans la nature se retrouve invariablement chez tous les individus. Or, tous les hommes n'ont pas une connaissance égale des conclusions, mais seulement des principes. Donc nous connaissons tous naturellement les principes, et non les conclusions. Or, ce qui n'est pas dans la nature s'acquiert au moyen de ce qui est naturel, de même qu'à l'aide des mains on réalise extérieurement tous les objets d'art. Donc la connaissance des conclusions est pour nous une dérivation des principes.

8° Comme la nature tend sans cesse à l'unité, chaque faculté doit naturellement avoir un seul objet : par exemple, l'objet propre de la vue est la couleur, et celui de l'ouïe est le son. Donc l'objet naturel de l'intelligence est unique, de même que cette faculté, et elle le connaît essentiellement et naturellement. Cet objet ne peut être que ce qui renferme en soi toutes les choses connues par l'intelligence, de la

---

getur, non respondebit veritatem nisi de universalibus principiis, quæ nullus ignorat, sed sunt ab omnibus eodem modo et naturaliter cognita; postmodum autem ordinate interrogatus, respondebit veritatem de his quæ sunt propinqua principiis, habito respectu ad principia; et sic deinceps, quousque veritatem primorum principiorum ad ea de quibus interrogatur applicare potest. Ex hoc igitur manifeste apparet quod, per principia prima, in eo qui interrogatur causatur cognitio de novo. Non igitur prius habitæ notitiæ reminiscitur.

7o Præterea, Si ita esset animæ naturalis cognitio conclusionum sicut principiorum, eadem esset scientia apud omnes de conclusionibus sicut de principiis; quia quæ sunt naturalia sunt eadem apud omnes. Non est autem eadem scientia apud omnes de conclusionibus, sed solum de principiis. Patet igitur quod cognitio principiorum est nobis naturalis, non autem conclusionum. Quod autem non est naturale nobis acquirimus per id quod est naturale, sicut etiam in exterioribus per manus instituimus omnia artificialia. Non ergo conclusionum scientia est in nobis nisi ex principiis acquisita.

8° Adhuc, Quum natura semper ordinetur ad unum, unius virtutis oportebit esse naturaliter unum objectum, sicut visus colorem et auditus sonum. Intellectus igitur quum sit una vis, est ejus unum naturale objectum, cujus per se et naturaliter cogni-

même manière que le terme de couleur comprend toutes les couleurs visibles par elles-mêmes; et l'*être* seul [pris en général] remplit cette condition. Donc notre intelligence connaît naturellement l'*être* [*ens*] et tout ce qui appartient essentiellement à l'*être*, en tant que tel; et c'est sur cette connaissance que repose la notion des premièrs principes, tels que celui-ci : On ne peut affirmer et nier en même temps la même chose, et les autres semblables. Donc notre intelligence ne connaît naturellement que ces seuls principes, et par eux elle arrive aux conclusions; de même que la vue saisit au moyen de la couleur tous les objets sensibles, aussi bien ceux qui le sont toujours que ceux qui le deviennent par accident.

9° Ce qui nous vient par les sens n'a pu être dans l'âme avant l'existence du corps. Or, c'est au moyen des objets sensibles que nous connaissons les principes eux-mêmes; car si nous n'eussions par eu, par les sens, la perception d'un tout quelconque, il nous était impossible de savoir que le tout est plus grand que la partie, et il en serait de nous comme de l'aveugle-né, qui est absolument insensible aux couleurs. Donc il n'y avait dans l'âme aucune notion des principes, et, à plus forte raison, de leurs conséquences, avant l'existence du corps. Donc la raison donnée par Platon, que l'âme existait avant d'être unie au corps, n'a rien de solide.

10° Si l'on veut que toutes les âmes aient existé avant les corps auxquels elles sont unies, il faut en conclure, selon nous, que par suite des vicissitudes du temps, la même âme se trouve unie à des corps divers; et c'est ce qui résulte clairement de l'opinion qui fait le monde éternel. En effet, si toujours des hommes ont été reproduits, il y a eu un nombre infini de corps humains engendrés et détruits du-

---

tionem habet. Hoc autem oportet esse id sub quo comprehenduntur omnia ab intellectu cognita, sicut sub colore comprehenduntur omnes colores, qui sunt per se visibiles; quod non est aliud quam ens. Naturaliter igitur intellectus noster cognoscit ens et ea quæ sunt per se entis in quantum hujusmodi; in qua cognitione fundatur primorum principiorum notitia, ut non esse simul affirmare et negare, et alia hujusmodi. Hæc igitur sola principia intellectus noster naturaliter cognoscit, conclusiones autem per ipsa, sicut per colorem cognoscit visus omnia sensibilia, tam communia quam sensibilia per accidens.

9° Præterea, Id quod per sensum in nobis acquiritur non infuit animæ ante corpus. Sed ipsorum principiorum cognitio in nobis ex sensibilibus causatur; nisi enim aliquod totum sensu percepissemus, non possemus intelligere quod totum esset majus parte, sicut nec cæcus natus aliquid percipit de coloribus. Ergo nec ipsorum principiorum cognitio affuit animæ ante corpus; multo igitur minus aliorum. Non igitur firma est Platonis ratio, quod anima fuit antequam uniretur corpori.

10° Item, Si omnes animæ præexstiterunt corporibus quibus uniuntur, consequens videtur quod eadem anima, secundum vicissitudinem temporum, diversis corporibus unitur; quodquidem aperte consequi-

rant tout le cours du temps. Nous sommes donc forcés d'admettre, ou que le nombre des âmes qui ont précédé les corps était actuellement infini, si chaque âme est unie à chaque corps; ou bien, si ce nombre est limité, que les mêmes âmes s'unissent tantôt à un corps et tantôt à un autre. — Quand même on accorderait que la génération des hommes n'est pas éternelle, la conséquence reste invariable tant que subsiste l'hypothèse de la préexistence des âmes; car, bien que cette reproduction n'ait pas toujours eu lieu, il est hors de doute qu'en vertu des lois naturelles, elle peut se continuer à l'infini, puisque chaque individu est naturellement constitué de telle manière que, s'il n'en est pas accidentellement empêché, de même qu'il a été engendré par un autre, il peut engendrer un autre à son tour. Or, il ne saurait en être ainsi dans le cas où, le nombre des âmes étant fini, une seule ne peut être unie [successivement] à plusieurs corps. C'est pour cette raison que la plupart de ceux qui regardent les âmes comme antérieures aux corps font passer chacune d'elles d'un corps à un autre. Cette transmigration nous paraît inadmissible. Donc les âmes n'ont pas existé avant les corps.

Nous prouvons ainsi que la même âme ne peut pas s'unir à plusieurs corps.

1° Il n'y a entre les âmes humaines aucune différence spécifique, mais seulement une différence numérique (12); autrement chaque homme serait d'une espèce différente des autres. Or, la différence qui consiste dans le nombre repose sur les principes constitutifs de la matière. Donc les âmes humaines ne peuvent être distinctes entre

(12) Cette différence *numérique* n'est autre que la diversité, la distinction ou l'individualité.

---

tur ponentes æternitatem mundi. Si enim generatio hominum est sempiterna, oportet infinita corpora humana generari et corrumpi, secundum totum temporis decursum. Aut ergo oportebit dicere animas præexstitisse actu infinitas, si singulæ animæ singulis corporibus uniuntur; aut oportebit dicere, si animæ sunt finitæ, quod eædem uniantur nunc his nunc illis corporibus. — Idem autem videtur sequi, si ponantur animæ præfuisse corporibus, quum et hæc generatio non sit æterna. Etsi enim ponatur humana generatio non semper fuisse, tamen nulli dubium est quin, secundum naturam, in infinitum possit durare; sic enim est unusquisque naturaliter institutus, nisi per accidens impediatur, ut, sicut est ab alio generatus, ita possit alium generare. Hoc autem est etiam impossibile, si, animabus exsistentibus finitis, una pluribus corporibus uniri non possit; unde et plures ponentium animas ante corpora ponunt transitum animæ de corpore in corpus. Hoc autem est impossibile. Non igitur animæ ante corpora præexstiterunt.

Quod autem sit impossibile unam animam diversis corporibus uniri, sic patet.

1° Animæ enim humanæ non differunt specie ab invicem, sed numero solo; alioquin et homines specie differrent. Differentia autem secundum numerum inest secundum principia materialia. Oportet igitur

elles qu'à raison de quelque chose de matériel. Il ne faut pas entendre cette proposition en ce sens que la matière fait partie de l'âme même; car nous avons démontré [ch. 49 et 50] que l'âme est une substance intellectuelle et que la matière n'entre dans la composition d'aucune substance intellectuelle. Donc la diversité et la pluralité des âmes doivent être prises, comme nous l'avons dit, dans l'ordre [ou le rapport] qui rattache ces âmes aux diverses matières avec lesquelles elles s'unissent. Si donc il y a une distinction réelle entre les corps, des âmes également distinctes les unes des autres doivent être unies à chacun d'eux. Donc une seule âme n'est pas unie à plusieurs corps.

2° Nous avons prouvé [ch. 56 et 57] que l'âme est unie au corps comme sa forme. Or, il existe nécessairement une proportion entre les formes et leurs propres matières, puisqu'elles sont entre elles dans le même rapport que la puissance et l'acte, et que l'acte propre correspond à la propre puissance. Donc la même âme n'est pas unie à plusieurs corps.

3° Il doit y avoir également une proportion entre la puissance du moteur et son mobile; car une puissance quelconque ne saurait mouvoir indifféremment tout mobile. Or, quand même l'âme ne serait pas la forme du corps, on n'en serait pas moins obligé de convenir qu'elle est son moteur; et c'est par le sentiment et le mouvement que nous distinguons l'être animé de l'être inanimé (13). Donc la diversité des âmes est en raison de la diversité des corps.

4° Toutes les fois qu'il s'agit d'êtres produits par voie de génération

(13) Dicamus animatum ab inanimato vita sejungi. Atque cum multifariam vivere dicatur, etiam si unum tantum istorum insit, vivere illud dicimus cui inest, ut intellectus, sensus, motus loco ac status, et insuper motio nutrimento et accretioni decretionive accommodata (Arist. *De anima*, II, c. 2).

diversitatem animarum humanarum secundum aliquid materiale sumi; non autem ita quod ipsius animæ sit materia pars; ostensum est enim supra (c. 49 et 50) quod est substantia intellectualis, et quod nulla talis substantia materiam habet. Relinquitur ergo quod, secundum ordinem ad diversas materias quibus animæ uniuntur, diversitas et pluralitas animarum sumatur eo modo quo supra dictum est. Si igitur sunt diversa corpora necesse est quod habeant diversas animas sibi unitas; non igitur una pluribus unitur.

2° Adhuc, Ostensum est supra (c. 56 et 57) animam uniri corpori ut formam. Formas autem oportet esse propriis materiis proportionatas, quum se habeant ad invicem sicut potentia et actus; proprius autem actus propriæ potentiæ respondet. Non ergo una anima pluribus corporibus unitur.

3° Amplius, Virtutem motoris oportet esse suo mobili proportionatam; non enim quæcumque virtus movet quodcumque mobile. Anima autem etsi non sit forma corporis, non tamen potest dici quod non sit motor ipsius; animatum autem ab inanimato distinguimus sensu et motu. Oportet igitur secundum diversitatem corporum esse diversitatem animarum.

et soumis à la destruction, la génération ne peut avoir pour effet de rétablir l'identité numérique d'un être (14); car la génération et la destruction étant un mouvement [ou changement] qui a pour terme la substance dans les êtres qui sont engendrés et détruits, la substance ne conserve pas son identité, comme cela a lieu tant que le mouvement n'est que local. Or, si la même âme s'unit successivement à plusieurs corps produits par voie de génération, cette génération aura pour résultat un homme qui sera numériquement le même qu'auparavant; et c'est ce qui ressort nécessairement de l'opinion de Platon, pour qui l'homme n'est qu'une âme revêtue d'un corps (15). La même observation s'applique également partout et dans tous les cas; car, puisque l'unité est, de même que l'*être*, une conséquence de la forme, il doit y avoir identité numérique là où la forme est numériquement une. Donc il ne peut se faire que la même âme s'unisse à plusieurs corps; d'où il suit que les âmes n'ont point existé avant les corps.

Cette vérité est en conformité parfaite avec la foi catholique; car il

(14) Il faut distinguer deux sortes d'*identité* : l'*identité spécifique* et l'*identité numérique*. La première consiste dans la réunion des attributs essentiels qui constituent l'espèce, et la seconde comprend tout ce qui concourt à la formation de l'individu. La génération peut bien, et doit même nécessairement, si l'ordre naturel n'est pas interverti, reproduire l'identité spécifique, d'après ce principe si souvent rappelé par saint Thomas et qu'il ne faut jamais perdre de vue, que *tout agent produit un être semblable à lui* : par exemple, l'homme engendre un homme, le cheval, un cheval, et ainsi des autres. Mais il n'en est pas de même de l'individu, et il est absolument impossible que la génération ait pour effet de rétablir l'identité numérique ou la même individualité. Si l'on procède par voie de recomposition, en réunissant des parties qui ont été séparées, on pourra arriver à reconstituer cette identité numérique. Par exemple, que l'on reconstruise un édifice renversé avec les mêmes matériaux, en les disposant exactement dans l'ordre qu'ils constituaient auparavant, sans rien ajouter ni retrancher; ou bien encore, que l'on rassemble les rouages d'une machine démontée, et l'on aura non-seulement un édifice ou une machine semblable, mais le même édifice et la même machine, c'est-à-dire l'identité numérique. Si, au contraire, un être est produit par voie de génération, il sera nécessairement distinct de tous les individus qui l'ont précédé et de tous ceux qui doivent le suivre.

(15) Voyez la note 3 du ch. 57, p. 51.

4° Item, In his quæ generantur et corrumpuntur, impossibile est per generationem reiterari idem numero; quum enim generatio et corruptio sit motus in substantiam in his quæ generantur et corrumpuntur, non manet substantia eadem, sicut manet in his quæ secundum locum moventur. Sed si una anima diversis corporibus generatis unitur successive, redibit idem numero homo per generationem; quod secundum Platonem de necessitate sequitur, qui dixit hominem esse animam corpore indutam. Sequitur etiam (hoc) et in aliis quibuscumque; quia, quum unitas rei sequatur formam sicut et esse, oportet quod illa sint idem numero quorum est forma numero una. Non igitur est possibile unam animam diversis corporibus uniri; ex quo etiam sequitur quod nec animæ fuerunt ante corpora.

Huic autem veritati catholicæ fidei sententia concordat; dicitur enim : *Qui finxit*

est dit dans les Psaumes : *C'est lui qui a formé séparément leurs cœurs* [Ps. XXXII, 15], c'est-à-dire que Dieu a créé pour chacun une âme particulière successivement et non en une seule fois, et qu'il n'a pas uni la même âme à plusieurs corps.

Voilà la raison de ce passage du livre des *Dogmes ecclésiastiques* : « Nous croyons que les âmes des hommes n'ont pas été, au commen- « cement, du nombre des autres natures intellectuelles, et qu'elles « n'ont pas été créées toutes ensemble, comme Origène l'a imaginé. » [Gennade, ch. 14.]

CHAPITRE LXXXIV.

Réponse aux objections dirigées contre la conclusion précédente.

Il est très facile de détruire les arguments par lesquels on essaie de prouver que les âmes ont existé dès l'éternité, ou du moins avant les corps.

1° Nous ne pouvons rejeter la première raison, savoir que l'âme a la vertu d'exister toujours. Mais il faut observer que la vertu ou la puissance d'une chose ne s'étend pas à ce qui a été antérieurement, mais à ce qui est actuellement ou sera dans la suite ; c'est pourquoi il n'y a pas de possibilité pour les choses passées. Donc, de ce que l'âme a la vertu d'exister toujours, on ne peut conclure qu'elle a toujours existé, mais seulement qu'elle existera toujours. — En outre, l'effet qu'une vertu est destinée à produire n'en résulte réellement qu'autant que cette vertu est supposée d'avance. Donc, bien que l'âme ait la vertu d'exister toujours, on n'en pourra conclure qu'elle existe tou-

---

singillatim corda eorum (*Psalm.* XXXII, 15), quia scilicet unicuique seorsum proprie Deus animam fecit ; non autem simul omnes creavit, nec unam diversis corporibus adjunxit.

Hinc etiam in libro de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur : « Animas hominum « (credimus) non esse ab initio inter cæteras « intellectuales naturas, nec simul creatas, « sicut Origenes fingit. »

CAPUT LXXXIV.

Solutio rationum contra superiorem conclusionem.

Rationes autem quibus probatur animas ab æterno fuisse vel saltem corporibus præexstitisse, facile est solvere.

1° Quod enim primo dicitur, animam

jours qu'après qu'elle aura reçu cette vertu; et si l'on prétend qu'elle l'a eue éternellement, on tombe dans une pétition de principe, en affirmant comme prouvée son éternité, qui est en question.

2° On s'appuie encore sur cette raison : que la vérité connue par l'âme est éternelle. Il est nécessaire d'envisager sous deux rapports l'éternité de la vérité connue : d'abord dans l'objet même de la science, ensuite dans le sujet qui la possède. Si la vérité connue est éternelle par rapport à l'objet lui-même, la chose connue est éternelle, mais non le sujet qui connaît. Si, au contraire, la vérité connue est éternelle dans l'être doué de cette connaissance, l'âme intelligente est éternelle. Or, la vérité, qui est dans l'intelligence, n'est pas éternelle dans le second sens, mais seulement dans le premier; car il est évident, par les démonstrations précédentes, que l'intellect actif produit en nous, au moyen des images, de nouvelles espèces intelligibles, à l'aide desquelles notre âme aperçoit la vérité. Il n'y a donc en cela rien qui prouve que l'âme est éternelle, mais plutôt que les vérités perçues dans l'intelligence reposent sur quelque chose d'éternel. Elles ont pour fondement commun la vérité première, cause universelle qui renferme en elle toute vérité. Le rapport de l'âme avec ce principe éternel n'est pas celui qui rattache le sujet à sa forme, mais le même qui existe entre un être et sa fin propre, puisque le vrai est le bien de l'intelligence et sa fin. Or, il n'est pas plus difficile de fixer la durée d'une chose d'après la nature de sa fin que d'assigner son commencement lorsqu'on connaît la cause active; car l'être dont la fin subsistera toujours doit être capable d'une durée perpétuelle. Par conséquent,

---

habere virtutem ut sit semper, concedi oportet. Sed sciendum quod virtus et potentia rei non se extendit ad id quod fuit, sed ad id quod est vel erit; unde et in præteritis possibilitas locum non habet. Non igitur, ex hoc quod anima habet virtutem ut sit semper, potest concludi quod semper fuerit, sed quod semper erit. — Præterea, ex virtute non sequitur id ad quod est virtus, nisi præsupposita virtute. Quamvis igitur anima habeat virtutem ut sit semper, non tamen potest concludi quod anima sit semper, nisi postquam hanc virtutem accepit. Si autem sumatur quod hanc virtutem ab æterno habuerit, erit petitum id quod oportebit probari, scilicet quod fuerit ab æterno.

2° Quod vero objicitur de æternitate veritatis quam intelligit anima, considerare oportet quod intellectæ veritatis æternitas potest intelligi dupliciter : Uno modo, quantum ad id quod intelligitur; alio modo, quantum ad id quo intelligitur. Et si quidem veritas intellecta sit æterna quantum ad id quod intelligitur, sequetur æternitas rei quæ intelligitur, non autem intelligentis. Si autem veritas intellecta sit æterna quantum ad id quo intelligitur, sequetur intelligentem animam esse æternam. Sic autem veritas intellecta non est æterna, sed primo modo; ex præmissis enim patet species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit veritatem, de novo nobis advenire ex phantasmatibus per intellectum agentem. Unde non potest concludi quod anima sit æterna, sed quod veritates intellectæ fundentur in aliquo æterno. Fundantur autem in ipsa prima veritate, sicut in causa universali

l'éternité de la vérité intelligible peut servir à prouver l'immortalité de l'âme, mais non son éternité.

Cette éternité ne ressort pas davantage de l'éternité de l'agent. Cela résulte clairement de toutes les raisons que nous avons données en traitant la question de l'éternité des créatures [ch. 31-37].

3° La troisième objection, qui se tire de la perfection de l'univers, n'est pas sérieuse. En effet, la perfection de l'univers consiste dans les espèces et non dans les individus, puisque cet univers s'augmente continuellement d'un très grand nombre d'individus appartenant à des espèces préexistantes. Or, les âmes humaines ne se distinguent pas entre elles par l'espèce, mais seulement par le nombre [ch. 75]. Donc il ne répugne pas à la perfection de l'univers que de nouvelles âmes soient successivement créées.

4° On voit par là quelle réponse il faut faire à la quatrième objection. On doit entendre dans le sens que nous venons d'indiquer le passage de l'Écriture où il est dit que Dieu acheva son œuvre, et qu'il se reposa ensuite après avoir terminé tous ses ouvrages (1). Comme cet achèvement, qui n'est autre chose que la perfection des créatures, concerne les espèces et non les individus, de même ce repos divin signifie que Dieu cessa de former des espèces nouvelles, et non des individus nouveaux précédés par d'autres semblables et de même espèce. Par conséquent, puisque toutes les âmes humaines appartiennent à une

(1) Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat (Gen. II, 2).

contentiva omnis veritatis. Ad hoc autem æternum comparatur anima, non sicut subjectum ad formam, sed sicut res ad proprium finem; nam verum est bonum intellectus, et finis ipsius. Ex fine autem argumentum accipere possumus de rei duratione, sicut et de initio rei argumentari possumus per causam agentem; quod enim est ordinatum ad finem sempiternum, oportet esse capax perpetuæ durationis. Unde potest probari ex æternitate veritatis intelligibilis immortalitas animæ, non autem ejus æternitas.

Quod vero non possit probari ex æternitate agentis, patet ex his quæ supra (c. 31-37) dicta sunt, quum de æternitate creaturarum quæreretur.

3° Quod etiam tertio objicitur de perfectione universi, necessitatem non habet. Universi enim perfectio attenditur quantum ad species, non quantum ad individua; quum continue universo plurima individua addantur præexsistentium specierum. Animæ autem humanæ non sunt diversæ secundum speciem, sed solum numero, ut probatum est (c. 75). Unde non repugnat perfectioni universi si animæ de novo creentur.

4° Ex quo etiam patet solutio ad id quod quarto objicitur. Similiter enim dicitur quod Deus consummavit opera sua, et quod requievit ab omni opere quod patrarat. Sicut ergo consummatio sive perfectio creaturarum secundum species consideratur et non secundum individua, ita quies Dei est intelligenda secundum cessationem a novis speciebus condendis, non autem a novis individuis quorum similia secundum speciem præcesserunt; et sic, quum omnes animæ humanæ sint unius speciei sicut et omnes

même espèce aussi bien que tous les hommes, Dieu ne sort pas de ce repos en créant journellement de nouvelles âmes.

Il est bon d'observer qu'Aristote n'enseigne nulle part que l'intelligence humaine est *éternelle,* expression qu'il emploie habituellement pour désigner une chose qui, dans son opinion, a toujours existé. Il se contente de dire qu'elle est *perpétuelle* (2), et ce terme peut très bien s'appliquer aux êtres qui doivent exister toujours, quoiqu'ils n'aient pas toujours été. C'est pour cela qu'après avoir indiqué en quoi l'âme intellectuelle diffère des autres formes par sa condition, il n'affirme aucunement que cette forme a précédé la matière, comme Platon le fait en parlant des idées; et comme le sujet abordé par le Philosophe semblait le demander, mais il dit simplement qu'elle survit au corps (3).

CHAPITRE LXXXV.

L'âme ne fait pas partie de la substance de Dieu.

Il est évident maintenant que l'âme ne fait pas partie de la substance de Dieu. En effet :

(2) Voyez au ch. 78, la note 1, 15°, p. 173.

(3) Causæ moventes, tanquam antea ortæ existunt : quæ vero ut ratio, simul sunt; cum enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est. Et forma æneæ sphæræ, simul atque ænea sphæra. Si autem aliquid posterius permanet, considerandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus ; omnem namque fortassis impossibile est (Arist. *Metaphys.* XII, c. 3).

---

homines, non repugnat prædictæ quieti si Deus quotidie novas animas creat.

Sciendum autem est quod ab Aristotele non invenitur dictum quod intellectus humanus sit æternus; quod tamen dicere consuevit in his quæ secundum suam opinionem semper fuerunt. Dicit autem ipsum esse perpetuum ; quodquidem potest dici de his quæ semper erunt, etiamsi non semper fuerint; unde, quum animam intellectivam a conditione aliarum formarum exciperet (Metaphys. XII, c. 3), non dixit quod hæc forma fuerit ante materiam (quod tamen Plato de ideis dicebat, et sic videbatur conveniens materiæ in qua (Aristoteles) loquebatur ut aliquid tale de anima diceret), sed dixit quod manet post corpus.

CAPUT LXXXV.

Quod anima non est de substantia Dei.

Ex his etiam patet animam non esse de substantia Dei.

1° Ostensum est enim supra (l. I, c. 15) divinam substantiam esse æternam, nec aliquid ejus de novo incipere. Animæ autem

1° Nous avons prouvé que la substance divine est éternelle et que rien de nouveau ne survient en elle [liv. I, ch. 15]. Or, les âmes humaines n'ont pas existé avant les corps [ch. 83]. Donc l'âme ne peut appartenir à la substance divine.

2° Il est impossible que Dieu soit la forme d'aucun être [liv. I, ch. 27]. Or, l'âme humaine est la forme du corps [ch. 57 et 68-72]. Donc elle ne fait pas partie de la substance divine.

3° Toute substance dont il sort un être quelconque est en puissance relativement à cet être. Or, la substance de Dieu n'est en puissance pour quoi que ce soit, puisqu'elle est un acte pur [liv. I, ch. 16]. Donc l'âme ou quelque autre chose ne peut être formée de la substance de Dieu.

4° La substance dont un autre être est formé subit quelque changement. Or, Dieu est absolument immuable [liv. I, ch. 13]. Donc rien ne saurait être fait de sa substance.

5° Il est constant que l'âme varie sous le rapport de la science, de la puissance [ou énergie], et de leurs contraires. Or, Dieu n'est sujet à aucun changement essentiel ou accidentel [*ibid.*]. Donc l'âme ne peut sortir de la substance divine.

6° Dieu est un acte pur et il est exempt de toute puissance passive [liv. I, ch. 16]. Or, l'âme humaine est à la fois en puissance et en acte; car elle possède un intellect passif, qui est en puissance pour tous les être intelligibles, et un intellect actif [ch. 69 et 76]. Donc l'âme humaine ne participe pas à la nature divine.

7° La substance divine étant absolument indivisible, l'âme ne peut être prise dans cette substance, à moins qu'elle ne soit la substance

---

humanæ non fuerunt ante corpora, ut ostensum est (c. 83). Non igitur anima potest esse de substantia divina.

2° Amplius, Ostensum est supra (l. I, c. 27) quod Deus nullius rei forma esse potest. Anima autem humana est forma corporis, ut ostensum est (c. 57 et 68-72). Non igitur est de substantia divina.

3° Præterea, Omne illud ex quo fit aliquid est in potentia ad id quod fit ex eo. Substantia autem Dei non est in potentia ad aliquid, quum sit purus actus, ut supra (l. I, c. 16) ostensum est. Impossibile est igitur quod ex substantia Dei fiat anima vel quodcumque aliud.

4° Adhuc, Illud ex quo fit aliud aliquo modo mutatur. Deus autem est omnino immobilis, ut supra (l. I, c. 13) probatum est. Impossibile est igitur quod ex eo aliquid fieri possit.

5° Amplius, In anima manifeste apparet variatio secundum scientiam et virtutem et eorum opposita. Deus autem est omnino invariabilis et per se et per accidens (ibid.). Non igitur anima potest esse de divina substantia.

6° Item, Supra ostensum est (l. I, c. 16) quod Deus est actus purus, in quo nulla potentialitas invenitur. In anima autem humana invenitur et potentia et actus; est enim in ea intellectus possibilis, qui est potentia ad omnia intelligibilia, et intellectus agens, ut ex supradictis (c. 69 et 76) patet. Non est igitur anima humana de natura divina.

7° Item, Quum substantia divina sit om-

tout entière. Or, la substance divine est nécessairement une [liv. 1, ch. 42]. Donc, s'il en était ainsi, il n'y aurait pour tous les hommes qu'une seule âme sous le rapport de l'intelligence, contrairement à ce qui a été démontré [ch. 75]. Donc l'âme n'appartient pas à la substance divine.

Trois causes semblent avoir donné naissance à l'opinion que nous combattons :

1° Quelques philosophes ont enseigné qu'il n'existe point de substance incorporelle. C'est pourquoi Dieu n'était pour eux que le plus parfait des corps, que ce corps fût l'air, le feu ou tout autre principe. Ils faisaient participer l'âme à sa nature; car tous attribuaient à l'âme les mêmes qualités qu'au principe des choses, ainsi que nous le voyons par Aristote (1). D'où il résulte que l'âme est une partie de la substance divine. C'est d'après ce système que Manès en vint à représenter Dieu comme une lumière corporelle qui remplit des espaces infinis, et dont l'âme humaine est une petite portion.— Nous avons fait justice de cette opinion, en prouvant d'abord que Dieu n'est pas un corps [liv. I, ch. 20], et ensuite que ni l'âme humaine ni aucune substance intellectuelle ne sont corporelles [ch. 65 et 49].

2° D'autres ont pensé qu'il n'y a pour tous les hommes qu'un seul intellect (2), qui est ou l'intellect actif seul, ou tout ensemble l'intellect actif et l'intellect passif [ch. 76]; et parce que les anciens considéraient

(1) Les opinions diverses des anciens philosophes sur la nature de l'âme sont exposées par Aristote dans le 2e chapitre du 1er livre *De l'Ame*. Tous ces philosophes admettent plus ou moins explicitement la corporéité de l'âme. — Voyez la note 4 du ch. 49, p. 16.

(2) On se rappelle que c'est la doctrine professée par Alexandre d'Aphrodisée, Avicenne et Averrhoès. Voyez à ce sujet les ch. 62, 74, 75 et 76.

nino impartibilis, non potest aliquid substantiæ ejus esse anima, nisi sit tota substantia ejus. Substantiam autem divinam est impossibile esse nisi unam, ut supra (l. I, c. 42) ostensum est. Sequitur igitur quod omnium hominum sit tantum anima una, quantum ad intellectum; et hoc supra (c. 75) improbatum est. Non est igitur anima de substantia divina.

Videtur autem hæc opinio ex triplici fonte processisse.

1° Quidam enim posuerunt nullam substantiam incorpoream esse; unde nobilissimum corporum Deum esse dicebant, sive hoc esset aer, sive ignis, sive quodcumque aliud principium ponebant; et de natura hujusmodi corporis animam esse dicebant; nam omnes id quod ponebant principium, animæ attribuebant, ut patet per Aristotelem (de Anima, I, c. 2), et sic sequebatur animam esse de substantia divina. Et ex hac radice pullulavit positio Manichæi, qui existimavit Deum esse quamdam lucem corpoream per infinita spatia distensam, cujus quamdam particulam humanam animam esse dicebat. — Hæc autem positio supra (l. I, c. 20) improbata est per hoc quod ostensum est Deum non corpus esse, et per hoc quod ostensum est (c. 65 et 49) animam humanam corpus non esse, nec aliquam intellectualem substantiam.

2° Quidam vero posuerunt intellectum omnium hominum esse unum, vel agentem tantum, vel agentem et possibilem simul,

comme était Dieu toute substance séparée, il suit de là que notre âme, c'est-à-dire l'intelligence par laquelle nous connaissons, est d'une nature divine. C'est pourquoi, même à l'époque où nous sommes, plusieurs auteurs, d'ailleurs soumis aux enseignements de la foi chrétienne, faisant de l'intellect actif quelque chose de séparé, ont positivement affirmé que cet intellect actif est Dieu. — Nous avons établi ci-dessus [ch. 73 et 75] que cette hypothèse de l'unité de l'intellect est une erreur.

3° Ce qui a pu donner lieu encore à cette opinion, c'est la ressemblance qui existe entre notre âme et Dieu; car l'opération de connaître, que nous attribuons surtout à Dieu comme son opération propre, ne convient à aucune des substances comprises dans ce monde inférieur, si ce n'est à l'homme à raison de son âme. Quelques-uns ont donc pu croire pour cela que l'âme est une portion de la nature divine, surtout ceux qui admettaient dans leurs systèmes, comme une chose incontestable, l'immortalité de l'âme humaine. L'Ecriture elle-même paraît favoriser ce sentiment; car, après cette parole : « *Faisons l'homme à notre image et à notre ressemblance* [Gen. I, 26], nous lisons : *Le Seigneur Dieu forma l'homme du limon de la terre et déposa sur son visage le souffle de la vie* [*ibid.*, II, 7]. On a voulu conclure de ce passage que la nature de l'âme est divine, pour cette raison que celui qui souffle sur le visage d'un autre fait passer hors de lui une chose qui est numériquement la même que celle qui était en lui, et qu'en s'exprimant ainsi, l'Ecriture semble insinuer que quelque chose de divin a passé de Dieu dans l'homme pour lui donner la vie.

La ressemblance en question ne prouve nullement que l'âme de

---

sicut supra (c. 76) dictum est; et quia quamlibet substantiam separatam antiqui Deum esse dicebant, sequebatur animam nostram, id est intellectum quo intelligimus, esse divinæ naturæ; unde et a quibusdam nostri temporis christianæ fidei professoribus, ponentibus intellectum agentem separatum, dictum est expresse quod intellectus agens sit Deus. — Hæc autem positio de unitate intellectus nostri supra (c. 73 et 75) improbata est.

3° Potuit autem ex ipsa similitudine animæ nostræ ad Deum hæc opinio nasci. Intelligere enim, quod maxime æstimatur proprium Dei, nulli substantiæ in mundo inferiori convenire invenitur nisi homini propter animam; unde videri potuit animam ad naturam divinam pertinere, et præsertim apud homines in quorum opinionibus erat firmatum quod anima hominis esset immortalis. Adhuc etiam coadjuvare videtur quod, postquam dictum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. I, 26), subditur : *Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ* (ibid., II, 7). Ex quo quidam accipere voluerunt quod anima sit de natura divina; qui enim in faciem alterius inspirat, idem numero quod in ipso erat in alium emittit; et sic videtur Scriptura innuere quod aliquid divinum a Deo in hominem, ad ipsum vivificandum, immissum sit.

Sed* similitudo prædicta non ostendit

l'homme fasse partie de la substance divine, puisque son opération de connaître est imparfaite sous plusieurs rapports, et que cette imperfection répugne en Dieu. Une telle ressemblance est donc plutôt le signe indicatif d'une image défectueuse que d'une sorte de consubstantialité. C'est ce que l'Écriture veut nous faire entendre en disant que l'homme a été créé à l'image de Dieu. Cette espèce d'insufflation nous fait voir, par conséquent, que la vie qui a passé de Dieu dans l'homme consiste dans une certaine ressemblance, et non dans l'unité de la substance; et s'il est dit qu'il déposa ce souffle de vie sur son visage, c'est parce que les organes de la plupart des sens étant situés dans cette partie du corps, c'est sur le visage que la vie apparaît d'une manière plus sensible. Ce qui est dit, que Dieu déposa sur le visage de l'homme le souffle de la vie, signifie donc simplement qu'il donna à l'homme l'esprit qui le vivifie, mais sans le prendre dans sa propre substance; car celui qui souffle physiquement sur le visage d'un autre [et cette action paraît avoir donné lieu à la métaphore] chasse l'air sur son visage, et ne lui communique pour cela aucune partie de sa substance.

CHAPITRE LXXXVI.

L'âme humaine n'est pas transmise avec le sperme.

Il est facile, à l'aide des démonstrations précédentes, de prouver

---

animam hominis esse aliquid substantiæ divinæ, quum in intelligendo defectum multipliciter patiatur; quod de Deo dici non potest. Unde hæc similitudo magis est indicativa cujusdam imperfectæ imaginis quam alicujus substantialitatis; quod etiam Scriptura innuit, quum dicit ad imaginem Dei hominem factum. Unde et inspiratio prædicta processum vitæ a Deo in hominem, secundum quamdam similitudinem, demonstrat, non secundum unitatem substantiæ; propter quod et in faciem spiritus vitæ dicitur inspiratus, quia, quum in hac parte corporis sint plurium sensuum organa sita, in ipsa facie evidentius vita monstratur. Sic igitur Deus inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ dicitur, quia spiritum vitæ homini dedit, non eum ex sua substantia decidendo; nam et qui corporaliter insufflat in faciem alicujus (unde videtur sumpta esse metaphora) aerem in faciem ejus impellit, non autem aliquam suæ substantiæ partem in ipsum emittit.

CAPUT LXXXVI.

Quod anima humana non traducatur cum semine.

Ex præmissis autem ostendi potest quod



que l'âme humaine n'est point transmise avec le sperme, comme si elle l'accompagnait dans l'acte de la génération. En effet :

1° Aucun des principes, dont les opérations ne peuvent se réaliser sans le corps, ne saurait non plus commencer d'exister sans le corps; car le mode d'existence de la chose est conforme à son opération, puisque tout être opère en sa qualité d'être. Quant aux principes dont les opérations ne dépendent pas du corps, c'est le contraire qui a lieu, et leur production n'est pas le résultat de la génération du corps. Or, l'opération propre à l'âme sensitive et à l'âme nutritive est nécessairement subordonnée au corps [ch. 57 et 68], tandis que l'âme intellectuelle n'exerce la sienne par aucun organe corporel [ch. 69]. Donc la génération du corps a pour effet la production de l'âme nutritive et de l'âme sensitive, mais elle reste étrangère à celle de l'âme intellectuelle. Or, la transmission du sperme a pour but la génération du corps. Donc l'âme nutritive et l'âme sensitive commencent d'exister par le fait de cette transmission, mais non pas l'âme intellectuelle.

2° Si l'âme humaine commençait d'exister par le fait de la transmission du sperme, cela ne pourrait avoir lieu que de deux manières. D'abord, parce que cette âme étant en acte dans le sperme, elle se trouverait séparée accidentellement de l'âme de l'individu générateur, de même que le sperme se sépare de son corps, ainsi qu'il arrive pour les animaux annelés, qui vivent après avoir été coupés en morceaux: ils ont en eux une seule âme en acte et plusieurs en puissance, et lorsque leur corps est divisé, cette âme commence d'exister en acte dans chacune des parties vivantes. La seconde manière, c'est que le

---

anima humana non traducitur cum semine, quasi per coitum seminata.

1° Quorumcumque enim principiorum operationes non possunt esse sine corpore, nec eorum initium sine corpore esse potest; sic enim res habet esse sicut et operatur, quum unumquodque operetur in quantum est ens. E contrario vero, quorum principiorum operationes sine corpore sunt, generatio eorum non est per generationem corporis. Operatio autem animæ nutritivæ et sensitivæ non potest esse sine corpore, ut ex præmissis (c. 57 et 68) patet; operatio autem animæ intellectivæ non fit per organum corporeum, ut supra (c. 69) habitum est. Igitur anima nutritiva et sensitiva per generationem corporis generantur, non autem anima intellectiva. Sed traductio seminis ad corporis generationem ordinatur. Igitur anima nutritiva et sensitiva esse incipiunt per seminis traductionem, non autem intellectiva.

2° Adhuc, Si anima humana per traductionem seminis esse inciperet, hoc non posset esse nisi dupliciter : Uno modo, ut intelligeretur esse in semine actu, quasi per accidens divisa ab anima generantis sicut semen dividitur a corpore, ut videmus in animalibus annulosis quæ decisa vivunt, in quibus est anima una in actu et multæ in potentia, diviso autem corpore animalis prædicti, in qualibet parte vivente incipit anima esse actu; alio modo, ut intelligatur in semine esse virtus productiva animæ in-

sperme possède la vertu de produire l'âme intellectuelle, en sorte que cette âme existe en lui virtuellement, et non en acte.

Or, la première de ces conditions est impossible pour deux raisons. — Premièrement, parce que l'âme intellectuelle étant des trois âmes la plus parfaite et douée d'une plus grande vertu que les deux autres, le propre sujet qu'elle doit perfectionner est le corps, dont les organes sont aussi variés afin que par eux puissent se réaliser ses opérations multiples. Donc elle ne peut être en acte dans le sperme isolé, puisque les âmes mêmes des brutes qui sont des animaux parfaits ne se multiplient pas, comme celles des animaux annelés, lorsqu'on partage le corps. — Secondement, comme l'intelligence, qui est la vertu propre et principale de l'âme intellectuelle, n'est pas l'acte d'une certaine partie du corps, il est impossible qu'elle se trouve accidentellement divisée par suite de la division du corps; et par conséquent il en faut dire autant de l'âme intellectuelle.

La seconde condition présente une impossibilité égale. En effet, le principe actif contenu dans le sperme n'agit de manière à produire la génération de l'animal qu'en modifiant le corps; car aucune vertu résidant dans la matière ne peut agir autrement. Or, dès qu'une forme commence d'exister par une modification de la matière, son *être* dépend de la matière, puisque c'est cette modification qui la fait passer de la puissance à l'acte; et par conséquent elle est déterminée à l'*être* actuel de la matière, qui consiste dans l'union de cette substance avec sa forme. C'est pourquoi, si l'*être* de la forme commence aussi de la même manière, cet *être* ne sera autre chose que son union actuelle avec la matière; et ainsi la forme dépendra de la matière, même à raison de son *être*. En supposant donc que l'âme humaine arrive à l'exis-

---

tellectivæ, ut sic anima intellectiva ponatur in semine, virtute, sed non actu.

Primum autem horum est impossibile duplici ratione. — Primo, quia, quum anima intellectiva sit perfectissima animarum et maximæ virtutis, ejus proprium perfectibile est corpus habens magnam diversitatem in organis per quæ possunt multiplices ejus operationes expleri; unde non potest esse quod fiat actu in semine deciso, quia nec etiam animæ brutorum perfectorum per decisionem multiplicantur, prout contingit in animalibus annulosis. — Secundo, quia, quum intellectus, qui est propria et principalis virtus animæ intellectivæ, non sit alicujus partis corporis actus, non potest dividi per accidens secundum corporis divisionem; unde nec anima intellectiva.

Secundum etiam est impossibile. Virtus enim activa quæ est in semine agit ad generationem animalis transmutando corpus; non enim aliter agere potest virtus quæ est in materia. Sed omnis forma quæ incipit esse per transmutationem materiæ habet esse a materia dependens; transmutatio enim materiæ reducit eam de potentia in actum, et sic determinatur ad esse actu materiæ quod est per unionem formæ; unde, si per hoc etiam incipiat esse formæ, simpliciter esse formæ non erit nisi in hoc quod est uniri materiæ, et sic erit secundum esse a materia dependens. Si igitur anima hu-

tence par l'effet du principe actif inhérent au sperme, il s'ensuit que son *être* dépend de la matière, aussi bien que l'*être* des autres formes matérielles; et nous avons précédemment démontré le contraire [ch. 79].

Donc il est faux, sous tous rapports, que l'âme humaine reçoive l'existence par la transmission du sperme.

3° Toute forme qui arrive à l'*être* par le fait d'une modification survenue dans la matière est une forme tirée de la puissance passive propre à la matière; car le changement qui convient à cette substance consiste dans le passage de la puissance à l'acte. Or, l'âme intellectuelle ne peut sortir de la puissance passive de la matière, puisque nous avons prouvé [ch. 68] qu'elle excède toute la puissance de cette dernière, à raison de son opération, qu'elle réalise sans le secours de la matière [ch. 69]. Donc l'âme intellectuelle ne reçoit pas l'*être* par l'effet d'une modification de la matière, ni, par conséquent, en vertu d'un principe actif résidant dans le sperme.

4° Nulle vertu active ne peut étendre son action plus loin que son genre. Or, l'âme intellectuelle est complétement en dehors du genre des corps, puisque aucun d'eux n'est capable de l'opération de connaître, qui est propre à cette âme. Donc il n'est point de vertu corporelle qui puisse produire une âme intellectuelle. Or, l'action du principe actif résidant dans le sperme ne s'exerce que par une vertu corporelle; car la vertu qui réalise les formes agit au moyen d'une triple chaleur émanée du feu, du ciel et de l'âme. Donc l'âme intellectuelle ne saurait arriver à l'existence en vertu d'un principe actif inhérent au sperme.

5° Il serait absurde de dire qu'une substance intellectuelle peut se

---

mana producatur in esse per virtutem activam quæ est in semine, sequitur quod esse suum sit dependens a materia, sicut esse aliarum formarum materialium; cujus contrarium supra (c. 79) ostensum est.

Nullo igitur modo anima intellectiva producitur in esse per seminis traductionem.

3° Amplius, Omnis forma quæ educitur in esse per materiæ transmutationem est forma educta de potentia materiæ; hoc enim est materiam transmutari, de potentia in actum educi. Anima autem intellectiva non potest educi de potentia materiæ; jam enim supra (c. 68) ostensum est quod ipsa anima intellectiva excedit totum posse materiæ, quum habeat aliquam operationem absque materia, ut supra (c. 69) ostensum est. Non igitur anima intellectiva in esse educitur per transmutationem materiæ, et sic neque per actionem virtutis quæ est in semine.

par elles l'être, qui est la fin dernière de la génération, se trouve réalisé. On ne doit pas être étonné en voyant que la même transformation ne se continue pas durant tout le temps de la génération, mais qu'il y a un certain nombre de générations intermédiaires; car c'est ce qui a lieu également pour l'altération et l'accroissement, et Aristote nous démontre que le seul mouvement qui soit réellement continu est le mouvement local (4). Donc le nombre des formes intermédiaires qui préparent graduellement la forme dernière, et par conséquent, le nombre des générations moyennes, et en proportion de la noblesse de cette forme et de la distance qui la sépare de la forme élémentaire. C'est pourquoi, lorsque la génération a pour terme l'animal et l'homme, dont la forme est la plus parfaite, il y a beaucoup de formes ou générations intermédiaires et, conséquemment, de corruptions, puisque la forme actuelle n'est produite que par la destruction de la précédente. Donc l'âme végétative, qui donne d'abord à l'embryon la vie de la plante, est détruite après quelque temps et fait place à une âme plus parfaite, qui est tout à la fois nutritive et sensitive. L'embryon vit alors de la vie animale, et lorsque cette seconde est détruite à son tour, elle est remplacée par une âme raisonnable qui vient du dehors, bien que les deux autres aient existé en vertu du principe actif inhérent au sperme (5).

Il est facile, après ces explications, de répondre aux objections qui nous sont faites.

(4) Aristote prouve, dans les chapitres 7, 8 et 9 du VIIIe livre de sa *Physique*, que le mouvement local et circulaire peut seul se continuer jusqu'à l'infini, au indéfiniment. Il dit encore ailleurs : — « Motus non est continuus, præter hunc qui secundum locum, et hunc qui circularis est » (*Metaphys.* XII, c. 6).
(5) Voyez la note 2 du ch. 89, p. 252.

---

tionis transmutatio non est continua, sed sunt multæ generationes intermediæ, quia hoc etiam accidit in alteratione et augmento; non enim est tota alteratio continua neque totum augmentum, sed solum motus localis est vere continuus, ut patet in octavo Physicorum (c. 7, 8 et 9). Quanto igitur aliqua forma est nobilior et magis distans a forma elementi, tanto oportet esse plures formas intermedias quibus gradatim ad formam ultimam veniatur, et per consequens plures generationes medias; et ideo in generatione animalis et hominis, in quibus est forma perfectissima, sunt plurimæ formæ et generationes intermediæ, et per consequens corruptiones, quia generatio unius est corruptio alterius. Anima igitur vegetabilis, quæ primo inest quum embryo vivit vita plantæ, corrumpitur, et succedit anima perfectior quæ est nutritiva et sensitiva simul, et tunc embryo vivit vita animalis; hac autem corrupta, succedit anima rationalis ab extrinseco immissa, licet præcedentes fuerint virtute seminis.

His igitur visis, facile est respondere ad objecta.

Quod enim primo objicitur, oportere

La première consiste à dire que l'âme sensitive de l'homme et celle de la brute doivent avoir la même origine, parce que la dénomination d'*animal* s'applique à tous les deux dans le même sens; mais nous ne voyons pas que cela soit nécessaire. En effet, quoique l'âme sensitive de l'homme et celle de la brute soient comprises dans le même genre, elles sont cependant d'espèces différentes, aussi bien que les êtres dont elles sont les formes; car, de même que l'animal qui est homme est spécifiquement distinct des autres animaux par sa qualité d'être raisonnable, de même aussi l'âme sensitive de l'homme diffère de l'âme sensitive de la brute, sous le rapport de l'espèce, parce qu'elle est aussi intellectuelle. Donc il n'y a rien dans l'âme de la brute que ce qui appartient à la partie sensitive, et par conséquent, ni son *être* ni son opération ne sont supérieurs au corps; d'où il suit qu'elle est produite avec le corps et détruite avec lui. L'âme sensitive de l'homme, au contraire, possédant une faculté intellectuelle qui l'emporte sur la nature sensitive et qui exige que la substance même de l'âme soit supérieure au corps par son *être* et son opération, elle n'est ni produite avec le corps, ni détruite avec lui. La diversité d'origine pour ces deux âmes n'a donc pas sa cause dans la partie sensitive, qui est la raison constitutive du genre, mais dans la partie intellectuelle, qui est le principe de la différence spécifique; c'est pourquoi on n'en peut pas conclure qu'il y a diversité de genre, mais seulement diversité d'espèce.

Cette seconde objection, que le produit de la conception est un animal avant d'être un homme, ne prouve nullement que l'âme raisonnable est transmise avec le sperme; car l'âme sensitive, qu en fait un animal, ne persévère pas, mais elle est remplacée par

---

animam sensitivam eumdem modum originis in homine et in brutis habere, ex eo quod animal de eis univoce prædicatur, dicimus hoc necessarium non esse. Etsi enim anima sensitiva in homine et bruto conveniant secundum generis rationem, differunt tamen specie, sicut et ea quorum sunt formæ; sicut enim animal quod est homo ab aliis animalibus specie differt per hoc quod est rationale, ita anima sensitiva hominis ab anima sensitiva bruti specie differt per hoc quod est etiam intellectiva. Anima igitur in bruto habet id quod est sensitivum tantum, et per consequens nec esse nec ejus operatio supra corpus elevatur; unde oportet quod simul cum generatione corporis generetur et cum corruptione corrumpatur. Anima autem sensitiva in homine, quum habeat supra sensitivam naturam vim intellectivam, ex qua oportet quod ipsa substantia animæ sit secundum esse et operationem supra corpus elevata, neque per generationem corporis generatur neque per ejus corruptionem corrumpitur. Diversus ergo modus originis in animabus prædictis non est ex parte sensitivi, ex quo sumitur ratio generis, sed ex parte intellectivi, ex quo sumitur differentia speciei; unde non potest concludi diversitas generis, sed sola diversitas speciei.

Quod vero secundo objicitur, conceptum prius esse animal quam hominem, non os-

une autre à la fois sensitive et intellectuelle, et par laquelle cet être est en même temps un animal et un homme, comme nous venons de le prouver.

On nous objecte en troisième lieu que les actions de divers agents n'ont pas pour terme un seul produit; mais cela ne s'applique qu'aux agents divers non coordonnés entre eux. Si ces agents sont coordonnés, un seul effet résultera de leur action; car la première cause active agit sur l'effet produit par la cause seconde plus efficacement que cette seconde cause elle-même : c'est pour cela que toutes les fois qu'un effet est réalisé par un agent principal au moyen d'un instrument, nous le considérons comme appartenant plutôt à cet agent qu'à l'instrument. Il arrive quelquefois que l'action du principal agent amène, dans l'être qui est produit, un résultat excédant l'action de l'instrument : ainsi, la vertu végétative a pour fin la formation de la chair, que la chaleur du feu, qui est l'instrument de cette vertu, ne saurait causer seule, quoiqu'elle opère dans le but de préparer ce résultat en dissolvant et en consumant [la matière élémentaire]. Donc, puisque toute vertu active de la nature est, par rapport à Dieu, ce qu'est un instrument pour le premier et le principal agent, rien n'empêche que dans la génération d'un seul et même être, qui est l'homme, l'action de la nature ayant pour terme quelque partie de l'homme ne s'étende cependant pas pour cela à tout ce qui vient de l'action de Dieu. Donc le corps de l'homme est formé conjointement par la puissance de Dieu, agent premier et principal, et aussi par la vertu inhérente au sperme, qui est comme un agent secondaire; mais l'action de Dieu produit l'âme humaine, et cet effet dépasse la

---

tendit rationalem animam cum semine propagari. Nam anima sensitiva, per quam animal erat, non manet, sed ei succedit anima quæ est simul sensitiva et intellectiva, ex qua est animal et homo simul, ut ex dictis patet.

Quod vero tertio objicitur, diversorum agentium actiones non terminari ad unum factum, intelligendum est de diversis agentibus non ordinatis. Si enim ordinata sint ad invicem, oportet eorum esse unum effectum; nam causa agens prima agit in effectum causæ secundæ agentis, vehementius quam etiam ipsa causa secunda; unde videmus quod effectus qui per instrumentum agitur a principali agente, magis proprie attribuitur principali agenti quam instrumento. Contingit autem quandoque quod actio principalis agentis pertingit ad aliquid in operato, ad quod non pertingit actio instrumenti; sicut vis vegetativa ad speciem carnis perducit, ad quam non potest perducere calor ignis qui est ejus instrumentum, licet operetur disponendo ad eam, resolvendo et consumendo. Quum igitur omnis virtus naturæ activa comparetur ad Deum sicut instrumentum ad primum et principale agens, nihil prohibet, in uno et eodem generato quod est homo, actionem naturæ ad aliquid hominis terminari, et non ad totum quod fit actione Dei. Corpus igitur hominis formatur simul et virtute Dei

portée de la vertu active du sperme, qui se borne à une simple préparation.

La réponse à la quatrième objection ressort de la précédente. L'homme engendre un être semblable à lui par l'espèce, parce que la vertu active du sperme prépare, par son opération, la forme dernière qui détermine l'espèce de l'homme.

Nous ne voyons pas d'inconvénient à ce que Dieu coopère à l'action naturelle de l'adultère; car le mal n'est pas dans la nature, mais dans la volonté de ceux qui le commettent, et l'action qui a son principe dans la vertu spermatique est naturelle et non pas volontaire. C'est pourquoi il ne répugne nullement que Dieu y participe en donnant à l'effet sa perfection dernière.

La conclusion que l'on tire de la dernière objection n'a rien de nécessaire. Lors même que la formation du corps de l'homme précéderait la création de son âme, ou réciproquement, il ne s'ensuit pas que le même homme est antérieur à lui-même; car l'homme ne consiste pas uniquement dans son corps ou seulement dans son âme. Il est vrai qu'une de ses parties a la priorité sur l'autre; mais il n'y a en cela aucune difficulté; car, à raison du temps, la matière est avant la forme. Nous considérons ici la matière en tant qu'elle est en puissance pour la forme, et non comme actuellement perfectionnée par la forme; car, dans le second cas, leur existence est simultanée. Donc, au point de vue du temps, le corps humain précède l'âme quand il est en puissance pour elle, c'est-à-dire tant qu'il ne la possède pas encore; mais alors il n'a pas actuellement la nature humaine, qui ne lui convient qu'en puissance. Lorsqu'il est devenu actuellement quelque

---

quasi principalis agentis et primi, et etiam virtute seminis quasi agentis secundi; sed actio Dei producit animam humanam, quam virtus seminis producere non potest, sed disponit ad eam.

Unde patet solutio ad quartum. Sic enim homo simile in specie generat, in quantum virtus seminis ejus dispositive operatur ad ultimam formam, ex qua homo speciem sortitur.

Deum vero adulteris cooperari in actione naturæ, nihil est inconveniens. Non enim natura adulterorum mala est, sed voluntas; actio autem quæ est ex virtute seminis ipsorum est naturalis, non voluntaria; unde non est inconveniens si Deus illi operationi cooperatur, ultimam perfectionem inducendo.

Quod vero sexto objicitur, patet quod non de necessitate concludit. Etsi enim detur quod corpus hominis formetur priusquam anima creetur, aut e converso, non sequitur quod idem homo sit prior seipso; non enim homo est suum corpus neque sua anima. Sequitur autem quod aliqua pars ejus sit altera prior, quod non est inconveniens; nam materia tempore est prior forma; materiam dico, secundum quod est in potentia ad formam, non secundum quod actu est per formam perfecta; sic enim est simul cum forma. Corpus igitur humanum, secundum quod est in potentia ad animam, utpote quod nondum habet animam, est prius tempore quam anima; tunc autem non est humanum actu, sed potentia tantum; quum vero est

chose d'humain, et cela a lieu à l'instant où il reçoit en quelque sorte sa perfection de l'âme humaine, il n'est ni antérieur ni postérieur à l'âme, mais tous deux existent simultanément.

De ce que le principe actif du sperme produit seulement le corps et non pas l'âme, il ne s'ensuit pas que l'opération de Dieu et celle de la nature restent incomplètes, comme on veut l'établir par le septième argument; car c'est la puissance divine qui donne l'existence au corps et à l'âme, quoiqu'elle forme le corps par le moyen d'un agent naturel, qui est la vertu inhérente au sperme, et qu'elle produise l'âme immédiatement. On ne peut pas dire davantage que l'action de la vertu spermatique s'exerce imparfaitement, puisqu'elle rend parfait son objet propre.

Il est vrai que la semence renferme virtuellement en elle tout ce qui n'excède pas la puissance active du corps, comme l'herbe, la paille, les entre-nœuds et les autres parties; mais cela ne prouve pas, ainsi qu'on le prétend dans la huitième objection, que le sperme contient aussi virtuellement la partie de l'homme qui n'est aucunement soumise à la puissance active propre au corps.

La neuvième difficulté qu'on nous oppose, savoir que les opérations de l'âme se développent dans la même proportion que les parties du corps, à mesure que la génération de l'homme approche de son terme, ne nous force pas d'admettre que l'âme humaine et le corps procèdent du même principe; mais elle établit uniquement que les parties du corps doivent être disposées d'une certaine manière pour que l'âme puisse se livrer à ses opérations.

Ce qu'on nous objecte en dixième lieu, que la figure du corps est déterminée par la forme de l'âme, et que, pour cette raison, l'âme se

---

humanum actu, quasi per animam humanam perfectum, non est prius neque posterius anima, sed simul cum ea.

Neque etiam sequitur, si anima ex virtute seminis non producitur, sed solum corpus, quod sit imperfecta operatio tam Dei quam naturæ, ut septima ratio procedebat. Virtute enim Dei utrumque fit, et corpus et anima, licet formatio corporis sit ab eo mediante virtute seminis naturalis, animam autem immediate producat. Neque etiam sequitur quod actio virtutis seminis sit imperfecta, quum perficiat hoc ad quod est.

Sciendum est etiam in semine virtute contineri omnia illa quæ virtutem corpoream non excedunt, sicut fœnum, culmus, internodia et similia; ex quo concludi non potest quod id hominis quod totam virtutem corpoream excedit, in semine virtute contineatur, ut octava ratio concludebat.

Quod autem operationes animæ videntur proficere in processu generationis humanæ sicut proficiunt corporis partes, non ostendit animam humanam et corpus idem principium habere, sicut nona ratio procedebat; sed ostendit quod dispositio partium corporis est necessaria ad animæ operationem.

Quod autem decimo objicitur, corpus animæ configurari et ob hoc animam sibi corpus simile præparare, partim quidem

prépare à elle-même un corps qui lui ressemble, est vrai sous un rapport et faux sous un autre. S'il s'agit de l'âme du père, on est dans la vérité; mais on se trompe si l'on a en vue l'âme du sujet engendré; car le principe qui forme les premières et les principales parties du corps n'est pas dans l'âme du sujet engendré, mais dans l'âme de l'être générateur, comme nous l'avons démontré un peu plus haut. Toute matière reçoit pareillement sa configuration d'après sa forme; cependant cette configuration résulte de l'action de la forme productrice et non de l'action de l'être produit.

La onzième objection s'appuie sur ce que le sperme a la vie à l'instant même de son émission. Mais on voit assez, par ce que nous avons déjà observé, qu'il n'est vivant qu'en puissance, et, par conséquent, il n'est pas actuellement en possession d'une âme, mais virtuellement. A mesure que la génération progresse, il reçoit, par l'effet de la vertu spermatique, une âme végétative et une âme sensitive, qui ne demeurent pas, mais disparaissent lorsque l'âme raisonnable vient prendre leur place.

On a tort de prétendre, dans le douzième argument, que l'âme existe pour le corps, parce que le corps est formé avant l'âme. Un être peut exister pour un autre en deux manières : d'abord, parce que sa fin est l'opération, ou la conservation de cet autre, ou bien tout ce qui est une conséquence naturelle de l'existence, et, en ce sens, l'être qui existe pour un autre lui est postérieur : tels sont les vêtements par rapport à l'homme, et les instruments de son art pour l'ouvrier; une chose existe encore pour une autre quand elle existe à cause de son *être*, et, dans ce cas, ce qui existe pour un autre être a la priorité de

---

est verum, partim autem falsum. Si enim intelligatur de anima generantis, est verum quod dicitur; falsum autem, si intelligatur de anima generati. Non enim virtute animæ generati formatur corpus quantum ad primas et præcipuas partes, sed virtute animæ generantis, ut supra probatum est. Similiter etiam omnis materia suæ formæ configuratur; non tamen hæc configuratio fit ex actione generati, sed ex actione generantis.

Quod autem undecimo objicitur de seminis vita in principio decisionis, patet quidem ex dictis non esse vivum nisi in potentia; unde tunc animam actu non habet, sed virtute. In processu autem generationis habet animam vegetabilem et sensibilem, ex virtute seminis; quæ non manent, sed transeunt, anima rationali succedente.

Neque etiam, si formatio corporis animam humanam præcedit, sequitur quod anima sit propter corpus, ut duodecima ratio inferebat. Est enim aliquid propter alterum dupliciter : Uno modo propter ejus operationem sive conservationem vel quidquid hujusmodi est quod sequitur ad esse, et hujusmodi sunt posteriora eo propter quod sunt, sicut vestimenta sunt propter hominem, et instrumenta propter artificem; alio modo est aliquid propter alterum, id est propter esse ejus, et sic quod est propter alterum est prius tempore et natura posterius. Hoc autem modo corpus est propter animam, sicut etiam omnis materia

temps, mais il est postérieur dans l'ordre de la nature. C'est de cette seconde manière que le corps existe pour l'âme, comme toute matière pour sa forme. Il en serait autrement si le corps et l'âme ne se réunissaient pas dans un *être* commun, ainsi que l'enseignent ceux qui refusent d'admettre que l'âme est la forme du corps.

CHAPITRE XC.

Le corps humain est le seul qui soit uni à une substance intellectuelle, comme à sa forme.

Puisque nous avons prouvé [ch. 57] qu'une substance intellectuelle, qui est l'âme humaine, est unie au corps en qualité de forme, nous avons à rechercher maintenant s'il existe quelque substance de même nature qui s'unisse à un autre corps comme étant aussi sa forme. Nous connaissons [ch. 70] le sentiment d'Aristote touchant la question de savoir si les corps célestes ont une âme intellectuelle, et nous avons vu que saint Augustin ne décide rien à ce sujet (1); c'est pourquoi nous allons nous occuper en ce moment des corps élémentaires. Or, il est évident qu'il n'est point de substance intellectuelle unie, en qualité de forme, à un corps élémentaire autre que le corps humain. En effet :

1° Si une substance intellectuelle est unie à un autre corps, ce corps

(1) Saint Augustin, *Enchirid.* c. 58. — Voyez la fin du ch. 70, p. 114.

---

propter formam. Secus autem esset, si ex anima et corpore non fieret unum secundum esse, sicut dicunt qui ponunt animam non esse corporis formam.

CAPUT XC.

Quod nulli alii corpori nisi humano unitur substantia intellectualis ut forma.

Quia vero ostensum est (c. 57) substantiam aliquam intellectualem uniri corpori ut formam, scilicet animam humanam, inquirendum restat utrum alicui alteri corpori aliqua substantia intellectualis ut forma uniatur. Et quidem de corporibus cœlestibus, quod sint animata anima intellectuali, superius est ostensum (c. 70) quid de hoc Aristoteles senserit, et quod Augustinus hoc sub dubio reliquit (Enchirid., c. 58); unde præsens inquisitio circa corpora elementaria versari debet. Quod autem nulli corpori elementari substantia intellectualis uniatur ut forma, nisi humano, evidenter apparet.

1° Si enim alteri corpori uniatur, aut unitur corpori mixto aut simplici. — Non

est mixte ou simple. — Or, elle ne peut s'unir à un corps mixte; car, de tous les corps mixtes, c'est surtout celui-là qui devrait avoir, à raison de son genre, une complexion en parfait équilibre, puisque les corps mixtes ont une forme d'autant plus noble que leurs éléments sont combinés suivant une plus juste proportion. Par conséquent, si le corps qui a la plus noble de toutes les formes, c'est-à-dire une substance intellectuelle, est mixte, son tempérament doit être exempt de tout vice; et c'est pour cette raison que nous jugeons de la bonté de l'intelligence d'après la souplesse de la chair et la sûreté du tact, qui sont pour nous les indices d'une complexion exactement proportionnée. Or, la complexion qui offre au plus haut degré ce caractère est celle du corps humain. Donc, si une substance intellectuelle s'unit à un corps mixte, ce corps est nécessairement de même nature que celui de l'homme. La forme sera également de même nature que l'âme humaine, si c'est une substance intellectuelle. Donc il n'y aura aucune différence spécifique entre cet animal et l'homme. — Cette substance intellectuelle ne peut pas davantage être unie comme forme à un corps simple, tel que l'air, l'eau, le feu ou la terre. En effet, chacun de ces corps se ressemble dans son tout ou dans ses parties; car une partie de l'air et l'air tout entier ont une nature identique et sont dans la même espèce, puisqu'ils se meuvent ensemble; et il en faut dire autant des autres. Or, les moteurs semblables doivent avoir des formes qui se ressemblent. Si donc quelque partie de l'un de ces corps, de l'air, par exemple, est animée par une âme intellectuelle, l'air tout entier et toutes ses parties seront animés de la même manière. Or, il n'en est évidemment pas ainsi;

---

autem potest uniri corpori mixto, quia oporteret illud corpus maxime esse æqualis complexionis secundum suum genus, inter cætera corpora mixta, quum videamus corpora mixta tanto nobiliores formas habere quanto magis ad temperamentum commixtionis perveniunt; et sic quod habet formam nobilissimam, utpote substantiam intellectualem, si sit corpus mixtum, oportet esse temperatissimum; unde etiam videmus quod mollities carnis et bonitas tactus, quæ æqualitatem complexionis demonstrant, sunt signa boni intellectus. Complexio autem maxime æqualis est complexio corporis humani. Oportet igitur, si substantia intellectualis uniatur alicui corpori mixto, quod illud sit ejusdem naturæ cum corpore humano. Forma etiam ejus esset ejusdem naturæ cum anima humana, si esset substantia intellectualis. Non igitur esset differentia secundum speciem inter illud animal et hominem. — Similiter autem neque corpori simplici, puta aeri, aut aquæ, aut igni, aut terræ, uniri potest substantia intellectualis ut forma. Unumquodque enim horum corporum est simile in toto et partibus; ejusdem enim naturæ et speciei est pars aeris et totus aer; etenim eumdem motum habet; et similiter de aliis. Similibus autem motoribus similes formæ debentur. Si igitur aliqua pars alicujus dictorum corporum sit animata anima intellectuali, puta aeris, totus aer et omnes partes ejus eadem ratione erunt animata

car nous n'apercevons aucune opération qui indique la vie dans les parties de l'air ou des autres corps simples. Donc il n'est point de substance intellectuelle qui s'unisse comme une forme à quelque partie de l'air ou d'autres corps semblables.

2° S'il est une substance intellectuelle qui s'unisse à quelque corps simple en qualité de forme, elle aura seulement une intelligence, ou bien avec elle les autres puissances, savoir celles qui appartiennent à la partie sensitive ou nutritive, comme cela a lieu dans l'homme. — Or, si elle n'a que l'intelligence, son union avec le corps est complétement inutile; car toute forme unie à un corps a une opération propre qui s'exerce par le corps. Or, l'intelligence n'a aucune opération qui concerne le corps, si ce n'est en tant qu'elle lui donne le mouvement, puisque l'opération même de connaître et, pour la même raison, celle de vouloir, ne s'exercent pas au moyen d'un organe corporel. Les mouvements auxquels sont soumis les éléments ont pour cause leurs moteurs naturels, c'est-à-dire leurs principes générateurs, et ils ne se meuvent pas eux-mêmes. Le mouvement qu'ils en reçoivent n'exige donc point qu'ils soient animés. — Si, au contraire, la substance intellectuelle que l'on suppose être unie à un élément, ou à quelqu'une de ses parties, renferme les autres parties de l'âme, comme ces parties font aussi partie de certains organes, ce corps élémentaire sera nécessairement composé d'organes divers; ce qui répugne à sa simplicité. — Donc une substance intellectuelle ne peut s'unir en qualité de forme à un élément ou à l'une de ses parties.

3° Plus un corps se rapproche de la matière première et plus il est infime, parce qu'il est plus en puissance et que son *acte* est moins

---

Hoc autem manifeste apparet esse falsum; nam nulla operatio vitæ apparet in partibus aeris vel aliorum simplicium corporum. Non igitur alicui parti aeris vel similium corporum substantia intellectualis unitur ut forma.

2° Adhuc, Si alicui simplicium corporum unitur aliqua substantia intellectualis ut forma, aut habebit intellectum tantum aut habebit alias potentias, utpote quæ pertinent ad partem sensitivam aut nutritivam, sicut est in homine. — Si autem habet intellectum tantum, frustra unitur corpori. Omnis enim forma corporis habet aliquam propriam operationem per corpus. Intellectus autem non habet aliquam operationem ad corpus pertinentem, nisi secundum quod movet corpus; intelligere enim ipsum non est operatio quæ per organum corporis exerceatur; et eadem ratione, nec velle. Elementorum etiam motus sunt a moventibus naturalibus, scilicet a generantibus, et non movent seipsa; unde non oportet quod propter eorum motum sint animata. — Si autem habet substantia intellectualis, quæ ponitur uniri elemento aut parti ejus, alias animæ partes, quum partes illæ sint partes aliquorum organorum, oportebit in corpore elementi invenire diversitatem organorum; quod repugnat simplicitati ipsius. — Non igitur substantia intellectualis potest uniri ut forma alicui elemento aut parti ejus.

3° Amplius, Quanto aliquod corpus est propinquius materiæ primæ, tanto est ignobilius, utpote magis in potentia exsis-

complet. Or, les éléments sont plus près de la matière première que les corps mixtes, puisqu'ils sont eux-mêmes la matière prochaine de ces derniers. Donc, par leur espèce, les corps élémentaires sont inférieurs aux corps mixtes. Donc, puisque la forme la plus noble appartient au corps le plus excellent, il est impossible que la plus noble de toutes les formes, qui est l'âme intelligente, soit unie aux corps élémentaires.

4° Si les corps élémentaires, ou quelques-unes de leurs parties, étaient animés par les âmes les plus nobles, c'est-à-dire par des âmes intelligentes, les corps seraient moins éloignés de la vie à mesure qu'ils se rapprocheraient des éléments. Or, nous ne voyons rien de semblable, mais c'est plutôt le contraire qui a lieu; car les plantes ont moins de vie que les animaux, quoiqu'elles soient plus près de la terre, et la vie des minéraux, qui s'en rapprochent davantage encore, est absolument nulle. Donc aucune substance intellectuelle ne s'unit à un élément ou à quelqu'une de ses parties comme sa forme.

5° L'excès de l'un des principes contraires détruit la vie dans tous les moteurs sujets à la corruption : par exemple, la chaleur et le froid, l'humidité et la sécheresse, lorsqu'ils sont excessifs, donnent la mort aux animaux et aux plantes. Or, c'est surtout dans les corps élémentaires que les principes contraires peuvent arriver à cet excès. Donc ces corps sont dans l'impossibilité de vivre, et, par conséquent, nulle substance intellectuelle ne peut s'unir à eux comme leur forme.

6° Quoique les éléments soient indestructibles dans leur tout, cependant, chacune de leurs parties est soumise à la corruption, puisqu'elles renferment des principes contraires. Si donc certaines parties

---

tens et minus in actu completo. Elementa autem ipsa sunt propinquiora materiæ primæ quam corpora mixta, quum et ipsa sint mixtorum corporum materia proxima. Sunt igitur elementorum corpora ignobiliora, secundum suam speciem, corporibus mixtis. Quum igitur nobilioris corporis sit nobilior forma, impossibile est quod nobilissima forma, quæ est anima intellectiva, sit unita corporibus elementorum.

4° Item, Si corpora elementorum aut aliquæ partes eorum essent animata nobilissimis animabus, quæ sunt animæ intellectivæ, oporteret quod quanto aliqua corpora essent viciniora elementis, essent propinquiora ad vitam. Hoc autem non apparet, sed magis contrarium; nam plantæ minus habent de vita quam animalia, quum tamen sint propinquiores terræ; et mineralia, quæ sunt adhuc propinquiora, nihil habent de vita. Non igitur substantia intellectualis unitur alicui elemento vel parti ejus ut forma.

5° Adhuc, Omnium moventium corruptibilium vita per excellentiam contrarietatis corrumpitur; nam animalia et plantæ mortificantur ab excellenti calido et frigido, humido aut sicco. In corporibus autem elementorum sunt præcipue excellentiæ harum contrarietatum. Non igitur est possibile quod in eis sit vita; impossibile est igitur quod substantia intellectiva uniatur eis ut forma.

6° Amplius, Elementa etsi secundum totum sint incorruptibilia, tamen singulæ partes sunt corruptibiles, utpote contrarieta-

des éléments se trouvent unies à des substances douées de connaissance, elles doivent surtout posséder la faculté de discerner les agents capables de les corrompre. Cette faculté consiste dans le sens du toucher, qui a la propriété de distinguer le chaud, le froid et les autres principes contraires; c'est pourquoi tous les animaux en sont pourvus, comme d'une chose nécessaire, pour les préserver de la destruction. Or, ce sens ne saurait être inhérent à un corps simple, puisque son organe propre n'a pas en lui actuellement les principes contraires, mais seulement en puissance; ce qui ne convient qu'aux corps mixtes dont les éléments sont en équilibre. Donc les parties des éléments ne peuvent être animées par des âmes capables de connaître.

7° Tout corps qui a une vie quelconque par son âme subit un mouvement local. En effet, le mouvement des corps célestes, si toutefois ils sont animés, est circulaire; celui des animaux parfaits est progressif; le mouvement des coquillages consiste dans la dilatation et la contraction; celui des plantes, dans la croissance et le décroissement, et ces derniers sont locaux sous quelque rapport. Or, nous n'apercevons dans les éléments aucun mouvement imprimé par une âme, mais seulement un mouvement naturel. Donc ce ne sont pas des corps vivants.

Si l'on se retranche à dire que, bien que la substance intellectuelle ne s'immisce pas au corps élémentaire ou à l'une de ses parties comme sa forme, elle s'unit cependant avec lui en sa qualité de moteur, nous répondons :

1° Cela est impossible par rapport à l'air; car les parties de l'air n'étant pas limitées par elles-mêmes, chaque partie déterminée ne

---

tem habentes. Si igitur aliquæ partes elementorum habeant sibi unitas substantias cognoscentes, maxime videtur quod assignetur eis vis discretiva corrumpentium; quæquidem est sensus tactus, qui est discretivus calidi et frigidi et similium contrarietatum, propter quod etiam, quasi necessarius ad præservationem a corruptione, omnibus animalibus inest. Hunc autem sensum impossibile est inesse corpori simplici, quum oporteat organum tactus non habere actu contrarietates, sed potentia; quod contingit solum in mixtis temperatis. Non igitur est possibile aliquas partes elementorum esse animatas anima cognoscitiva.

7° Item, Omne corpus vivens aliquo modo secundum animam, localiter movetur; nam corpora cœlestia, si tamen sint animata, moventur circulariter; animalia perfecta, motu progressivo; ostrea autem motu dilatationis et constrictionis; plantæ autem motu augmenti et decrementi, qui sunt aliquo modo secundum locum. Sed in elementis non apparet aliquis motus qui sit ab anima, sed solum motus naturalis. Non sunt igitur corpora viventia.

Si autem dicatur quod substantia intellectualis, etsi non uniatur corpori elementari aut parti ejus ut forma, unitur tamen ei ut motor :

Primum quidem in aere hoc dici impossibile est. Quum enim pars aeris non sit per seipsam terminabilis, non potest aliqua pars ejus determinata motum proprium habere, propter quem sibi substantia intellectualis uniatur.

peut avoir un mouvement propre, qui demande, pour être réalisé, qu'une substance intellectuelle lui soit unie.

2° Si quelque substance intellectuelle est unie naturellement à un certain corps, comme le moteur l'est à son propre mobile, la vertu motrice de cette substance est nécessairement limitée au corps mobile auquel elle est naturellement unie; car la vertu active du propre moteur ne s'étend pas, lorsqu'il produit le mouvement, au-delà de son propre mobile. Or, il nous paraît absurde de prétendre que la vertu active d'une substance intellectuelle ne dépasse pas, dans l'acte de mouvoir, telle partie déterminée d'un élément, ou un certain corps mixte. Donc on ne peut affirmer qu'une substance intellectuelle est unie naturellement à un corps élémentaire en qualité de moteur, à moins qu'elle ne lui soit unie aussi comme étant sa forme.

3° Le mouvement d'un corps élémentaire peut avoir pour cause d'autres principes qu'une substance intellectuelle. Donc il est inutile qu'à raison de ce mouvement des substances intellectuelles soient unies naturellement à des corps élémentaires.

Cette démonstration détruit l'opinion fausse d'Apulée et de quelques philosophes platoniciens, qui ont enseigné que les démons sont des animaux aériens par le corps, raisonnables par l'esprit, passifs par l'âme, et éternels par la durée; et aussi l'erreur des païens, qui croyaient les éléments animés, et pour cette raison les honoraient comme des dieux. Nous renversons également une autre opinion qui attribue aux Anges et aux démons des corps qui leur sont naturellement unis et de même nature que les éléments supérieurs ou inférieurs (2).

(2) Omnium, inquiunt (Platonici), animalium, in quibus est anima rationalis, tri-

2° Præterea, Si aliqua substantia intellectualis unitur alicui corpori naturaliter sicut motor proprio mobili, oportet virtutem motivam illius substantiæ limitari ad corpus mobile cui naturaliter unitur; nam cujuslibet motoris proprii virtus non excedit, in movendo, proprium mobile. Ridiculum autem videtur dicere quod virtus alicujus substantiæ intellectualis non excedat, in movendo, aliquam determinatam partem alicujus elementi aut aliquod corpus mixtum. Non videtur igitur dicendum quod aliqua substantia intellectualis uniatur alicui corpori elementari naturaliter ut motor, nisi sibi etiam uniatur ut forma.

3° Item, Motus corporis elementaris potest ex aliis principiis causari quam ex substantia intellectuali. Superfluum igitur esset, propter hujusmodi motus, naturaliter substantias intellectuales corporibus elementaribus uniri.

Per hoc autem excluditur error et opinio Apuleii et quorumdam Platonicorum, qui dixerunt dæmonia esse animalia corpore aerea, mente rationabilia, animo passiva, tempore æterna; et quorumdam Gentilium ponentium elementa esse animata, unde et eis cultum divinum instituebant. Excluditur etiam opinio dicentium Angelos et dæmones habere corpora naturaliter sibi unita de natura superiorum vel inferiorum elementorum.

CHAPITRE XCI.

Il existe des substances intellectuelles non unies à des corps.

On peut prouver, par tout ce qui précède, l'existence de substances séparées qui ne sont en aucune manière unies à des corps. En effet :

1° Nous avons démontré [ch. 79] qu'après la destruction du corps la substance de l'intelligence demeure comme devant toujours durer. S'il est vrai, comme le veulent certains auteurs, que cette substance qui survit soit unique pour tous les hommes, elle est nécessairement séparée du corps à raison de son *être;* et nous obtenons ainsi ce que nous cherchons à établir, savoir qu'une certaine substance intellec-

partita divisio est, in deos, homines, dæmones, dii excelsissimum locum tenent, homines infimum, dæmones medium. Nam deorum sedes in cœlo est, hominum in terra, in aere dæmonum. Sicut eis diversa dignitas est locorum, ita etiam naturarum. Proinde dii sunt hominibus dæmonibusque potiores; homines vero infra deos et dæmones constituti sunt, ut elementorum ordine, sic differentia meritorum. Dæmones igitur medii, quemadmodum diis quibus inferius habitant postponendi, ita hominibus, quibus superius, præferendi sunt. Habent enim cum diis communem immortalitatem corporum, animorum autem cum hominibus passiones... Hæc si ita sunt, quæ licet apud alios quoque reperiantur, Apuleius tamen Platonicus Madaurensis, de hac re sola unum scripsit librum, cujus titulum esse voluit, *De deo Socratis*, ubi... dicit apertissime et copiosissime asserit, non illum deum fuisse, sed dæmonem...— Quamobrem absit ut ista considerans animus veraciter religiosus et vero deo subditus, ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, quod habeant corpora meliora... De motibus ergo dæmonum cum idem Platonicus loqueretur, dixit eos eisdem quibus homines animi perturbationibus agitari, irritari injuriis, obsequiis donisque placari, gaudere honoribus, diversis sacrorum ritibus oblectari, et in eis si quid neglectum fuerit, commoveri. Inter cætera etiam dicit ad eos pertinere divinationes augurum, aruspicum, vatum atque somniorum; ab his quoque esse miracula magorum. Breviter autem eos definiens ait, dæmones esse genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aeria, tempore æterna : horum vero quinque tria priora illis esse (eadem) quæ nobis, quartum proprium, quintum eos cum diis habere commune. Sed video trium superiorum quæ nobiscum habent, duo etiam cum diis habere. Animalia quippe esse dicit et deos, qui sua cuique elementa distribuens, in terrestribus animalibus nos posuit cum cæteris quæ in terra vivunt et sentiunt, in aquatilibus pisces et alia natatilia, in aeriis dæmones, in ætheriis deos. Ac per hoc quod dæmones genere sunt animalia, non solum eis cum hominibus, verum etiam cum diis pecoribusque commune est; quod mente rationalia, cum diis et hominibus; quod tempore æterna, cum diis solis; quod animo passiva, cum hominibus solis; quod corpore aeria, ipsi sunt soli (S. Aug. *De civit. Dei*, l. VIII, c. 14, 15 et 16).

CAPUT XCI.

Quod sunt aliquæ substantiæ intellectuales corporibus non unitæ.

Ex præmissis autem ostendi potest esse aliquas substantias intellectuales corporibus penitus non unitas.

1° Ostensum est enim supra (c. 79), corporibus corruptis, intellectus substantiam quasi perpetuam remanere. Et, si quidem substantia intellectus quæ remanet



tuelle subsiste indépendamment du corps. Si, au contraire, les âmes intelligentes restent en nombre, lorsque les corps sont détruits, plusieurs substances intellectuelles pourront subsister sans corps, puisque nous avons prouvé [ch. 83] que les âmes ne passent pas d'un corps dans un autre. Or, c'est par accident que les âmes se trouvent séparées des corps; car naturellement elles sont la forme des corps; et ce qui est essentiel doit précéder ce qui n'est qu'accidentel. Donc il y a des substances intellectuelles antérieures aux âmes par nature, et qui, en vertu de leur essence, subsistent sans les corps.

2° Tout ce qui entre dans la raison constitutive [ou nature] du genre doit être également compris dans la raison de l'espèce, tandis que certaines choses qui entrent dans la raison de l'espèce ne sont pas comprises dans celle du genre : par exemple, la qualité d'être raisonnable est dans la raison constitutive de l'homme et non dans celle de l'animal. Or, tout ce qui est dans la raison de l'espèce sans appartenir aussi au genre ne se retrouve pas nécessairement dans toutes les espèces dont se compose le genre; car il existe une multitude d'espèces d'animaux sans raison. La substance intellectuelle doit, en vertu de son genre, subsister par elle-même, puisque nous avons vu qu'elle a une opération propre [ch. 50 et 51]; et la raison constitutive d'une chose qui subsiste par ellè-même ne demande pas qu'elle soit unie à une autre chose. Donc il n'est pas dans la raison de la substance intellectuelle d'être unie à un corps en vertu de son genre, quoique cela entre dans la raison d'une certaine substance intellectuelle, qui est l'âme. Donc quelques substances intellectuelles ne sont pas unies à des corps.

---

sit una omnium, sicut quidam dicunt, de necessitate consequitur eam esse secundum suum esse a corpore separatam; et sic habetur propositum quod substantia intellectualis aliqua sine corpore subsistat. Si autem plures animæ intellectivæ remaneant, corporibus destructis, conveniet aliquibus substantiis intellectualibus absque corpore subsistere, præsertim quum ostensum sit (c. 83) quod animæ non transeant de corpore ad corpus. Convenit autem animabus esse a corporibus separatas per accidens, quum naturaliter sint formæ corporum; eo autem quod est per accidens, oportet prius esse id quod est per se. Sunt igitur aliquæ substantiæ intellectuales animabus secundum naturam priores, quibus per se inest sine corporibus subsistere.

2° Amplius, Omne quod est de ratione generis oportet de ratione speciei esse; sunt autem quædam quæ sunt de ratione speciei, non autem de ratione generis, sicut rationale est de ratione hominis, non autem de ratione animalis. Quidquid autem est de ratione speciei, non autem de ratione generis, non est necesse omnibus speciebus generis inesse; multæ enim species sunt irrationalium animalium. Substantiæ autem intellectuali secundum suum genus convenit quod sit per se subsistens, quum habeat per se operationem, sicut superius (c. 50 et 51) est ostensum; de ratione autem rei per se subsistentis non est quod alteri uniatur. Non est igitur de ratione substantiæ intellectualis secundum suum genus quod sit corpori unita, etsi sit hoc de ra-

3° Une nature supérieure touche, par son degré le plus bas, le degré le plus élevé de la nature inférieure. Or, la nature intellectuelle est supérieure à la nature corporelle et elle la touche par une de ses parties, qui est l'âme intelligente. Donc, de même que le corps perfectionné par l'âme occupe le premier degré dans le genre des corps, de même aussi l'âme intelligente unie au corps doit être au dernier degré dans le genre des substances intellectuelles. Donc il existe des substances intellectuelles non unies à des corps et supérieures à l'âme dans l'ordre de la nature.

4° Si l'on rencontre dans quelque genre que ce soit un être imparfait, d'après l'ordre de la nature, on trouvera un autre être qui sera parfait dans le même genre; car le parfait vient naturellement avant l'imparfait. Or, les formes qui résident dans des matières sont des actes imparfaits, parce qu'elles n'ont pas un *être* complet. Donc certaines formes sont des actes parfaits, parce qu'elles subsistent par elles-mêmes et que leur espèce est complète. Or, toute forme subsistant par elle-même, sans matière, est une substance intellectuelle; car la séparation d'avec la matière constitue l'*être* intelligible [ch. 51]. Donc il existe des substances intellectuelles non unies à des corps; et il n'y a pas de corps sans matière.

5° La substance est possible sans la quantité, quoique la quantité soit impossible sans la substance; car la substance des autres genres est la première dans l'ordre de temps, de raison et de connaissance. Or, il n'y a point de substance corporelle sans quantité. Donc le genre de la substance en comprend quelques-unes qui peuvent exister sans

---

tione alicujus intellectualis substantiæ, quæ est anima. Sunt igitur aliquæ substantiæ intellectuales corporibus non unitæ.

3° Adhuc, natura superior in suo infimo contingit naturam inferiorem in ejus supremo. Natura autem intellectualis est superior corporali; contingit autem eam secundum aliquam partem sui, quæ est anima intellectiva. Oportet igitur quod, sicut corpus perfectum per animam intellectivam est supremum in genere corporum, ita anima intellectiva quæ unitur corpori sit infima in genere substantiarum intellectualium. Sunt igitur aliquæ substantiæ intellectuales non unitæ corporibus, superiores secundum naturæ ordinem anima.

4° Item, Si est aliquid imperfectum in aliquo genere, invenitur ante illud, secundum naturæ ordinem, aliquid in genere illo perfectum; perfectum enim natura prius est imperfecto. Formæ autem quæ sunt in materiis sunt actus imperfecti, quia non habent esse completum. Sunt igitur aliquæ formæ quæ sunt actus completi per se subsistentes et speciem completam habentes. Omnis autem forma per se subsistens absque materia, est substantia intellectualis; immunitas autem materiæ confert esse intelligibile, ut ex præmissis (c. 51) patet. Sunt ergo aliquæ substantiæ intellectuales corporibus non unitæ; omne autem corpus materiam habet.

5° Amplius, Substantia potest esse sine quantitate, licet quantitas sine substantia esse non possit; substantia enim aliorum generum prima est tempore, ratione et cognitione. Sed nulla substantia corporea est sine quantitate. Possunt igitur quædam

corps. Or, toutes les natures possibles sont dans l'ordre des choses; autrement l'univers serait incomplet; et il n'y a pas de différence entre *l'être* et la puissance pour celles qui doivent durer toujours. Donc certaines substances, qui subsistent sans corps, sont placées au-dessous de la première substance, qui est Dieu et n'est renfermée en aucun genre [liv. I, ch. 25], et au-dessus de l'âme unie à un corps.

6° Lorsque deux choses entrent dans la composition d'un tout, si l'une d'elles, et la moins parfaite, existe par elle-même, la seconde, qui est plus parfaite et n'a pas autant besoin de la première, existera aussi par elle-même. Or, nous connaissons une substance composée d'une substance intellectuelle et d'un corps [ch. 68]; et le corps subsiste par lui-même, ainsi que le prouvent tous les corps inanimés. Donc, à plus forte raison, doit-il exister des substances intellectuelles qui ne sont pas unies à des corps.

7° La substance est proportionnée à l'opération de la chose, parce que l'opération est l'acte et le bien de la substance qui opère. Or, connaître est l'opération propre de la substance intellectuelle. Donc la substance intellectuelle doit être dans la condition qui convient à cette opération. Or, comme l'opération de connaître ne s'exerce pas au moyen d'un organe corporel, elle peut se passer du corps, à moins qu'il ne s'agisse des formes intelligibles qui viennent des objets sensibles. Ce dernier mode de connaissance est imparfait; car on ne connaît parfaitement qu'autant qu'on a la perception de choses intelligibles en raison de leur nature, et si l'on connaît seulement ce qui n'est pas intelligible en soi, mais le devient par un acte de l'intelligence, une telle manière de connaître est incomplète. Si donc, dans un même

---

esse in genere substantiæ omnino absque corpore. Omnes autem naturæ possibiles in rerum ordine inveniuntur; aliter enim esset universum imperfectum; in sempiternis etiam non differt esse et posse. Sunt igitur aliquæ substantiæ absque corporibus subsistentes post primam substantiam, quæ Deus est, quæ non est in genere, ut supra [l. I, c. 25] ostensum est, et supra animam, quæ est corpori unita.

6° Adhuc, Si ex aliquibus duobus invenitur aliquod compositum et alterum eorum invenitur per se quod est minus perfectum, et alterum, quod est magis perfectum et minus reliquo indigens, per se invenitur. Invenitur autem aliqua substantia composita ex substantia intellectuali et corpore, ut ex præmissis [c. 68] patet; corpus autem invenitur per se, sicut patet in omnibus corporibus inanimatis. Multo igitur fortius inveniuntur substantiæ intellectuales corporibus non unitæ.

7° Item, substantiam rei oportet esse proportionatam suæ operationi, quia operatio est actus et bonum substantiæ operantis. Sed intelligere est propria operatio substantiæ intellectualis. Oportet igitur substantiam intellectualem talem esse quæ competat prædictæ operationi. Intelligere autem, quum sit operatio per organum corporeum non exercita, non indiget corpore, nisi in quantum intelligibilia sumuntur a sensibilibus. Hic autem est imperfectus modus intelligendi; perfectus enim modus intelligendi est ut intelligantur ea quæ sunt secundum naturam suam intelli-

genre, le parfait doit exister avant l'imparfait, il doit y avoir au-dessus des âmes humaines, qui arrivent à connaître par les images, d'autres substances intellectuelles connaissant les choses qui sont intelligibles en elles-mêmes, sans le secours des objets sensibles, et qui sont, par conséquent, entièrement séparées des corps par leur nature.

est, intelligentiarum distributio, ab ipsamet primitus initiante illuminatione consecrata, immediate illi intendendo, secretiori simul et manifestiori divini principatus illustratione purgetur et illuminetur atque perficiatur. Secretiori quidem, quia spiritaliori magisque simplifica unificaque; manifestiori autem, quia primitiva, primilucaque et universaliori, ipsique (utpote liquidiori) intimius infusa. Ab hac autem ut iterum secunda pro sua portione, et a secunda tertia, et a tertia noster hic sacer ordo, juxta primævæ illius rectæ constitutionis legem, divina prorsus harmonia congruentiaque ad superoriginalem omnis bonæ ordinationis originem et terminationem sacro quodam ordine promoveatur.

Singuli autem ordines sunt eorum qui præcedunt interpretes ac internuntii; primi quidem illi, motoris sui Dei, cæteri autem, eadem ratione, motorum a Deo; adeo enim illa superessentialis rerum omnium harmonia cuilibet sacro tam rationalium quam spiritalium creaturarum ordini ratoque ductui consuluit, ut et ipsa singulis hierarchiis decoros ordines statuerit, atque omnem hierarchiam in virtute primas et medias atque postremas distributam esse videamus. Quin imo singulas, ut proprie dicam, spirituum distributiones iisdem divinis harmoniis discrevit, propter quob ipsos etiam divinissimos Seraphim theologi alterum ad alterum clamare aiunt (Is. VI, 2 et 3); qua quidem re, mea sententia, manifeste declarat primos participes facere secundos divinarum rerum atque notionum.

Hoc quoque non immerito possum addere, quamlibet cœlestem et humanam mentem seorsum proprios in se continere et primos et medios et ultimos ordines atque facultates, quæ eodem modo, quo superiores singularum hierarchiarum illustrationum proprii ductus eluceant, quibus unaquæque mens pro suo captu quam nitidissimæ purgationis, copiosi luminis, absolutæque perfectionis fit particeps. Nihil est per se absoluteque perfectum, aut quod omnino perfectionis non indigeat, nisi quod per se revera perfectum est et præperfectum (S. Dionys. *De cœl. hierarch.* c. 10).

(3) Voyez la note 8 du ch. 83, p. 220.

supremus, medius et infimus, et in quolibet ordine [Angeli] supremi, medii et infimi (de Cœl. Hier., c. 10).

Per hoc autem excluditur Origenis positio, qui dixit a principio omnes substantias spirituales æquales creatas fuisse, inter quas etiam animas connumerat; diversitas autem quæ in hujusmodi substantiis invenitur, quod quædam est unita corpori, quædam non unita, et quædam altior, quædam vero inferior, provenit ex differentia meritorum. Ostensum est autem (c. 44, 93 et 94) hanc differentiam graduum naturalem esse, et quod anima non est ejusdem speciei cum substantiis separatis, nec ipsæ substantiæ separatæ ad invicem, nec etiam secundum ordinem naturæ æquales.

CHAPITRE XCVI.

Les substances séparées ne connaissent pas par les objets sensibles.

On peut prouver, par tout ce qui précède, que les substances séparées n'acquièrent pas la connaissance intellectuelle par le moyen des objets sensibles. En effet :

1° En vertu de leur nature, les objets sensibles doivent être saisis par les sens, de même que les êtres intelligibles le sont par l'intelligence. Donc, par cela même qu'une substance douée de la faculté de connaître connaît par les êtres sensibles, sa connaissance est sensitive; et par conséquent, elle a un corps naturellement uni avec elle, puisque la connaissance sensitive ne saurait se produire sans organe corporel. Or, les substances séparées n'ont point de corps qui leur soit naturellement uni [ch. 91]. Donc elles n'acquièrent pas la connaissance intellectuelle par le moyen des choses sensibles.

2° L'objet le plus excellent doit relever de la vertu [ou faculté] la plus noble. Or, la faculté intellectuelle inhérente à une substance séparée est au-dessus de la faculté intellectuelle de l'âme humaine, puisque, dans l'ordre des intelligences, celle de l'âme humaine occupe le dernier degré [ch. 78]. L'objet de l'intelligence humaine est l'image [ch. 60], et dans l'ordre des objets, cette image est supérieure aux choses sensibles, qui ont leur existence en dehors de l'âme, ainsi que le prouve l'ordre établi entre les vertus qui sont les principes de la

---

CAPUT XCVI.

Quod substantiæ separatæ non accipiunt cognitionem ex sensibilibus.

Ex præmissis ostendi potest quod substantiæ separatæ non accipiunt intellectivam cognitionem ex rebus sensibilibus.

1° Sensibilia enim, secundum suam naturam, nata sunt apprehendi per sensum, sicut intelligibilia per intellectum; omnis igitur substantia cognoscitiva, ex sensibilibus cognitionem accipiens, habet cognitionem sensitivam, et per consequens, habet corpus naturaliter unitum, quum cognitio sensitiva sine organo corporeo esse non possit. Substantiæ autem separatæ non habent corpora naturaliter sibi unita, ut superius (c. 91) est ostensum. Non igitur intellectivam cognitionem ex rebus sensibilibus sumunt.

2° Amplius, Altioris virtutis oportet esse altius objectum. Virtus autem intellectiva substantiæ separatæ est altior quam vis intellectiva animæ humanæ, quum intellectus animæ humanæ sit infimus in ordine intellectuum, ut ex præmissis (c. 78) habetur, intellectus autem humanæ animæ objectum est phantasma, ut supra (c. 60) dictum est, quod est superius in ordine objectorum quam res sensibilis extra animam existens, sicut ex ordine virtutum

connaissance. Donc une substance séparée ne peut avoir pour objet une chose existant en dehors de l'âme, en sorte qu'elle connaisse immédiatement par elle, ni l'image [qui la représente]. Donc l'objet propre de l'intelligence d'une substance séparée est plus élevé que l'image. Or, parmi les objets susceptibles d'être connus, il n'y en a point qui soit supérieur à l'image, si ce n'est l'être qui est intelligible en acte. Donc les substances séparées n'acquièrent pas la connaissance intellectuelle par les êtres sensibles, mais elles connaissent ceux mêmes qui sont intelligibles par eux-mêmes.

3° L'ordre des choses intelligibles est déterminé par l'ordre des intelligences. Or, dans l'ordre des choses intelligibles, celles qui le sont en elles-mêmes sont supérieures à celles qui ne deviennent intelligibles que parce que nous les rendons telles. Tous les intelligibles abstraits des objets sensibles doivent avoir ce caractère; car les êtres accessibles aux sens ne sont pas intelligibles en eux-mêmes, et ce sont là les intelligibles que notre intelligence connaît. Donc, puisque l'intelligence d'une substance séparée est supérieure à la nôtre, elle ne connaît pas les intelligibles abstraits des sens, mais ceux qui sont intelligibles en acte et par eux-mêmes.

4° Le mode de l'opération propre à chaque être correspond, suivant une certaine proportion, au mode d'existence et à la nature de la substance. Or, toute substance séparée est une intelligence existant par elle-même et non dans un corps. Donc son opération intellectuelle a pour terme des intelligibles indépendants des corps. Or, tous les intelligibles abstraits des objets sensibles sont, en quelque manière, attachés à des corps, de même que les intelligibles qui sont à notre portée reposent sur les images produites dans les organes corporels. Donc

---

cognitivarum apparet. Objectum igitur substantiæ separatæ non potest esse rex exsistens extra animam ut ab ea immediate accipiat cognitionem, neque phantasma; relinquitur igitur quod objectum intellectus substantiæ separatæ sit aliquid altius phantasmate. Nihil autem est altius phantasmate in ordine objectorum cognoscibilium, nisi id quod est intelligibile actu. Substantiæ igitur separatæ non accipiunt cognitionem intellectivam a sensibilibus, sed intelligunt ea quæ sunt per seipsa etiam intelligibilia.

3° Adhuc, Secundum ordinem intellectuum est ordo intelligibilium. Sed ea quæ sunt secundum seipsa intelligibilia sunt superiora, in ordine intelligibilium, his quæ non sunt intelligibilia nisi quia nos facimus ea intelligibilia; cjusmodi autem oportet esse omnia intelligibilia a sensibilibus accepta, nam sensibilia non sunt secundum se intelligibilia; hujusmodi autem intelligibilia sunt quæ intelligit intellectus noster. Intellectus igitur substantiæ separatæ, quum sit superior intellectu nostro, non intelligit intelligibilia a sensibilibus accepta, sed quæ sunt secundum se intelligibilia actu.

4° Amplius, Modus operationis propriæ alicujus rei proportionaliter respondet modo substantiæ et naturæ ipsius. Substantia autem separata est intellectus per se exsistens, non in corpore aliquo. Operatio igitur



les substances séparées ne tirent pas leur connaissance des choses sensibles.

5° De même que la matière première est au plus bas degré de l'échelle des choses sensibles, et, par cela même, n'est qu'en puissance relativement à toutes les formes qui affectent les sens, ainsi l'intellect possible, qui est le dernier des êtres intelligibles, est en puissance pour toutes les formes intelligibles [ch. 59]. Or, les êtres qui, dans l'ordre des choses sensibles, sont supérieurs à la matière première, possèdent actuellement leur forme propre, qui les place dans le genre de l'*être* sensible. Donc les substances séparées, qui sont, dans l'ordre intelligible, au-dessus de l'intellect possible de l'homme, sont actuellement à l'état d'êtres intelligibles; car l'intelligence qui arrive à connaître par les objets sensibles n'est pas comprise en acte, mais seulement en puissance, dans le genre de l'*être* intelligible. Donc aucune substance séparée ne tire sa connaissance des choses sensibles.

6° La perfection d'une nature supérieure ne peut dépendre d'une nature qui lui est inférieure. Or, les substances séparées étant des natures intelligentes, leur perfection consiste dans l'opération de connaître. Donc cette opération des substances séparées ne peut être subordonnée aux choses sensibles, de telle manière qu'elles en reçoivent la connaissance.

Il résulte de là qu'on ne peut pas distinguer dans les substances séparées un intellect actif et un intellect possible, si ce n'est par équivoque, parce que, s'il y a dans l'âme intelligente un intellect possible et un intellect actif, cela vient de ce qu'elle tire sa connaissance intel-

---

intellectualis ejus erit intelligibilium quæ non sunt fundata in aliquo corpore. Omnia autem intelligibilia a sensibilibus accepta, sunt in aliquibus corporibus aliqualiter fundata, sicut intelligibilia nostra in phantasmatibus, quæ sunt in organis corporeis. Substantiæ igitur separatæ non accipiunt cognitionem ex sensibilibus.

5° Adhuc, Sicut materia prima est infimum in ordine rerum sensibilium et per hoc est in potentia tantum ad omnes formas sensibiles, ita intellectus possibilis, infimus in ordine intelligibilium existens, est in potentia ad omnia intelligibilia, ut ex præmissis (c. 59) patet. Sed ea quæ sunt in ordine sensibilium supra materiam primam, habent in actu suam formam per quam constituuntur in esse sensibili. Substantiæ igitur separatæ, quæ sunt in ordine intelligibilium supra intellectum possibilem humanum, sunt actu in esse intelligibili; intellectus enim accipiens cognitionem a sensibilibus, non est actu in esse intelligibili, sed in potentia. Substantia igitur separata non accipit cognitionem a sensibilibus.

6° Adhuc, Perfectio naturæ superioris non dependet a natura inferiori. Perfectio autem substantiæ separatæ, quum sit intellectualis, est in intelligendo. Earum igitur intelligere non dependet a rebus sensibilibus sic quod ab eis cognitionem accipiant.

Patet autem ex hoc quod, in substantiis separatis, non est intellectus agens et possibilis, nisi forte æquivoce. Intellectus enim possibilis et agens in anima intellectiva inveniuntur, propter hoc quod accipit cogni

lectuelle des objets sensibles; car c'est l'intellect actif qui rend intelligibles toutes les espèces [ou formes] abstraites des choses sensibles, et l'intellect possible est en puissance pour connaître toutes ces formes. Donc, puisque les substances séparées n'arrivent pas à connaître par le moyen des êtres sensibles, elles n'ont point cette double faculté de l'intellect actif et de l'intellect possible. C'est pour cela qu'Aristote, en établissant l'existence de ces deux intellects, dit qu'ils doivent être dans l'âme (1).

Il est aussi évident que la distance des lieux ne saurait empêcher une âme séparée de connaître. La distance locale, en effet, n'existe que pour les sens et nullement pour l'intelligence, si ce n'est accidentellement, c'est-à-dire en tant que cette dernière saisit un objet par le moyen des sens; car les choses sensibles produisent une impression dans les sens à raison d'une distance déterminée, tandis que les êtres intelligibles, en ce qu'ils affectent l'intelligence, ne sont pas dans un lieu, puisqu'ils sont séparés de la matière corporelle. Donc, puisque les substances séparées ne tirent pas leur connaissance intellectuelle des choses sensibles, la distance locale n'influe en aucune manière sur cette connaissance.

Nous voyons clairement encore que le temps est étranger à l'opération intellectuelle de ces substances. De même, en effet, que les intelligibles actuels ne sont pas dans un lieu, de même aussi ils sont en

(1) Cum in omni natura sint quædam, quorum alterum quidem unicuique generi materies est; quod id esse patet, quod est potentia illa cuncta, alterum vero causa est et efficiens omnia, nimirum efficiendo atque agendo talem subiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam subit; necesse est et in anima differentias has easdem inesse. Atque quidam est intellectus talis, ut omnia fiat; quidam talis ut omnia agat atque efficiat, quiquidem ut habitus est quidam, et perinde ac lumen; nam et lumen colores qui sunt potentia, actu colores quodam modo facit (Arist. *De anima*, III, c. 5).

---

tionem intellectivam a sensibilibus; nam intellectus agens est qui facit species, a sensibilibus acceptas, esse intelligibiles; intellectus autem possibilis est in potentia ad omnes formas sensibilium cognoscendas. Quum igitur substantiæ separatæ non accipiant cognitionem a sensibilibus, non est in eis intellectus agens et possibilis. Unde et Aristoteles (de Anima III, c. 5), intellectum possibilem et agentem inducens, dicit eos in anima oportere poni.

Item manifestum est, in eisdem, quod localis distantia cognitionem animæ separatæ impedire non potest. Localis enim distantia per se comparatur ad sensum, non autem ad intellectum, nisi per accidens, in quantum a sensu accipit; nam sensibilia secundum determinatam distantiam movent sensum; intelligibilia autem actu, secundum quod movent intellectum, non sunt in loco, quum sint a materia corporali separata. Quum igitur substantiæ separatæ non accipiant intellectivam cognitionem a sensibilibus, in eorum cognitionem distantia localis nihil operatur.

Palam est etiam quod intellectuali operationi eorum non admiscetur tempus. Sicut enim intelligibilia actu sunt absque loco, ita etiam sunt absque tempore; nam tempus consequitur motum localem, unde non

dehors du temps; car le temps est une conséquence du mouvement local, et par là même, il ne peut mesurer que ce qui est en quelque manière dans un lieu. Voilà pourquoi l'opération intellectuelle des substances séparées est au-dessus du temps. Quant à notre opération intellectuelle, le temps l'accompagne, parce que nous tirons notre connaissance des images, qui sont en rapport avec un temps déterminé. C'est pour cela qu'en procédant par voie de synthèse et d'analyse, notre intelligence considère toujours le temps passé ou le futur; mais il n'en est pas ainsi lorsqu'elle conçoit la *quiddité* [ou l'essence] de la chose; car elle ne saisit cette quiddité qu'autant qu'elle sépare abstractivement les formes intelligibles des conditions qui rendent les objets sensibles. Lors donc qu'elle se livre à cette opération, elle perçoit l'être intelligible indépendamment du temps et de toute condition sensible, tandis que par la synthèse et l'analyse, elle applique aux êtres réels les formes intelligibles auparavant abstraites, et cette application est impossible si elle ne perçoit pas simultanément le temps (2).

(2) Il faut se rappeler ici ce qui a été précédemment observé, que les espèces intelligibles sont les formes essentielles des êtres. Les essences étant éternelles, et comme telles parfaitement simples et immuables, elles ne peuvent être circonscrites dans un lieu, ni renfermées dans la durée du temps. Le lieu, en effet, suppose une limite et des dimensions, et on ne le conçoit pas sans cela. Pour la même raison, il n'y a pas de temps ou de durée successive sans un mouvement ou changement quelconque, puisque le temps est la mesure du mouvement. Les êtres réels ou les individus peuvent donc seuls être dans un lieu et exister dans le temps; mais leurs formes ou essences, qui ne sont point substantielles et n'existent que dans l'intelligence, sont en dehors de tout lieu et de toute durée finie, tant qu'elles ne sont pas appliquées à telle substance, ou individualisées.

---

mensurat nisi ea quæ aliqualiter sunt in loco. Et ideo intelligere substantiæ separatæ est supra tempus. Operationi autem intellectuali nostræ adjacet tempus, ex eo quod a phantasmatibus cognitionem accipimus, quæ determinatum respiciunt tempus; et inde est quod, in compositione et divisione, semper noster intellectus adjungit tempus præteritum vel futurum, non autem intelligendo *quod quid est;* intelligit enim *quod quid est* abstrahendo intelligibilia a sensibilium conditionibus; unde, secundum illam operationem, neque sub tempore neque sub aliqua conditione sensibilium rerum intelligibile comprehendit; componit autem aut dividit applicando intelligibilia prius abstracta ad res, et in hac applicatione necesse est cointelligi tempus.

CHAPITRE XCVII.

La connaissance est toujours actuelle dans l'intelligence d'une substance séparée.

La conséquence qui ressort de ce que nous venons de dire, c'est que l'intelligence des substances séparées connaît toujours actuellement. En effet :

1° L'être qui est tantôt en acte et tantôt en puissance est soumis à la mesure du temps. Or, l'intelligence des substances séparées est au-dessus du temps [ch. 96]. Donc leur connaissance n'est pas successivement actuelle et non actuelle.

2° Toute substance vivante est douée, en vertu même de sa nature, d'une opération vitale actuelle, qui persévère toujours, quoique d'autres opérations soient quelquefois en elle à l'état de puissance; les animaux, par exemple, ne cessent pas de se nourrir, quoiqu'ils ne sentent pas constamment. Or, les substances séparées sont des substances vivantes, comme le prouvent les démonstrations précédentes, et elles n'ont pas d'autre opération vitale que l'acte de connaître. Donc leur nature exige qu'elles connaissent toujours actuellement.

3° Les philosophes enseignent que les substances séparées meuvent les corps célestes par leur intelligence (1). Or, le mouvement des corps

(1) Principium ac primum entium, tum per se, tum per accidens, immobile est; movens autem, primo, sempiterno et uno motu. Cum vero quod movetur necesse sit ab aliquo moveri, primumque movens immobile per se esse, ac motum æternum ab æterno

---

CAPUT XCVII.

Quod intellectus substantiæ separatæ semper actu intelligit.

Ex hoc autem apparet quod intellectus substantiæ separatæ est semper intelligens actu.

1° Quod enim est quandoque in actu quandoque in potentia mensuratur tempore. Intellectus autem substantiæ separatæ est supra tempus, ut probatum est (c. 96). Non est igitur quandoque intelligens actu et quandoque non.

2° Item, omnis substantia vivens habet aliquam operationem vitæ in actu ex sua natura, quæ inest ei semper, licet aliæ quandoque insint ei in potentia; sicut animalia semper nutriuntur, licet non semper sentiant. Substantiæ autem separatæ sunt substantiæ viventes, ut ex præmissis patet, nec habent aliam operationem vitæ nisi intelligere. Oportet igitur quod ex sua natura sint intelligentes actu semper.

3° Item, Substantiæ separatæ movent per intellectum corpora cœlestia, secundum philosophorum doctrinam (Metaph., XII, c. 8). Motus autem corporum cœlestium est semper continuus. Intelligere igitur

célestes n'est jamais interrompu. Donc l'opération des substances séparées est continuelle et perpétuelle. — La conclusion reste la même, si nous ne considérons pas ces substances comme les moteurs des corps célestes, auxquels elles sont supérieures. Si donc l'opération propre des corps célestes, qui consiste dans leurs révolutions, se continue sans cesse, à plus forte raison, l'opération propre des substances séparées, c'est-à-dire l'acte de connaître, ne devra pas avoir de terme.

4° Lorsque l'opération est intermittente, le sujet est mû essentiellement ou par accident; d'où il suit que la cause pour laquelle nous connaissons maintenant et nous perdons ensuite cette connaissance n'est autre qu'une altération survenue dans la partie sensible, ainsi qu'Aristote l'observe (2). Or, les substances séparées ne peuvent être mues ni essentiellement ni par accident, puisqu'elles ne sont ni des corps, ni des substances unies à des corps. Donc leur opération propre, qui est celle de connaître, se continue sans aucune interruption.

moveri, et unum ab uno, videmusque præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam, et immobilem movere, et cæteras etiam lationes, quæ errantium (astrorum) sunt, sempiternas esse (sempiternum namque et irrequiescibile, circulare corpus est); necesse est harum quoque lationum unamquamque a per se immobili et æterna substantia moveri. Nam et stellarum natura, perpetua quædam substantia existens, et quod movet, perpetuum, et prius est moto; et quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaque necesse esse tot substantias esse natura perpetuas et per se immobiles ac absque magnitudine, ob causam prius dictam (Arist. *Metaphys.* XII, c. 8).

(2) Cette proposition ne se trouve pas textuellement dans Aristote. Le Philosophe prouve seulement, dans le chapitre 6 du livre VIII° de sa *Physique*, que l'animal se meut de lui-même ou reste en repos alternativement, suivant que la partie qui remplit en lui l'office de moteur est mue ou ne l'est pas par un autre être. Saint Thomas raisonne ici *a pari*, parce que l'acte de connaître est l'opération propre et naturelle des substances intelligentes. Si cette opération est quelquefois interrompue, c'est parce que la substance elle-même n'est pas toujours mue ou impressionnée par son objet; ce qui dépend des conditions diverses dans lesquelles elle se trouve. Comme les substances séparées ne sont ni des corps ni des substances unies à des corps, elles ne peuvent être soumises à aucun mouvement; d'où le saint Docteur conclut que leur opération essentielle ne peut jamais être suspendue.

substantiarum separatarum est continuum et semper. — Hoc autem idem sequitur, etsi non ponantur moventes corpora cœlestia, quum sint altiores corporibus cœlestibus. Unde, si propria operatio corporis cœlestis, quæ est motus ipsius, est continua, multo magis propria operatio substantiarum separatarum, quæ est intelligere.

4° Amplius, Omne quod quandoque operatur et quandoque non operatur movetur per se vel per accidens; unde et hoc quod nos quandoque intelligimus, quandoque non, provenit ex alteratione quæ est circa partem sensibilem, ut dicitur in octavo Physicorum (c. 6). Sed substantiæ separatæ non moventur per se, quia non sunt corpora; neque moventur per accidens, quia non sunt unitæ corporibus. Igitur operatio propria, quæ est intelligere, est in eis continua et non intercisa.

CHAPITRE XCVIII.

Comment une substance séparée en connaît une autre.

les substances séparées connaissent les êtres essentiellement intelligibles [ch. 96], comme les êtres essentiellement intelligibles sont des substances séparées [car un être est intelligible en ce sens qu'il n'a rien de commun avec la matière [liv. I, ch. 47], nous en concluons que les substances séparées connaissent, comme étant leurs objets propres, des substances séparées. Chacune d'elles se connaît donc elle-même, et connaît aussi les autres. Elles ne se connaissent cependant pas elles-mêmes de la même manière que se connaît l'intellect possible; car cet intellect possible n'est qu'en puissance à l'état d'être intelligible, et cette puissance arrive à l'acte au moyen de l'espèce [ou forme] intelligible, de la même manière que la forme naturelle fait passer la matière première dans la condition de l'*être* sensible actuel. Or, la connaissance ne peut avoir pour objet ce qui n'existe qu'en puissance, mais ce qui est en acte; par conséquent, la forme est le principe de la connaissance de la chose à laquelle elle confère l'actualité, et, pour la même raison, il faut une espèce [intelligible] quelconque pour produire une connaissance actuelle dans la faculté de connaître. Donc notre intellect possible ne se connaît lui-même que par une espèce intelligible, qui le met actuellement dans la condition de l'*être* intelligible. C'est ce qui fait dire à Aristote que cet intellect est intelligible comme tous les autres objets, c'est-à-dire par les *espèces*

CAPUT XCVIII.

Quomodo una substantia separata intelligit aliam.

Si autem substantiæ separatæ intelligunt ea quæ sunt per se intelligibilia, ut (c. 96) est ostensum, per se autem intelligibilia sunt substantiæ separatæ (immunitas enim a materia facit aliquid esse per se intelligibile, ut ex superioribus (l. I, c. 47) patet), sequitur quod substantiæ separatæ intelligant, sicut propria objecta, substantias separatas. Unaquæque igitur et seipsam et alias cognoscet. Seipsam quidem unaquæque earum aliter cognoscit quam intellectus possibilis seipsum. Intellectus enim possibilis est ut potentia exsistens in esse intelligibili, fit autem actu per speciem intelligibilem, sicut materia prima fit actu in esse sensibili per formam naturalem. Nihil autem cognoscitur secundum quod est potentia tantum, sed secundum quod est actu; unde et forma est principium cognitionis rei, quæ per eam fit actu; similiter autem potentia cognoscitiva fit actu cognoscens per speciem aliquam [intelligibilem]. Intellectus igitur possibilis noster non cognoscit seipsum nisi per speciem intelligibilem, qua fit actu in esse intelligibili. Et propter hoc

abstraites des images, qui sont les formes propres des choses (1). Les substances séparées ont, en vertu même de leur nature, une existence actuelle dans le genre de l'*être* intelligible; et, pour cette raison, elles se connaissent chacune par sa propre essence, et non par l'espèce [ou forme] d'un autre être. Parce que nulle connaissance ne se produit qu'autant que la ressemblance de l'objet connu est dans le sujet qui connaît, et qu'une substance séparée ressemble à une autre, à raison de la nature commune qui constitue le genre, tandis qu'elles sont d'espèces différentes [ch. 93], la conséquence qui paraît en résulter, c'est que la connaissance qu'elles ont les unes des autres ne consiste pas dans la notion de l'espèce propre à chacune, mais seulement dans la notion du genre qui les renferme toutes.

Quelques auteurs prétendent que les substances séparées sont causes efficientes les unes pour les autres. Or, toute cause efficiente doit avoir en elle la ressemblance de son effet, et tout effet doit également porter la ressemblance de sa cause, puisque l'agent, quel qu'il soit, produit un être semblable à lui. La substance séparée la plus élevée renferme donc la ressemblance de la substance inférieure, de la même manière que celle de l'effet est dans la cause; et la substance inférieure ressemble à la plus élevée, comme l'effet ressemble à sa cause. Lorsque les causes n'ont pas une dénomination commune avec leurs effets (2), la res-

(1) Est intelligibilis et ipse (intellectus qui est potentia, seu possibilis) ut intelligibilia cuncta; nam in hisce quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia et id quod ita sub scientiam cadit... In iis autem quæ materiam habent, unumquodque intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus; nam intellectus talium potentia sine materia est; ipse autem intelligibilis rationem subibit. — Animæ autem quæ principium est ratiocinandi, ipsa phantasmata perinde atque sensibilia sensui ipsi subjiciuntur... Quapropter ipsa anima sine phantasmate nunquam intelligit... Intellectivum igitur ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit (Arist. *De anima*, III, c. 4 et 7).

(2) Le terme *univocus* désigne un attribut ou une dénomination commune, que l'on accorde purement et simplement à plusieurs êtres, dans le même sens et sans res-

---

dicit Aristoteles (de Anima, III, c. 4) quod est cognoscibilis sicut et alia, scilicet per species a phantasmatibus acceptas sicut per formas proprias. Substantiæ autem separatæ sunt secundum suam naturam ut actu exsistentes in esse intelligibili; unde unaquæque earum seipsam per suam essentiam cognoscit, non per aliquam speciem alterius rei. Quum autem omnis cognitio sit secundum quod in cognoscente est similitudo cogniti, una autem substantiarum separatarum sit similis alteri secundum communem naturam generis, differant autem ab invicem secundum speciem, ut ex præmissis (c. 93) apparet, videtur sequi quod una earum aliam non cognoscat quantum ad propriam rationem speciei, sed solum quantum ad communem generis rationem.

Dicunt ergo quidam quod una substantiarum separatarum est causa effectiva alterius. In qualibet autem causa effectiva oportet esse similitudinem sui effectus, et similiter in quolibet effectu oportet esse similitudinem suæ causæ, eo quod unum-



semblance de l'effet est suréminente dans la cause, et celle de la cause se trouve affaiblie dans l'effet. Les substances séparées qui dominent les autres doivent être causes, en ce sens, pour les substances inférieures, puisqu'elles ne sont pas toutes renfermées dans la même espèce, mais distribuées suivant des degrés divers. Une substance séparée d'un degré inférieur a donc, des substances plus élevées, une connaissance proportionnée au mode d'existence de la substance qui connaît, et non à la manière d'être de la substance connue; et cette connaissance est défectueuse, tandis que les substances supérieures connaissent celles qui sont au-dessous d'elles beaucoup plus parfaitement. C'est pour cela que nous lisons dans le livre *Des Causes* que l'intelligence connaît ce qui est au-dessous et ce qui est au-dessus d'elle, d'après le mode de sa substance, parce que l'une est la cause de l'autre (3).

Mais : 1° Puisqu'il est démontré que les substances intellectuelles séparées ne se composent pas d'une matière et d'une forme [ch. 50], elles ne peuvent sortir de leurs causes que par voie de création. Or, la puissance de créer appartient exclusivement à Dieu [ch. 21]. Il est donc impossible que les substances séparées soient causes les unes des autres.

2° Nous avons prouvé [ch. 15] que les parties principales de l'uni-

triction. La dénomination d'*homme*, par exemple, convient également au père et à son fils, quoique l'un soit la cause de l'autre. Il n'en est pas de même du mot *être* appliqué à Dieu, cause universelle, et à l'homme, qui est l'un de ses effets, parce qu'ils ne sont pas dans les mêmes conditions d'existence.

(3) Ce livre *Des causes*, dont on ne connaît d'une manière certaine ni l'auteur, ni le titre même, fut longtemps attribué à Aristote. Saint Thomas, dans son traité qui porte le même nom, le considère comme un extrait du philosophe Proclus, qui vivait au v° siècle de notre ère.

---

quodque agens agit sibi simile. Sic igitur in superiori substantiarum separatarum est similitudo inferioris sicut in causa est similitudo effectus, in inferiori autem similitudo superioris est sicut in effectu est similitudo suæ causæ. In causis autem non univocis, similitudo effectus est in causa eminentius; causæ autem similitudo in effectu, inferiori modo. Tales autem causas oportet esse substantias separatas superiores respectu inferiorum, quum non sint unius speciei, sed in diversis gradibus constitutæ. Cognoscit igitur substantia separata inferior superiorem, secundum modum substantiæ cognoscentis, non secundum modum substantiæ cognitæ, sed inferiori modo; superior autem inferiorem, eminentiori modo. Et hoc est quod in libro de Causis dicitur quod intelligentia scit quod est sub se et quod est supra se, per modum suæ substantiæ, quia alia est causa alterius.

Sed, 1° Quum superius (c. 50) sit ostensum quod substantiæ separatæ intellectuales non sunt compositæ ex materia et forma, non possunt causari nisi per modum creationis. Creare autem solius Dei est, ut supra (c. 21) ostensum est. Non poterit igitur una substantiarum separatarum esse alterius causa.

2° Præterea, Ostensum est (c. 15) quod principales partes universi omnes sunt a Deo immediate creatæ; non est igitur una

vers ont toutes été créées immédiatement par Dieu. Donc elles ne procèdent pas l'une de l'autre. Or, chaque substance séparée doit être mise au nombre des parties principales de l'univers, bien plutôt encore que le soleil et la lune, puisque chacune d'elles a son espèce propre qui l'emporte sur toutes les espèces d'êtres corporels. Donc elles ne sont pas causes l'une de l'autre, mais elles viennent toutes de Dieu immédiatement.

Il ressort donc de là que chaque substance séparée connaît Dieu, d'une connaissance naturelle proportionnée à la qualité de sa substance, qui la rend semblable à Dieu comme à sa cause. Pour Dieu, il les connaît toutes, par la raison qu'il est leur cause propre et qu'il renferme en lui leur ressemblance. Mais ce n'est pas ainsi que ces substances se connaissent entre elles; car l'une n'est pas la cause de l'autre.

Il faut donc observer qu'aucune des substances séparées n'étant, par son essence, un principe assez complet pour connaître tous les autres êtres, il s'ajoute nécessairement à la substance de chacune quelques ressemblances intelligibles, qui leur donnent la connaissance de la nature propre aux autres êtres.

Or, voici comment on peut le démontrer.

L'objet propre de l'intelligence est l'être [*esse*] intelligible qui comprend [dans son universalité] toutes les différences et toutes les espèces possibles de l'être [à quelque degré qu'il soit]; car tout ce qui peut exister peut aussi être connu. Or, puisque toute connaissance est une sorte d'assimilation, l'intelligence est incapable de connaître complétement son objet, si elle n'a pas en elle la ressemblance de l'être universel et de toutes ses différences. Il n'y a pas d'autre ressemblance de

---

earum ab alia. Unaquæque autem substantiarum separatarum est de principalibus partibus universi multo amplius quam sol vel luna, quum unaquæque earum habeat propriam speciem et nobiliorem quam quævis species corporalium rerum. Non igitur una earum causatur ab alia, sed omnes immediate a Deo.

Sic igitur, secundum prædicta, quælibet substantiarum separatarum cognoscit Deum naturali cognitione secundum modum suæ substantiæ, per quam similes sunt Deo sicut causæ; Deus autem cognoscit eas sicut propria causa, earum omnium in se similitudinem habens. Non autem hoc modo una substantiarum separatarum poterit cognoscere aliam, quum una non sit causa alterius.

Considerandum est igitur quod, quum nulla hujusmodi substantiarum secundum suam essentiam sit sufficiens principium cognitionis omnium aliarum rerum, unicuique earum supra propriam substantiam oportet superaddere quasdam intelligibiles similitudines, per quas quælibet earum alia in propria natura cognoscere possit.

Hoc autem sic manifestum esse potest.

Est enim proprium objectum intellectus ens intelligibile, quodquidem comprehendit omnes differentias et species entis possibiles; quidquid enim esse potest intelligi potest. Quum autem omnis cognitio fiat per modum similitudinis, non potest totaliter

l'être universel qu'une nature infinie, qui n'est point limitée à une espèce ou à un genre particulier de l'être, mais qui est, au contraire, le principe commun et la puissance productive de l'être tout entier; et nous avons prouvé [liv. I, ch. 25 et 43] que la nature divine a seule ce caractère. Toutes les autres natures étant circonscrites dans un genre et une espèce déterminés de l'être, il n'en est aucune qui comporte la ressemblance de l'être universel. Dieu seul connaît donc par son essence tous les êtres. Les substances séparées, quel que soit leur degré, ne connaissent parfaitement, en vertu de leur nature, que leur espèce propre, et l'intellect possible ne connaît rien par lui-même, mais par l'intermédiaire d'une espèce intelligible, ainsi que nous l'avons déjà remarqué.

Par là même qu'une substance est dans l'ordre intellectuel, elle a la faculté de comprendre l'être dans son entier. C'est pourquoi, comme les substances séparées ne comprennent pas actuellement l'être tout entier par leur nature, considérées dans leur substance, elles sont en quelque sorte en puissance relativement aux ressemblances intelligibles par lesquelles se connaît la totalité de l'être, et ces ressemblances seront l'acte de ces substances, en tant qu'elles sont intelligentes. Ces ressemblances ne sauraient se multiplier, puisque nous avons fait voir que la ressemblance parfaite de l'être universel est nécessairement infinie. Si donc la nature d'une substance séparée n'est pas infinie, mais bornée, la ressemblance intelligible qui est en elle ne pourra pas non plus être infinie, mais elle sera limitée à une espèce ou à un genre particulier de l'être; d'où il suit que plusieurs de ces ressemblances lui sont nécessaires pour arriver

---

suum objectum intellectus cognoscere, nisi habeat in se similitudinem totius entis et omnium differentiarum ejus; talis autem similitudo totius entis esse non potest nisi natura infinita, quæ non determinatur ad aliquam speciem vel genus entis, sed est universale principium et virtus activa totius entis, qualis est sola natura divina, ut ostensum est (l. I, c. 25 et 43); omnis autem alia natura, quum sit terminata ad aliquod genus et speciem entis, non potest esse universalis similitudo totius entis. Relinquitur igitur quod solus Deus per suam essentiam omnia cognoscat; quælibet autem substantiarum separatarum per suam naturam cognoscit perfecta cognitione suam speciem tantum; intellectus autem possibilis nequaquam, sed per speciem intelligibilem, sicut supra dictum est.

Ex hoc autem quod substantia aliqua est intellectualis, comprehensiva est totius entis; unde, quum substantia separata per suam naturam non fiat actu comprehendens totum ens, ipsa, in sua substantia considerata, est quasi potentia ad similitudines intelligibiles quibus totum ens cognoscitur, et illæ similitudines erunt actus ejus, in quantum est intellectualis. Non autem est possibile quin istæ similitudines sint plures, quia jam ostensum est quod totius entis universalis perfecta similitudo esse non potest nisi infinita. Sicut autem natura substantiæ separatæ non est infinita, sed terminata, ita similitudo intelligibilis in ea

à comprendre l'être dans sa totalité. Plus une substance séparée est élevée et plus la ressemblance est grande entre sa nature et la nature divine; par conséquent, elle est moins restreinte, en ce sens qu'elle se rapproche davantage de l'être universel qui renferme toute perfection et toute bonté, et qu'en raison de cette proximité elle participe d'une manière plus générale à la bonté et à l'être [absolu]. Voilà ce qui fait que les ressemblances intelligibles, dans une substance supérieure, sont moins nombreuses et plus universelles. Saint Denys exprime ce sentiment quand il nous dit que la science des Anges les plus élevés est plus étendue (4); et nous lisons aussi, dans le livre *Des causes*, que les intelligences supérieures ont des formes plus universelles. Cette universalité est à son plus haut degré en Dieu, qui connaît tout par une seule chose, qui est son essence; elle est au dernier degré dans l'intelligence humaine, puisqu'il lui faut, pour connaître chacun des être intelligibles, une espèce intelligible particulière égale à l'objet.

La perfection de la connaissance acquise par les substances supérieures n'est donc point, comme pour nous, en raison inverse de l'universalité des formes. Par exemple, la ressemblance de l'animal, qui nous révèle seulement le genre, nous donne une notion moins parfaite que la ressemblance de l'homme; car cette dernière nous découvre l'espèce complète; et connaître une chose seulement comme

(4) Sanctorum Cherubim ordo sapientiæ scientiæque altioris est particeps; naturarum autem illis subditarum distributiones sapientiæ quidem et ipsæ cognitionisque compotes existunt, verumtamen duntaxat partialis pro captu suo et inferioris ordinis. Atque universim quidem sapientiæ cognitionisque participem existere, commune est omnibus deiformibus intelligentiis; verum continenter et immediate, primove vel secundo inferiorique gradu, non est jam commune, sed prout cuilibet pro cujusque captu fuerit distributum (*De cæl. hierarch.* c. 12).

---

exsistens non potest esse infinita, sed terminata ad aliquam speciem vel genus entis. Unde ad comprehensionem totius entis requiruntur plures hujusmodi similitudines. Quanto autem aliqua substantia separata est superior, tanto ejus natura est divinæ naturæ similior; et ideo est minus contracta, utpote propinquius accedens ad ens universale, perfectum et bonum, et propter hoc universaliorem boni et entis participationem habens; et ideo similitudines intelligibiles in substantia superiori exsistentes, sunt minus multiplicatæ et magis universales. Et hoc est quod Dionysius (de cœl. Hier., c. 12) dicit quod Angeli superiores habent scientiam magis universalem; et in libro de Causis dicitur quod intelligentiæ superiores habent formas magis universales. Summum autem hujusmodi universalitatis est in Deo, qui per unum, scilicet per essentiam suam, omnia cognoscit; infimum autem in intellectu humano, qui ad unumquodque intelligibile indiget specie intelligibili propria et ei coæquata.

Non est igitur per formas universaliores apud substantias superiores imperfecta cognitio, sicut apud nos; per similitudinem enim animalis, per quam cognoscimus aliquid in genere tantum, imperfectiorem cognitionem habemus quam per similitudinem

contenue dans son genre c'est la connaître imparfaitement et, pour ainsi dire, en puissance, tandis qu'elle est connue parfaitement et actuellement lorsqu'on en connaît l'espèce. Notre intelligence, qui est inférieure à toutes les substances intellectuelles, a besoin de ces ressemblances particulières, afin d'avoir en elle la propre ressemblance de l'objet déterminé qu'elle peut connaître; et nous voyons par là que la ressemblance de l'animal [pris en général] ne suffit pas pour lui donner la notion de l'être raisonnable, ni par conséquent celle de l'homme, à moins qu'on ne l'envisage que sous un certain rapport (5). La ressemblance de l'être intelligible a, dans les substances séparées, une vertu plus étendue, et elle suffit seule à représenter plusieurs objets. La connaissance qu'elle produit n'est donc pas moins complète, mais au contraire plus parfaite, puisque cette ressemblance est virtuellement universelle dans le même sens que la forme de l'agent, lorsque la cause est universelle; car plus la forme est universelle elle-même, plus aussi ses effets sont nombreux, et elle les produit avec plus d'efficacité. Au moyen d'une ressemblance unique, les substances séparées connaissent donc l'animal [comme genre] et toutes ses différences; ou bien encore leur connaissance est plus étendue ou plus restreinte, suivant le degré de chacune. Nous pouvons, comme on l'a vu plus haut, appuyer cette doctrine sur des exemples pris dans les deux extrémités de l'ordre intellectuel, c'est-à-dire dans l'intelligence divine et dans l'intelligence humaine. Dieu connaît tous les êtres par une seule chose, qui est son essence; mais il faut à l'homme plusieurs ressemblances [ou images] pour connaître plusieurs objets. Nous

(5) C'est-à-dire seulement comme étant dans le genre *animal*, sans tenir compte de la qualité d'être *raisonnable*, qui est sa différence spécifique et en complète la notion.

---

hominis, per quam cognoscimus speciem completam; cognoscere enim aliquid secundum genus tantum est cognoscere imperfecte et quasi in potentia, cognoscere autem in specie est cognoscere perfecte et in actu. Intellectus autem noster, quia infimum gradum tenet in substantiis intellectualibus, adeo particulatas similitudines requirit quod unicuique cognoscibili proprio oportet respondere propriam similitudinem in ipso; unde per similitudinem animalis non cognoscit rationale, et per consequens nec hominem, nisi secundum quid. Similitudo autem intelligibilis quæ est in substantia separata est universalioris virtutis, ad plura repræsentanda sufficiens, et ideo non facit imperfectiorem cognitionem, sed perfectiorem; est enim universalis virtute ad modum formæ agentis in causa universali, quæ quanto fuerit universalior, tanto ad plura se extendit et efficacius producit. Per similitudinem igitur unam cognoscit et animal et differentias animalis, aut etiam universaliori modo et contractiori, secundum ordinem substantiarum prædictarum. Exempla igitur hujus, ut dictum est, in duobus extremis accipere possumus, scilicet in intellectu divino et humano. Deus enim per unum, quod est sua essentia, cognoscit omnia; homo autem ad diversa cognoscenda

voyons même qu'à mesure que son intelligence s'élève le nombre des images diminue et celui des objets connus augmente. C'est ce qui met dans la nécessité d'apporter à ceux qui ont peu de vivacité dans l'esprit des exemples particuliers, pour leur faire comprendre les choses.

De ce que les substances séparées, considérées dans leur nature, sont en puissance pour les ressemblances qui donnent la notion de l'être complet, il n'en faudrait pas conclure qu'elles n'ont en elles aucune de ces ressemblances; car, selon la remarque d'Aristote, cette disposition est celle de l'intellect possible avant que se produise l'acte de connaître (6). On n'en doit pas inférer davantage qu'elles en ont quelques-unes en acte et les autres seulement en puissance, de même que, parmi les corps inférieurs, la matière première reçoit actuellement telle forme et peut recevoir les autres formes; ou bien encore, comme notre intellect possible qui, la science une fois acquise, est en acte relativement à certains êtres intelligibles et en puissance pour les autres. En effet, puisque les substances séparées ne sont sujettes à aucun mouvement essentiel ou accidentel [ch. 97], elles ont nécessairement en acte tout ce qui entre dans leur puissance; et, si le contraire avait lieu, elles passeraient de la puissance à l'acte, et par conséquent, elles seraient mues essentiellement ou accidentellement. Donc la puissance et l'acte sont pour elles, par rapport à l'*être* intelligible, ce que sont dans les corps célestes la puissance et l'acte, par

(6) Intellectus (possibilis) potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum, antea quam in ipsa scribatur; hoc enim in ipso fit atque accidit intellectu (Arist. *De anima*, III, c. 4).

---

diversas similitudines requirit; quin etiam quanto altioris fuerit intellectus, tanto ex paucioribus plura cognoscere potest; unde his qui sunt tardi intellectus oportet exempla particularia adducere ad cognitionem de rebus sumendam.

Quum autem substantia separata, in sua natura considerata, sit in potentia ad similitudines quibus totum ens cognoscatur, non est æstimandum quod sit denudata ab omnibus hujusmodi similitudinibus; hæc enim est dispositio intellectus possibilis antequam intelligat, ut dicitur (de Anima, III, c. 4). Neque est etiam æstimandum quod aliquas earum habeat in actu, et alias in potentia tantum; sicut materia prima in corporibus inferioribus habet unam formam in actu, et alias in potentia; et sic intellectus possibilis noster, quum jam sumus scientes, est actu secundum aliqua intelligibilia, secundum alia vero in potentia. Quum enim illæ substantiæ separatæ non moveantur neque per se neque per accidens, ut ostensum est (c. 97), omne quod est in eis in potentia oportet esse in actu; alias exirent de potentia in actum, et sic moverentur per se vel per accidens. Est igitur in eis potentia et actus quantum ad esse intelligibile, sicut in corporibus cœlestibus quantum ad esse naturale. Materia enim corporis cœlestis ita perficitur per suam formam quod non remanet in potentia ad alias formas; et similiter intellectus substantiæ separatæ totaliter perficitur per for-

rapport à l'*être* naturel. La matière des corps célestes, en effet, se perfectionne par sa forme, de telle sorte qu'elle n'est plus en puissance pour d'autres formes. De même, pour ce qui regarde sa connaissance naturelle, l'intelligence d'une substance séparée reçoit des formes intelligibles toute la perfection dont elle est capable. Notre intellect possible, au contraire, est proportionné aux corps corruptibles avec lesquels il s'unit comme étant leur forme; car il est en possession de certaines formes intelligibles, de telle manière qu'il reste en puissance pour les autres. C'est pour cette raison qu'il est dit dans le livre *Des causes* que l'intelligence est remplie de formes, parce que toute la puissance de son intellect se trouve complétée par des formes intelligibles; et ainsi, au moyen de ces espèces intelligibles, une substance séparée peut en connaître une autre.

On croira peut-être que les substances séparées étant intelligibles par leurs essences, elles ne peuvent se connaître l'une l'autre au moyen de quelques espèces intelligibles, mais seulement par l'essence même de la substance connue; car si l'on connaît une substance par une espèce intelligible, cela ne paraît avoir lieu que pour les substances matérielles, qui ne sont pas actuellement intelligibles par leurs essences, et ne sauraient, par conséquent, être connues indépendamment des formes abstraites. Le Philosophe semble partager cette opinion, lorsqu'il dit qu'il n'y a aucune différence, pour les substances séparées de la matière, entre l'intelligence, l'opération de connaître et la chose connue (7).

(7) An in quibusdam scientia est ipsa res? In effectivis quidem absque materia, substantia et ipsum quid erat esse; in speculativis vero, ratio, res et intellectio. Cum igitur

mas intelligibiles, quantum ad cognitionem naturalem; intellectus autem possibilis noster proportionaliter se habet corporibus corruptibilibus quibus unitur ut forma; sic enim fit actu habens quasdam formas intelligibiles quod remanet in potentia ad alias. Et propter hoc dicitur, in libro de Causis, quod intelligentia est plena formis, quia scilicet tota potentialitas intellectus ejus completa est per formas intelligibiles; et sic, per hujusmodi intelligibiles species, una substantia separata aliam intelligere potest.

Forte autem alicui videri potest quod, quum substantia separata per essentiam sit intelligibilis, non oportet ponere quod per aliquas species intelligibiles una ab alia intelligatur, sed per essentiam ipsius substantiæ intellectæ. Hoc enim quod substantia aliqua per speciem intelligibilem cognoscatur, videtur accidere substantiis materialibus ex hoc quod non sunt per suam essentiam intelligibiles actu; unde oportet quod per intentiones abstractas intelligantur. Huic etiam videtur consonare dictum Philosophi dicentis (Metaphys., XII, c. 9) quod, in substantiis separatis a materia, non differt intellectus, intelligere et quod intelligitur.

Hoc autem, si concedatur, habet dubitationes non paucas.

Primo quidem, quia intellectus in actu

Si nous accordions ce point, il en résulterait de nombreuses difficultés :

1° Parce que, selon la doctrine d'Aristote, l'intelligence en acte est la chose actuellement connue (8). Et nous ne voyons pas comment une substance séparée est une même chose avec une autre substance, tandis qu'elle la connaît.

2° Tout être qui agit ou opère réalise son opération au moyen de sa forme, et l'opération correspond à la forme, de même que l'échauffement à la chaleur; et c'est pour cette raison que nous voyons l'objet dont l'image modifie la vue. Or, il nous paraît impossible qu'une substance séparée devienne la forme d'une autre, puisqu'elles ont chacune un *être* distinct. Donc elles ne peuvent se connaître réciproquement par leurs essences.

3° L'objet connu perfectionne le sujet qui connaît; et il répugne qu'une substance séparée d'un degré inférieur puisse perfectionner une substance plus élevée. Il faudrait dire encore que les substances supérieures ne connaissent nullement les substances inférieures, s'il était vrai que chacune d'elles fût connue par sa propre essence et non par une autre espèce [intelligible].

4° Considéré par rapport au moyen par lequel il est connu, l'objet

non sit diversum ab eo quod intelligitur et intellectus, quæcumque non habent materiam idem erunt, ac intellectio una ejus quod intelligitur (Arist. *Metaphys.* XII, c. 9).

(8) Intellectus potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum, antea quam in ipsa scribatur; hoc enim in ipso fit atque accidit intellectu. Est etiam intelligibilis et ipse, ut intelligibilia cuncta. Nam in hisce quidem, quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia et id quod sub scientiam cadit. In iis autem quæ materiam habent, unumquodque intelligibilium potentia est... Scientia ea quæ est actu, est idem quod res; ea vero quæ est potentia, in uno prior est tempore; simpliciter autem neque tempore; sunt enim universa quæ fiunt, ex eo quod actu est... Rursus dicamus animam ipsam ea universa quodam modo esse quæ sunt; nam ea quæ sunt, aut intelligibilia sunt, aut sensibilia. Atque scientia quidem est res eæ quodam modo quæ sub ipsam scientiam cadunt; sensus autem, ipsæ sensibiles (Arist. *De anima*, III, c. 4, 7 et 8).

---

est intellectum in actu, secundum doctrinam Aristotelis (de Anima, III, c. 4, 7 et 8). Difficile est autem videre quomodo una substantia separata sit unum alteri, dum intelligit ipsam.

2° Adhuc, Omne agens vel operans operatur per suam formam, cui operatio respondet sicut calefactio calori; unde et illud videmus cujus specie visus informatur. Non videtur autem esse possibile quod una substantia separata sit forma alterius, quum habeat unaquæque esse separatum ab alia. Impossibile igitur videtur quod una videatur ab altera per essentiam suam.

3° Amplius, Intellectum est perfectio intelligentis; non potest autem inferior substantia separata esse perfectio superioris. Sequeretur etiam quod superior inferiorem non intelligeret, si per essentiam suam unaquæque intelligeretur et non per speciem aliam.

4° Item, Intelligibile est intra intellectum, quantum ad id quo intelligitur. Nulla autem substantia illabitur menti nisi solus

intelligible est dans l'intelligence. Or, nulle substance ne pénètre dans l'esprit, excepté Dieu, qui est dans tous les êtres par son essence, sa présence et sa puissance. Donc une substance séparée ne peut être connue par sa propre essence d'une autre qui n'aurait pas en elle sa ressemblance.

Il doit en être ainsi, d'après l'opinion d'Aristote, qui enseigne que l'opération de connaître consiste en ce que l'objet actuellement connu devient une même chose avec l'intelligence en acte (9). C'est pourquoi, bien que les substances séparées soient essentiellement et actuellement intelligibles, elles ne sont cependant connues en elles-mêmes que par l'intelligence avec laquelle elles deviennent une même chose. Ainsi donc, toute substance séparée se connaît elle-même par sa propre essence, et alors il n'y a pas de distinction entre l'intelligence, l'objet connu et l'acte de connaître. Dans le système de Platon, au contraire, cet acte de connaître est le résultat d'une sorte de contact entre l'intelligence et la chose intelligible; d'où il suit qu'une substance séparée peut en connaître une autre par son essence, tandis que ce contact spirituel existe entre elles. Or, une substance plus élevée touche une substance inférieure, en ce sens qu'elle la renferme et la contient virtuellement; et la substance inférieure touche la plus élevée, comme recevant d'elle sa perfection.

Saint Denys exprime la même idée en disant que les substances intelligibles d'un ordre supérieur sont comme l'aliment des autres (10).

(9) Voyez la note précédente.

(10) Intellectiles ac intelligentes substantiæ et virtutes... mansionem a bonitate habent; quin et earum firmitas hinc et stabilitas et conservatio, bonorumque pabulum pendet; et dum illam appetunt, tam ut sint quam ut bene sint, obtinent necnon illi, quantum fas est, conformantur, atque boni speciem præ se ferunt, et juxta legis dictamen, inferiores suos donorum ex summo bono permanantium participes reddunt (S. Dionys. *De div. nom.*, c. 4).

Deus, qui est in omnibus per essentiam, præsentiam et potentiam. Impossibile igitur videtur quod substantia separata per essentiam suam intelligatur ab alia, et non per similitudinem ejus in ipsa.

Et hoc quidem oportet verum esse, secundum sententiam Aristotelis qui ponit (de Anima, III, c. 4, 7 et 8) quod intelligere contingit per hoc quod intellectum in actu fit unum cum intellectu in actu; unde substantia separata, quamvis sit per se intelligibilis actu, non tamen secundum se intelligitur nisi ab intellectu cui est unum. Sic autem substantia separata seipsam intelligit per essentiam suam; et secundum hoc est idem intellectus et intellectum et intelligere. Secundum autem positionem Platonis, intelligere fit per contactum intellectus ad rem intelligibilem. Sic igitur una substantia separata potest aliam per ejus essentiam intelligere, dum eam spiritualiter contingit : superior quidem inferiorem, quasi eam sua virtute concludens et continens; inferior vero superiorem, quasi eam capiens ut sui perfectionem.

Unde et Dionysius dicit (de Divin. Nomin., c. 4) quod superiores substantiæ intelligibiles sunt quasi cibus inferiorum.

CHAPITRE XCIX.

Les substances séparées connaissent les êtres matériels.

Au moyen des formes intelligibles dont nous venons de parler, chaque substance séparée connaît, non-seulement les autres substances séparées, mais encore les espèces des êtres corporels. En effet :

1° Comme leur intelligence est aussi parfaite que le comporte sa nature, puisqu'elle est tout entière en acte, elle doit comprendre dans son universalité son objet, qui est l'être intelligible. Or, les espèces des choses corporelles appartiennent au genre de l'être intelligible. Donc elles sont connues des substances séparées.

2° Puisqu'on distingue les espèces des choses aussi bien que les espèces des nombres [ch. 95], l'espèce supérieure doit contenir en quelque manière ce qui compose l'espèce inférieure, de même que le nombre plus grand renferme le plus petit. Donc, par là même que les substances séparées sont au-dessus des substances corporelles, les êtres qui font partie des substances corporelles, à raison de leur condition matérielle, doivent se trouver en qualité d'intelligibles dans les substances séparées ; car ce qui est dans un sujet y est conformément au mode d'existence de ce sujet.

3° Si les substances séparées sont les moteurs des corps célestes, ainsi que le croient les philosophes (1), tout ce qui résulte du mouve-

(1) Voyez la note 1 du ch. 97, p. 294.

CAPUT XCIX.

Quod substantiæ separatæ materialia cognoscunt.

Per prædictas igitur formas intelligibiles, substantia separata non solum cognoscit alias substantias separatas, sed etiam species rerum corporalium.

1° Quum enim intellectus earum sit perfectus naturali perfectione, utpote totus in actu exsistens, oportet quod suum objectum, scilicet ens intelligibile, universaliter comprehendat. Sub ente autem intelligibili comprehenduntur etiam species rerum corporalium. Eas igitur substantia separata cognoscit.

2° Adhuc, Quum species rerum distinguantur sicut species numerorum, ut supra (c. 95) habitum est, oportet quod in specie superiori contineatur aliqualiter quod est in inferiori, sicut major numerus continet minorem. Quum igitur substantiæ separatæ sint supra substantias corporales, oportet quod ea quæ sunt in substantiis corporalibus per modum materialem sint in substantiis separatis per modum intelligibilem ; quod enim est in aliquo est in eo per modum ejus in quo est.

3° Item, Si substantiæ separatæ movent

ment des corps célestes ne peut leur être attribué que comme à des instruments, puisque ces moteurs sont mus eux-mêmes, et ces effets remontent aux substances séparées qui meuvent comme agents principaux. Or, l'action de ces substances et le mouvement qu'elle imprime ont leur intelligence pour principe. Donc elles sont les causes des effets réalisés par le mouvement des corps célestes, dans le même sens que l'ouvrier agissant au moyen de ses instruments. Donc les substances séparées ont en elles-mêmes, comme intelligibles, les formes des êtres produits par voie de génération et qui sont sujets à la destruction; ce qui fait dire à Boèce que « les formes inhérentes à la matière viennent des formes qui sont sans matière » (2) [*De la Trinité*, liv. 1, ch. 3]. Donc les substances séparées ne connaissent pas seulement les substances séparées, mais encore les espèces des choses matérielles; car si elles connaissent les espèces des êtres produits par voie de génération et sujets à la destruction, comme étant celles de leurs effets propres, à plus forte raison devront-elles connaître aussi les espèces des corps célestes, qui sont leurs propres instruments. Et parce que l'intelligence des substances séparées est en acte, c'est-à-dire qu'elle renferme réellement toutes les ressemblances pour lesquelles elle est en puissance, car la compréhension dont elle est capable s'étend à toutes les espèces et à toutes les différences de l'être, les substances séparées, quel que soit leur degré, doivent nécessairement connaître toutes les choses qui sont dans la nature et leur ordre complet.

(2) C'est-à-dire que les formes inhérentes à la matière sont la réalisation, dans l'individu, des formes universelles qui, en leur qualité d'intelligibles, sont dans ces intelligences à l'état d'abstraction.

---

corpora cœlestia, ut philosophi ponunt (Metaphys., XII, c. 8), quidquid provenit ex motu corporum cœlestium attribuitur ipsis corporibus sicut instrumentis, eo quod movent mota, substantiis autem separatis moventibus sicut principalibus agentibus. Agunt autem et movent per intellectum. Sunt igitur causantes ea quæ fiunt per motum corporum cœlestium, sicut artifex operatur per sua instrumenta. Formæ igitur eorum quæ generantur et corrumpuntur sunt intelligibiliter in substantiis separatis; unde et Boetius (de Trinit., l. I, c. 3) dicit quod « ex formis quæ sunt sine materia venerunt formæ quæ sunt in materia. » Cognoscunt igitur substantiæ separatæ, non solum substantias separatas, sed etiam species rerum materialium; nam, si cognoscunt species generabilium et corruptibilium corporum tanquam propriorum effectuum, multo magis species corporum cœlestium quasi propriorum instrumentorum. Quia vero intellectus substantiæ separatæ est in actu, habens omnes similitudines ad quas est in potentia (habet autem virtutem comprehendendi omnes species et differentias entis), necesse est quod substantia separata quælibet cognoscat omnes res naturales et totum ordinem earum.

Quum autem intellectus in actu perfectio sit intellectum in actu, potest alicui videri

On nous objectera peut-être que l'objet actuellement connu perfectionnant l'intelligence en acte, une substance séparée ne peut avoir la connaissance de choses matérielles; car il répugne que la matière confère quelque perfection à une substance séparée.

Mais en examinant bien cette question, on voit que l'objet connu perfectionne le sujet qui connaît, seulement par sa ressemblance qui est dans l'intelligence de ce dernier : par exemple, la pierre même qui existe en dehors de l'âme n'ajoute rien à la perfection de notre intellect possible. La ressemblance [ou le type] de l'être matériel est dans l'intelligence de la substance séparée, sans aucune matière, conformément au mode d'existence, non de la substance matérielle, mais de la substance séparée. Il n'y a donc pas de contradiction à dire que cette ressemblance perfectionne l'intelligence d'une substance séparée en devenant sa propre forme.

CHAPITRE C.

Les substances séparées connaissent le singulier.

Parce que les ressemblances, telles qu'elles existent dans l'intelligence des substances séparées, sont plus universelles que dans notre intelligence et douées d'une vertu plus grande pour faire connaître les choses mêmes, ces substances connaissent, au moyen des ressemblances des choses matérielles, les êtres composés de matière, non-

---

quod substantia separata non intelligat res materiales; inconveniens enim videtur quod res materialis sit perfectio substantiæ separatæ.

Sed, si recte consideretur, res intellecta est perfectio intelligentis, secundum suam similitudinem quam habet in intellectu; non enim lapis, qui est extra animam, est perfectio intellectus possibilis nostri. Similitudo autem rei materialis in intellectu substantiæ separatæ est immaterialiter, secundum modum substantiæ separatæ, non secundum modum substantiæ materialis. Unde non est inconveniens si hæc similitudo dicatur esse perfectio intellectus substantiæ separatæ sicut propria forma ejus.

CAPUT C.

Quod substantiæ separatæ cognoscunt singularia.

Quia vero similitudines rerum, in intellectu substantiæ separatæ, sunt universaliores quam in intellectu nostro et efficaciores ad hoc quod per eas aliquid cognoscatur, per similitudines rerum materialium

seulement par la notion qu'elles possèdent du genre ou de l'espèce, à la manière de notre intelligence, mais encore en tant qu'ils sont des individus. En effet :

1° Comme les espèces [intelligibles] des choses sont nécessairement immatérielles dans l'intelligence, elles ne pourront pas, parce qu'elles existent dans notre intelligence, devenir pour nous le principe de la connaissance des singuliers qui s'individualisent par la matière ; et la raison de ceci, c'est que ces espèces ont dans notre intelligence une vertu tellement limitée, que l'une d'elles ne peut nous révéler qu'une seule chose. C'est pourquoi, de même que la ressemblance de la nature générique ne peut nous faire connaître à la fois le genre et la différence, pour nous faire acquérir par cette dernière la notion de l'espèce, de même aussi la ressemblance de la nature propre à l'espèce est incapable de nous amener à connaître simultanément les principes qui déterminent l'espèce et l'individu et qui sont inhérents à la matière, de telle sorte que par là nous arrivions à connaître l'individu comme quelque chose de singulier. Quant à la ressemblance qui est dans l'intelligence d'une substance séparée, sa vertu n'est pas limitée ; elle est unique et immatérielle, et elle peut, par conséquent, donner la connaissance des principes matériels qui constituent l'espèce et l'individu ; ce qui permettra à cette substance séparée de connaître par son intelligence non-seulement la matière du genre et de l'espèce, mais encore celle dont se compose l'individu, sans que, pour cela, la forme au moyen de laquelle elle connaît soit matérielle, ou bien que les formes se multiplient indéfiniment, en nombre égal à celui des individus.

2° Ce qu'une vertu [ou puissance active] inférieure peut faire, une

---

substantiæ separatæ non solum cognoscunt res materiales secundum rationem generis vel speciei, sicut intellectus noster, sed etiam secundum individua.

1° Quum enim species rerum in intellectu exsistentes oporteat esse immateriales, non poterunt, secundum quod sunt in intellectu nostro, esse principium cognoscendi singularia, quæ per materiam individuantur, eo quod species intellectus nostri in tantum sunt contractæ virtutis quod una ducit solum in cognitionem unius ; unde, sicut similitudo naturæ generis non potest ducere in cognitionem generis et differentiæ, ut per eam species cognoscatur, ita similitudo naturæ speciei non potest ducere in cognitionem principiorum speciei et individuantium, quæ sunt principia materialia, ut per eam individuum in sua singularitate cognoscatur. Similitudo vero intellectus substantiæ separatæ, quum sit universalis virtutis, una et immaterialis exsistens, potest ducere in cognitionem principiorum speciei et individuantium, quæ sunt principia materialia ; ita quod per eam substantia separata non solum materiam generis et speciei, sed etiam individui cognoscere possit per suum intellectum. Nec sequitur quod forma per quam cognoscit sit materialis, vel quod sint infinitæ secundum numerum individuorum.

2° Adhuc, Quod potest inferior virtus

vertu supérieure le fera aussi, mais d'une manière plus excellente. C'est pourquoi, lorsque la vertu inférieure réalise son opération au moyen de plusieurs choses, la vertu supérieure réalise la sienne au moyen d'une seule; car plus une vertu est élevée et plus elle se simplifie et se rapproche de l'unité, tandis que la vertu inférieure, au contraire, se divise et se multiplie; aussi voyons-nous que la seule faculté du sens universel perçoit tous les objets sensibles des divers genres qui relèvent des cinq sens extérieurs (1). Or, dans l'ordre de la nature, l'âme humaine est au-dessous des substances séparées, et sa faculté de connaître l'universel et l'individuel s'exerce avec le concours de deux principes, qui sont les sens et l'intelligence. Donc les substances séparées, qui sont plus nobles, connaissent l'un et l'autre d'une manière plus relevée et par le seul principe de l'intelligence.

3° Les formes intelligibles des choses arrivent à notre intelligence et à celle des substances séparées, en suivant un ordre opposé. Elles pénètrent dans notre intelligence par voie d'analyse, c'est-à-dire en tant qu'elles sont abstraites des conditions dans lesquelles sont placés la matière et l'individu, ce qui fait que nous ne pouvons connaître par elles les singuliers, tandis qu'elles entrent dans l'intelligence des substances séparées, pour ainsi dire, par voie de synthèse; car cette dernière intelligence reçoit en elle les espèces intelligibles, parce qu'elle est assimilée à la première espèce intelligible renfermée dans l'intelligence divine, et qui n'est pas une abstraction, mais le principe productif [ou créateur] des êtres. Or, cette production a pour résultat, non-seulement la forme, mais encore la matière, principe de l'indi-

(1) Voyez la note 5 du ch. 74, p. 143.

potest et superior, sed eminentius; unde virtus inferior operatur per multa, ubi virtus superior per unum tantum operatur; virtus enim quanto est superior, tanto magis colligitur et unitur; e contrario vero virtus inferior dividitur et multiplicatur, unde videmus quod diversa genera sensibilium, quæ quinque sensus exteriores percipiunt, una vis sensus communis apprehendit. Anima autem humana est inferior ordine naturæ quam substantia separata; ipsa autem cognoscitiva est universalium et singularium per duo principia, scilicet per sensum et intellectum. Substantia igitur separata, quæ est altior, cognoscit utrumque altiori modo per unum principium, scilicet intellectum.

3° Item, Species rerum intelligibiles contrario ordine perveniunt ad intellectum nostrum et intellectum substantiæ separatæ; ad intellectum enim nostrum perveniunt per viam resolutionis, scilicet per abstractionem a conditionibus materialibus et individuantibus; unde per eas singularia a nobis cognosci non possunt; ad intellectum autem substantiæ separatæ perveniunt species intelligibiles quasi per viam compositionis; habet enim species intelligibiles ex assimilatione sui ad primam intelligibilem speciem intellectus divini, quæquidem non est a rebus abstracta, sed rerum factiva. Est autem factiva non solum formæ, sed materiæ, quæ est individuationis principium. Species igitur intellectus substantiæ

vidualité. Donc les espèces intelligibles qui sont dans l'intelligence d'une substance séparée représentent la chose tout entière, c'est-à-dire, non les seuls principes qui déterminent l'espèce, mais encore ceux qui constituent l'individu. Donc on ne doit pas refuser aux substances séparées la connaissance du singulier, quoique notre intelligence ne puisse l'acquérir.

4° S'il est vrai, comme le croient les philosophes, que les moteurs des corps célestes sont des substances séparées (2), puisqu'elles meuvent par leur intelligence, chacune d'elles doit connaître son mobile, qui est un être particulier; car les universaux sont immobiles. Les positions [relatives] qui changent par suite du mouvement sont également des choses singulières, et la substance qui meut au moyen de son intelligence ne peut les ignorer. Il faut donc admettre que les substances séparées connaissent les individus dans l'ordre matériel.

CHAPITRE CI.

Les substances séparées connaissent-elles naturellement tous les êtres ensemble?

Parce que l'intelligence en acte s'identifie avec l'objet actuellement

(2) Cum quod movetur necesse sit ab aliquo moveri, primumque movens immobile per se esse, ac motum æternum ab æterno moveri, et unum ab uno, videmusque præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam, et immobilem movere,

---

separatæ totam rem respiciunt, et non solum principia speciei, sed etiam principia individuantia. Non est igitur singularium cognitio subtrahenda substantiis separatis, licet intellectus noster singularia cognoscere non possit.

4° Præterea, Si corpora cœlestia moventur a substantiis separatis, secundum philosophorum positionem (Metaphys., XII, c. 8), quum substantiæ separatæ agant et moveant per intellectum, oportet quod cognoscant mobile quod movent, quod est quoddam particulare; nam universalia immobilia sunt. Situs etiam, qui renovantur per motum, sunt quædam singularia quæ non possunt ignorari a substantia movente per intellectum. Oportet igitur dicere quod substantiæ separatæ singularia cognoscant istarum materialium rerum.

CAPUT CI.

Utrum substantiæ separatæ naturali cognitione cognoscant omnia simul.

Quia vero intellectus in actu est intellectum in actu, sicut sensus in actu est



connu (1), de même que le sens en acte devient l'objet actuellement senti, et que la même chose ne saurait être simultanément plusieurs choses, il paraît impossible que l'intelligence des substances séparées ait en elle, comme on vient de le dire [ch. 100], plusieurs formes d'êtres intelligibles.

Mais il ne faut pas oublier que toutes les choses dont les espèces intelligibles sont en acte dans l'intelligence ne sont pas pour cela actuellement connues. En effet, chaque substance intelligente étant aussi douée de volonté, elle est, par là même, maîtresse de son acte, et il dépend d'elle, lorsqu'elle possède une espèce intelligible, d'en faire usage actuellement, ou bien, si elle en a plusieurs, de se servir de l'une d'elles. C'est pour cette raison que notre attention n'est pas toujours fixée sur toutes les choses qui font partie de notre science. Les substances intellectuelles connaissant au moyen de plusieurs espèces intelligibles, leur volonté fait un choix, et ainsi elles ont la connaissance actuelle de tout ce qu'elles peuvent connaître par une seule de ces espèces; car toutes ces choses sont comme un objet intelligible unique, puisqu'on les connaît par une seule, de même que notre intelligence connaît, comme étant une même chose, plusieurs choses qui entrent dans la composition d'un être ou se rattachent ensemble par quelque rapport. Ces substances n'ont pas la connaissance actuelle des choses qu'elles ne peuvent connaître qu'au moyen de plusieurs

et cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse; sempiternum namque et irrequiescibile, circulare corpus est; necesse est harum quoque lationum unamquamque a per se immobili et æterna substantia moveri. Nam et stellarum natura perpetua, quædam substantia existens; et quod movet perpetuum et prius est moto; et quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaque necesse esse tot substantias esse natura perpetuas, et per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam prius dictam (Arist. *Metaphys.* XII, c. 8).

(1) In hisce quidem quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia et id quod sub scientiam cadit (Arist. *De anima*, III, c. 5).

---

sensibile in actu (idem autem non potest simul esse multa in actu), impossibile videtur quod intellectus substantiæ separatæ habeat species intelligibilium diversas, sicut jam supra dictum est (c. 100).

Sed sciendum est quod non omne illud est intellectum in actu cujus species intelligibilis actu est in intellectu; quum enim substantia intelligens sit etiam volens, ac per hoc sit domina sui actus, in potestate ipsius est, postquam habet speciem intelligibilem, ut ea utatur intelligendo actu; vel, si habet plures, ut utatur una ipsarum. Unde et ea quorum scientiam habemus, non omnia actu consideramus. Substantia igitur intellectualis, per plures species cognoscens, utitur una quam vult, ac per hoc simul actu cognoscit omnia quæ per unam speciem cognoscit; omnia enim sunt ut unum intelligibile, in quantum sunt per unum cognita, sicut et intellectus noster simul cognoscit multa ad invicem composita vel relata ut unum quoddam. Ea vero quæ per diversas

espèces [intelligibles], et par conséquent, de même que l'intelligence est une, de même aussi la chose actuellement connue est unique. Donc il y a, en quelque sorte, dans l'intelligence d'une substance séparée, des connaissances successives. Cependant cette succession ne constitue pas un mouvement [ou changement] proprement dit, parce que l'acte ne succède pas à la puissance, mais un acte à un autre acte.

Il en est autrement de l'intelligence divine; car Dieu, qui connaît tout par sa seule essence, et dont l'action et l'essence sont identiques, voit simultanément tous les êtres. C'est pourquoi il n'y a pas de succession dans son intelligence, mais son acte de connaître est complet, d'une perfection actuelle, et il persévère dans les siècles des siècles. *Amen!*

---

species cognoscit non cognoscit simul; et ideo, sicut est intellectus unus, ita est intellectum in actu unum. Est igitur in intellectu substantiæ separatæ quædam intelligentiarum successio; non tamen motus proprie loquendo, quum non succedat actus potentiæ, sed actus actui.

Intellectus autem divinus, quia per unum, quod est sua essentia, omnia cognoscit, et sua actio est sua essentia, omnia simul intelligit; unde in intelligentia ejus non cadit aliqua successio, sed suum intelligere est totum simul perfectum, permanens per omnia secula seculorum. Amen.

VÉRITÉ DE LA FOI CATHOLIQUE

CONTRE LES GENTILS.

LIVRE III.

AVANT-PROPOS.

CHAPITRE PREMIER.

Dieu est le souverain Seigneur; il est le grand Roi qui règne sur tous les dieux. Le Seigneur ne rejettera point son peuple; car tous les confins de la terre sont en sa main, et ses regards s'étendent sur les hauteurs des montagnes; car la mer est à lui : c'est son ouvrage, et ses mains ont formé la terre [Ps. xciv, 3, 4 et 5] (1).

Nous avons prouvé [liv. i, ch. 13] qu'il y a un premier être unique, qui possède l'existence dans toute sa perfection, et nous l'appelons

(1) Le commencement de ce psaume, tel qu'on le lit ici et qu'on le récite à l'office de Matines, est un peu différent du texte de la Vulgate. Ces paroles : *Quia non repellet Dominus plebem suam,* paraissent avoir été empruntées au psaume xciii, v. 14, et ajoutées à celui-ci. On les trouve dans un manuscrit très ancien, d'où elles ont passé dans le Bréviaire, au sentiment de Bellarmin. Elles sont également dans les Septante de l'édi

---

DE VERITATE CATHOLICÆ FIDEI

CONTRA GENTILES.

LIBER TERTIUS.

PROŒMIUM.

CAPUT I.

Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos. Quoniam non repellet Dominus plebem suam; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et siccam manus ejus formaverunt (Psalm. xciv, 3, 4 et 5).

Unum esse primum entium, totius esse perfectionem plenam possidens, quod Deum dicimus, ostensum est superius (l. i, c. 13),

Dieu. C'est en communiquant [dans une certaine mesure] sa perfection sans limites qu'il donne à tout l'existence; en sorte qu'il se révèle à nous, non-seulement comme le premier des êtres, mais encore comme la source première d'où découle l'*être* de tout ce qui existe. S'il donne l'existence à tout ce qui n'est pas lui, ce n'est pas en vertu d'une nécessité naturelle, mais par une libre détermination de sa volonté, ainsi que nous l'avons démontré [liv. II, ch. 23]. D'où il suit qu'il est le maître de ses créatures; car nous exerçons notre domaine sur les choses qui sont soumises à notre volonté. Ce domaine de Dieu sur ses œuvres est parfait, puisque pour les produire il n'a besoin, ni du secours d'un agent extérieur, ni d'une matière qui lui serve de fondement [liv. II, ch. 16]; car il est la cause efficiente qui donne à tout un *être* complet.

Chacune des choses qui résultent de la volonté d'un agent est coordonnée en vue d'une fin déterminée par cet agent; car la volonté n'a d'autre objet que le bien et la fin; c'est pourquoi tout ce qui procède de sa volonté est nécessairement disposé pour une fin. Or, tous les êtres arrivent à leur fin dernière par leur action, et cette action doit être réglée par celui de qui ils ont reçu les principes qui les font agir. Il est donc absolument nécessaire que Dieu, qui est naturellement parfait en lui-même et qui, par sa puissance, donne l'*être* à tout ce

tion du Vatican. Saint Jérôme et saint Augustin ne les ont point rejetées dans leurs commentaires. — Au lieu de ces mots : *Et altitudines montium ipse conspicit*, on lit dans la Vulgate : *Et altitudines montium ipsius sunt*. Le P. Berthier observe que cette seconde traduction est plus conforme à l'hébreu et au grec, dont le sens lui paraît plus beau; « car, dit-il, il y a plus de grandeur à être le *maître des montagnes* qu'à les *voir* simplement. » Bellarmin interprète la première version en ce sens que Dieu est au-dessus de tout, puisqu'il domine les plus hautes montagnes et qu'il voit à leur sommet des choses inaccessibles à l'œil de l'homme. — On a laissé subsister ces différences dans le Bréviaire, parce que la réformation qui en fut faite par S. Pie V précéda l'édition de la Vulgate donnée par Clément VIII.

---

quod ex sui perfectionis abundantia omnibus exsistentibus esse largitur; ut non solum primum entium, sed et primum principium omnium esse comprobetur. Esse autem aliis tribuit non necessitate naturæ, sed secundum suæ arbitrium voluntatis, ut ex superioribus est manifestum (l. II, c. 23); unde consequens est, ut factorum suorum sit dominus; nam super ea quæ nostræ voluntati subduntur, dominamur. Hoc autem dominium super res a se productas perfectum habet, utpote quia ad eas producendas non exterioris agentis adminiculo indiget, nec materiæ fundamento (l. II, c. 16), quum sit totius esse universalis effector.

Eorum autem quæ per voluntatem producuntur agentis, unumquodque ab agente in finem aliquem ordinatur; bonum enim et finis est objectum proprium voluntatis; unde necesse est, ut quæ ex voluntate procedunt, ad finem aliquem ordinentur. Finem autem ultimum unaquæque res per suam consequitur actionem, quam oportet dirigi ab eo qui principia rebus dedit, per quæ agunt. Necesse est igitur ut Deus, qui est in se naturaliter perfectus, et om-

qui existe, régisse toute chose sans être dirigé par aucune; et rien ne peut se soustraire à son gouvernement, de même qu'il n'est rien qui n'ait reçu de lui l'existence. Donc il est aussi parfait dans son gouvernement que dans son *être* et dans son action comme cause.

Les résultats de ce gouvernement sont visibles dans les diverses créatures; mais ils sont variés en raison de la différence des natures. — Il en est que Dieu a mises, en les produisant, dans une condition telle que, par l'intelligence dont elles sont douées, elle portent sa ressemblance et reproduisent son image. C'est pour cela qu'elles ne sont pas seulement dirigées, mais qu'elles tendent aussi d'elles-mêmes à atteindre, au moyen de leurs propres opérations, la fin qui leur est assignée. Si, en se dirigeant elles-mêmes, elles restent soumises au gouvernement divin, Dieu leur permet d'arriver à leur fin dernière, et il les rejette, au contraire, lorsqu'elles prennent une fausse direction. — D'autres êtres ne recherchent pas eux-mêmes leur fin, mais ils se laissent conduire. Quelques-uns d'entre eux sont incorruptibles, et comme leur *être* naturel ne peut leur faire défaut en rien, jamais ils ne s'écartent, dans les actions qui leur sont propres, de l'ordre établi en vue de leur fin, mais ils exécutent constamment la volonté du suprême ordonnateur : tels sont les corps célestes, dont les révolutions s'accomplissent avec une invariable uniformité. Quant aux êtres sujets à la corruption, leur *être* naturel peut leur faire défaut, mais cette défectuosité est compensée par l'avantage que d'autres en retirent; car la destruction de l'un donne lieu à la naissance de l'autre. Ils peuvent également s'écarter de l'ordre naturel dans leurs actions propres; mais cette irrégularité se trouve réparée par le

---

nibus entibus ex sua potestate esse largitur, omnium entium rector exsistat, a nullo utique directus; nec est aliquid quod ab ejus regimine excusetur, sicut nec est aliquid quod ab ipso esse non sortiatur. Est igitur sicut perfectus in essendo, et causando, ita etiam et in regendo perfectus.

Hujus vero regiminis effectus in diversis apparet diversimode secundum differentiam naturarum. — Quædam namque sic a Deo producta sunt, ut intellectum habentia, ejus similitudinem gerant, et imaginem repræsentent; unde et ipsa non solum sunt directa, sed et seipsa dirigentia secundum proprias actiones in debitum finem. Quæ si in sua directione regimini divino subdantur, ad ultimum finem consequendum ex divino regimine admittuntur; repelluntur autem si secus in sua directione processerint. — Alia vero intellectu carentia, seipsa in suum finem non dirigunt, sed ab alio diriguntur. Quorum quædam incorruptibilia exsistentia, sicut in esse naturali pati non possunt defectum, ita in propriis actionibus ab ordine in finem eis præstitutum nequaquam exorbitant, sed indeficienter regimini primi regentis subduntur : sicut sunt corpora cœlestia, quorum motus semper uniformiter procedunt. Alia vero corruptibilia exsistentia naturalis esse pati possunt defectum, qui tamen per alterius profectum completur; nam uno corrupto aliud generatur : et similiter in actionibus propriis a naturali ordine defi-

bien qui en résulte. Il est donc évident que ceux-là mêmes qui semblent sortir de l'ordre fixé par le premier législateur ne peuvent cependant se soustraire à son empire; car tous les corps corruptibles ayant été créés par Dieu, il a sur eux un pouvoir absolu.

Pénétré de cette pensée et rempli de l'Esprit-Saint, le Psalmiste, voulant nous montrer ce que c'est que le gouvernement divin, nous décrit d'abord la perfection du premier maître : dans sa nature, en lui donnant le nom de *Dieu;* dans sa puissance, en l'appelant le *Seigneur souverain;* dans son autorité, en disant qu'il est le *grand roi qui règne sur tous les dieux* (2); car quoique plusieurs aient le droit de commander, ils relèvent tous de son gouvernement. — Le Psalmiste nous apprend ensuite de quelle manière s'exerce le gouvernement divin : 1° sur les intelligences, qui, en suivant la direction donnée par Dieu, atteignent par lui leur fin dernière, qui n'est autre que lui-même; c'est ce qu'exprime cette parole : *Le Seigneur ne rejettera point son peuple;* 2° sur les êtres sujets à la corruption, qui, tout en s'éloignant quelquefois du mode d'action qui leur est propre, ne sont cependant pas affranchis de l'autorité du maître suprême; car *tous les confins de la terre sont en sa main;* 3° enfin, sur les corps célestes, qui sont beaucoup au-dessus de la terre ou des corps corruptibles, et restent toujours dans l'ordre établi par une disposition divine; c'est pourquoi il ajoute : *Et ses regards s'étendent sur les hauteurs des montagnes.*— Il nous expose, en troisième lieu, la raison pour laquelle le gouvernement

(2) Par ces *dieux*, il faut entendre, non-seulement les faux dieux ou les démons dont il est dit : *Omnes dii gentium dæmonia* (Ps. xcv, 5), mais encore les rois et les juges de la terre, auxquels Dieu adresse cette parole : *Ego dixi : dii estis et filii Excelsi omnes* (Ps. LXXXI, 6).

---

ciunt; qui tamen defectus per aliquod bonum inde proveniens compensatur. Ex quo apparet, quod nec illa quæ ab ordine primi regiminis exorbitare videntur, potestatem primi regentis evadunt; nam et hæc corruptibilia corpora sicut ab ipso Deo condita sunt, ita potestati ejus perfecte subduntur.

Hoc igitur divino repletus Spiritu Psalmista considerans, ut nobis divinum regimen demonstraret, primo describit nobis primi regentis perfectionem : naturæ quidem in hoc quod dicit *Deus;* potestatis, in hoc quod dicit : *magnus Dominus*, quasi nullo indigens ad suæ potestatis effectum producendum; auctoritatis, in hoc quod dicit: *Rex magnus super omnes deos;* quia etsi sint multi regentes, ejus tamen regimini omnes subduntur. — Secundo autem nobis describit regiminis modum. Et quidem quantum ad intellectualia, quæ ejus regimen sequentia, ab ipso consequuntur ultimum finem, qui est ipse ; et ideo dicit : *quia non repellet Dominus plebem suam.* Quantum vero ad corruptibilia, quæ etiam si exorbitent interdum a propriis actionibus, a potestate tamen primi regentis non excluduntur; unde dicit : *quia in manu ejus sunt omnes fines terræ.* Quantum vero ad cœlestia corpora, quæ omnem altitudinem terræ excedunt, id est corruptibilium corporum, et semper rectum ordinem divini regiminis servant; unde dicit : *et altitudines montium ipse conspicit.* — Tertio vero ipsius universalis regiminis

universel appartient à Dieu : c'est que les êtres créés par Dieu doivent nécessairement être régis par lui ; et il rend sa pensée en disant : *Car la mer est à lui ; c'est son ouvrage, et ses mains ont formé la terre.*

Puisque, dans le premier livre, nous avons traité de la perfection de la nature divine, et, dans le second, de la perfection de la puissance de Dieu considéré comme cause productrice et maître de toutes choses, nous allons, dans ce troisième livre, nous occuper de son autorité parfaite, c'est-à-dire de sa dignité, en l'envisageant comme la fin et le régulateur de toutes choses.

Nous adopterons donc l'ordre suivant. Nous nous occuperons d'abord de Dieu, en tant qu'il est la fin de tous les êtres [ch. 2-63] ; ensuite, de son gouvernement appliqué à la création en général [ch. 64-110] ; en troisième lieu, de ce même gouvernement appliqué spécialement aux créatures intelligentes [ch. 111-163].

CHAPITRE II.

Tout agent agit pour une fin.

Nous devons commencer par démontrer que tout agent fait son action en vue d'une certaine fin. En effet :

1° Lorsque l'action est certainement faite pour une fin, nous consi-

---

rationem assignat, quia necesse est ut ea quæ a Deo sunt condita, ab ipso etiam regantur ; et hoc est quod dicit, *quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud ; et siccam manus ejus formaverunt.*

Quia ergo in primo libro de perfectione divinæ naturæ prosecuti sumus ; in secundo autem de perfectione potestatis ipsius, secundum quod est omnium rerum productor et dominus, restat igitur in hoc tertio libro prosequi de perfecta auctoritate, sive dignitate ipsius, secundum quod est omnium rerum finis et rector.

Erit ergo hoc ordine procedendum : ut primo agatur de ipso, secundum quod est rerum omnium finis (c. 2-63) ; secundo de regimine universali ipsius, secundum quod unam creaturam gubernat (c. 64-110) ; tertio de speciali ipsius regimine, prout gubernat creaturas intellectum habentes (c. 111-163).

CAPUT II.

Quod omne agens agit propter finem.

Ostendendum est igitur primo, quod omnes agens, in agendo intendit aliquem finem.

1° In his enim quæ manifeste propter finem agunt, hoc dicimus esse finem, in quod tendit impetus agentis ; hoc enim adipiscens dicitur adipisci finem ; deficiens

dérons comme cette fin l'objet pour lequel l'agent déploie son activité ; car, s'il arrive à le posséder, nous disons qu'il a atteint sa fin, et qu'il l'a manquée, au contraire, si l'objet lui échappe : le médecin qui agit pour rétablir la santé, et l'homme qui dirige sa course vers un but déterminé, peuvent nous servir d'exemples. Il n'importe pas, pour la question présente, que l'être qui tend vers une fin soit doué de connaissance ou non ; car le même but est une fin pour l'archer et pour la flèche qu'il lance. Or, tout mouvement de l'agent a un objet déterminé ; car telle action ne procède pas indifféremment d'une vertu quelconque, mais le calorique produit l'échauffement, et le froid le refroidissement (1). C'est pourquoi les actions se spécifient d'après leurs principes. Quant à l'action, elle se termine quelquefois à un *fait* : ainsi l'action de construire et celle de guérir ont pour terme, la première une maison, et la seconde la santé. Elle peut aussi se terminer sans *fait*, comme cela a lieu pour l'action de connaître et pour celle de sentir. Si le terme de l'action est un *fait*, c'est l'action qui dirige vers ce *fait* l'activité de l'agent ; et si elle ne se termine pas à un *fait*, cette activité n'a pas d'autre but que l'action. Donc tout agent agit nécessairement en vue d'une fin, et cette fin est tantôt l'action elle-même, tantôt un *fait* produit au moyen de l'action.

2° Nous considérons comme une fin toute chose au-delà de laquelle l'agent ne recherche plus rien ; et il en est ainsi pour tous les agents qui agissent en vue d'une fin : par exemple, l'action du médecin

(1) Le froid n'étant pas un être réel, mais simplement l'absence du calorique, on ne peut le considérer comme un agent, d'après cet axiôme souvent rappelé par saint Thomas, que nul être n'agit qu'autant qu'il est en acte, c'est-à-dire qu'il a une existence actuelle. Comme il ne s'agit ici que d'un exemple destiné à faire comprendre le principe, il importe peu qu'il s'accorde parfaitement avec les données de la physique.

---

autem dicitur deficere a fine intento : sicut patet in medico agente ad sanitatem, et homine currente ad certum terminum. Nec differt quantum ad hoc, utrum quod tendit in finem, sit cognoscens, vel non ; sicut enim signum est finis sagittantis, ita est finis motus sagittæ. Omnis autem agentis impetus ad aliquid certum tendit ; non enim ex quacunque virtute quævis actio procedit, sed a calore quidem calefactio, a frigore autem infrigidatio ; unde et actiones secundum diversitatem activorum specie differunt. Actio vero quandoque quidem terminatur ad aliquod factum, sicut ædificatio ad domum, et sanatio ad sanitatem ; quandoque autem non, sicut intelligere et sentire. Et si quidem actio terminatur ad aliquod factum, impetus agentis per actionem tendit in illud factum ; si autem non terminatur ad aliquod factum, impetus agentis tendit in ipsam actionem. Oportet igitur, quod omne agens in agendo intendat finem ; quandoque quidem actionem ipsam, quandoque aliquid per actionem factum.

2° Adhuc, In omnibus agentibus propter finem, hoc esse ultimum finem dicimus, ultra quod agens non quærit aliquid : sicut actio medici est usque ad sanitatem, ea vero consecuta, non conatur ad aliquid

persévère jusqu'au rétablissement de la santé, et ce résultat une fois obtenu, il ne fait aucune tentative ultérieure. Or, l'action de l'agent, quel qu'il soit, aboutit nécessairement à quelque chose qui met un terme à ses efforts : autrement les actions se prolongeraient jusqu'à l'infini ; ce qui est impossible, parce que l'infini n'étant nullement transitoire, l'agent n'entrerait jamais en action ; car aucun être ne se porte vers une chose qu'il ne saurait atteindre. Donc tout agent agit pour une fin.

3° Si les actions de l'agent se continuent jusqu'à l'infini, elles produiront quelque chose, ou bien rien ne s'ensuivra. — Dans le premier cas, l'être de la chose produite sera le résultat d'une infinité d'actions. Or, une chose qui doit être précédée de l'infini est impossible, puisque l'infini n'a point de terme (2) ; ce qui présente une impossibilité ne saurait être fait ; et ce qui ne saurait être fait, personne ne peut le faire. Donc aucun agent n'a le pouvoir de réaliser un *fait* qui ne peut exister qu'à la suite d'une infinité d'actions. — Si, au contraire, ces actions ne produisent rien, elles seront entre elles dans un ordre correspondant à celui des facultés actives : par exemple, l'homme sent pour imaginer, il imagine pour connaître, il connaît pour vouloir ; ou bien, l'ordre des actions sera conforme à celui des objets : ainsi, j'arrête mon attention sur le corps afin de la fixer sur l'âme ; je considère l'âme, pour passer ensuite à une substance séparée ; de cette substance séparée, je veux arriver à méditer sur Dieu. Or, selon la doctrine du Philosophe, une série infinie répugne aussi bien dans les

(2) Infinitum secundum additionem non est in tempore finito pertransire (Arist. *Metaphys.* II, c. 2).

ulterius. Sed in actione cujuslibet agentis est venire ad aliquid, ultra quod agens non quærit ultra aliquid ; alias enim actiones in infinitum tenderent ; quod quidem est impossibile, quia quum infinita non sit pertransire, agens agere non inciperet ; nihil enim movetur ad id, ad quod impossibile est pervenire. Omne igitur agens agit propter finem.

3° Amplius, Si actiones agentis procedant in infinitum, oportet quod vel ex istis actionibus sequatur aliquod factum, vel non.— Si quidem sequatur aliquod factum, esse illius facti sequetur post infinitas actiones ; quod autem præexigit infinita, impossibile est esse, cum non sit infinita pertransire ; quod autem impossibile est esse, impossibile est fieri ; et quod est impossibile fieri, est impossibile facere. Impossibile est igitur, quod agens incipiat facere aliquod factum, ad quod præexiguntur actiones infinitæ. — Si autem ex illis actionibus non sequitur aliquod factum, oportet ordinem hujusmodi actionum esse, vel secundum ordinem virtutum activarum : sicut si homo sentit ut imaginetur ; imaginatur autem ut intelligat ; intelligit autem ut velit ; vel secundum ordinem objectorum : sicut si considero corpus ut considerem animam ; quam considero ut considerem substantiam separatam ; quam considero ut considerem Deum. Non autem est possi-

vertus actives que dans les formes des êtres (3); car la forme est un principe d'action; et il en faut dire autant des objets, de même que des êtres, puisqu'il y a un premier être unique [liv. I, ch. 13]. Donc les actions ne peuvent se succéder à l'infini. Donc il existe nécessairement, dans tous les cas, une chose dans la possession de laquelle l'agent se repose. Donc tout agent agit pour une fin.

Quod quidem qualiter esse possit considerandum est. Cujuslibet siquidem activi principii perfectio virtutis ex superiori activo dependet; agens enim secundum agit per virtutem primi agentis. Quum igitur secundum agens manet sub ordine primi agentis, indeficienter agit; deficit autem in agendo, si contingat ipsum ab ordine primi agentis deflecti; sicut patet in instrumento, quum deficit a motu agentis. Dictum est autem quod in ordine actionum moralium duo principia voluntatem præcedunt, scilicet vis apprehensiva et objectum apprehensum, quod est finis. Quum autem unicuique mobili respondeat proprium motivum, non quælibet vis apprehensiva est debitum motivum cujuslibet appetitus, sed hujus hæc, et illius alia. Sicut igitur appetitus sensitivi proprium motivum est vis apprehensiva sensualis, ita voluntatis proprium motivum est ratio ipsa.

Rursus, quum ratio multa bona et multos fines apprehendere possit, cujuslibet autem sit proprius finis, et voluntatis erit objectum et finis et primum motivum non bonum quodlibet, sed bonum quoddam determinatum. Quum igitur voluntas tendit in actum mota ab apprehensione rationis repræsentantis sibi proprium bonum, sequitur debita actio. Quum autem voluntas in actionem prorumpit, ad apprehensionem [vis] apprehensivæ sensualis, vel ipsius ra-

voulu. Si, au contraire, la volonté agit avec précipitation aussitôt que la faculté appréhensive des sens a saisi un objet, ou bien que la raison elle-même lui offre un bien autre que celui qui lui convient, cette action de la volonté est viciée par une faute morale. Il y a donc dans la volonté, antérieurement au péché d'action, un défaut de subordination à la raison et de rapport avec la fin propre. Ce défaut de subordination à la raison existe, par exemple, lorsque, l'un des sens se trouvant subitement affecté d'un objet, la volonté se porte vers un bien qui consiste dans la délectation sensible. Il y a défaut de rapport avec la fin voulue, lorsque la raison est conduite dans ses investigations vers un faux bien, ou vers une chose qui n'est pas un bien actuellement ou dans telles conditions, et que cependant la volonté la recherche comme si elle était son bien propre. Ce défaut d'ordre est volontaire; car la volonté a la faculté de vouloir et de ne vouloir pas, et il dépend également d'elle que la raison examine actuellement une chose ou qu'elle cesse de le faire, et aussi qu'elle s'arrête de préférence sur tel ou tel objet. Cependant ce défaut ne constitue pas le mal moral; car si la raison ne considère rien ou s'arrête à un bien quelconque, il n'y a pas en cela de péché, jusqu'à ce que la volonté se détermine pour une fin qui ne lui convient pas. Donc, dans l'ordre moral, aussi bien que dans l'ordre naturel, le bien n'est la cause du mal que par accident.

---

tionis aliquod aliud bonum repræsentantis a proprio bono diversum, sequitur in actione voluntatis peccatum morale. Præcedit igitur in voluntate peccatum actionis defectus ordinis ad rationem et ad proprium finem : ad rationem quidem, sicut quum ad subitam apprehensionem sensus, voluntas in bonum delectabile secundum sensum tendit; ad finem vero debitum, sicut quum ratio in aliquod bonum ratiocinando devenit quod non est, vel nunc, vel hoc modo bonum; et tamen voluntas in illud tendit, quasi in proprium bonum. Hic autem ordinis defectus voluntarius est; nam in potestate ipsius voluntatis est velle et non velle; itemque est in potestate ipsius quod ratio actu consideret, vel a consideratione desistat, aut quod hoc vel illud consideret. Nec tamen iste defectus est malum morale; si enim ratio nihil consideret, vel consideret bonum quodcumque, nondum est peccatum quousque voluntas in finem indebitum tendat; quod jam est voluntatis actus. Sic igitur, tam in moralibus, quam in naturalibus, patet quod malum a bono non causatur, nisi per accidens.

CHAPITRE XI.

Tout mal a pour fondement un bien.

Ce qui précède nous aidera à prouver que tout mal a pour fondement un bien. En effet :

1° Le mal ne saurait exister par lui-même, puisqu'il est dépourvu d'essence [ch. 7]. Donc il est nécessairement dans un sujet. Or, par là même qu'il est une substance, tout sujet est un bien [ch. 7]. Donc tout mal repose sur un bien.

2° Le mal est une privation [ch. 6]. Or, la privation et la forme qui fait défaut affectent le même sujet, et le sujet de la forme est un être en puissance par rapport à cette forme, et, par conséquent, un bien, puisque la puissance et l'acte sont compris dans le même genre. Donc la privation, qui est un mal, existe dans un bien, qui est en quelque sorte son sujet.

3° On considère une chose comme mauvaise parce qu'elle est nuisible, et elle ne peut nuire qu'au bien ; car nuire au mal c'est un bien, puisque la destruction du mal est une chose bonne. Or, le mal ne nuit au bien, d'une manière formelle, qu'autant qu'il est dans le bien : par exemple, la cécité est nuisible à l'homme, parce qu'elle est dans l'homme. Donc le mal réside dans un bien.

4° Le mal n'a pas d'autre cause que le bien, et cette cause n'est

---

CAPUT XI.

Quod malum in aliquo bono fundatur.

Ex præmissis etiam ostendi potest quod omne malum est in aliquo bono fundatum.

1° Malum enim non potest esse per se exsistens, quum non sit essentiam habens, ut supra (c. 7) ostensum est. Oportet igitur quod malum sit in aliquo subjecto. Omne autem subjectum, quum sit substantia quædam, bonum quoddam est, ut ex præmissis (c. 7) patet. Omne igitur malum in bono aliquo est.

2° Adhuc, Malum privatio quædam est, ut ex præmissis (c. 6) patet. Privatio autem et forma privata in eodem subjecto sunt; subjectum autem formæ est ens in potentia ad formam, quod bonum est; nam in eodem genere sunt potentia et actus. Privatio igitur, quod malum est, est in bono aliquo, sicut in subjecto.

3° Amplius, Ex hoc dicitur aliquid malum quia nocet, non autem nisi quia nocet bono; nocere enim malo bonum est, quum corruptio mali sit bona. Non autem noceret formaliter loquendo bono, nisi esset in bono; sic enim cæcitas hominis nocet, in quantum in ipso est. Oportet igitur quod malum sit in bono.

4° Item, Malum non causatur nisi a bono et per accidens tantum (c. 10). Omne autem quod est per accidens reducitur ad id quod est per se. Oportet igitur semper

qu'accidentelle [ch. 10]. Or, tout ce qui existe par accident rentre dans ce qui existe essentiellement. Donc le mal produit, qui est un effet accidentel du bien, est toujours uni à quelque bien dont la cause est le bien essentiel; de telle sorte que ce bien est le fondement du mal, puisque l'être essentiel est le principe de l'être accidentel.

Parce que le bien est l'opposé du mal et que rien ne peut devenir le sujet de son contraire, par la raison qu'ils s'excluent mutuellement, il semble tout d'abord qu'on se contredit en faisant du bien le sujet du mal.

La contradiction disparaît si l'on examine avec soin cette vérité. On se représente ordinairement le bien comme un être, puisque l'être, en cette qualité, est un bien [ch. 7]. Or, il ne répugne nullement que le non-être se trouve dans l'être comme dans son sujet; car toute privation est un non-être, et pourtant elle a pour sujet une substance qui est un être. Le non-être n'est cependant pas dans l'être qui lui est opposé comme dans son sujet. Ainsi, la cécité n'est pas un non-être universel, mais tel non-être qui a pour effet la privation de la vue. Donc ce n'est pas la vue, mais l'animal qui est son sujet. Le mal ne réside pas non plus, comme dans son sujet, dans le bien qui lui est opposé, parce que ce bien est détruit par ce mal; mais il est dans un autre bien. C'est ainsi qu'on trouve le mal moral dans un bien naturel, et le mal naturel, qui consiste dans la privation de la forme, a pour sujet la matière, qui est un bien, au même titre que l'être en puissance.

---

cum malo causato, quod est effectus boni per accidens, esse bonum aliquod, quod est effectus boni per se, ita quod sit fundamentum ejus; nam quod est per accidens fundatur super id quod est per se.

Sed quum bonum et malum sint opposita, unum autem oppositorum non possit esse alterius subjectum, sed expellat ipsum, videtur alicui primo aspectu esse inconveniens, si bonum subjectum mali esse dicatur.

Non est autem inconveniens, si veritas perquiratur. Nam bonum communiter dicitur sicut et ens, quum omne ens, in quantum hujusmodi, sit bonum, ut probatum est (c. 7). Non est autem inconveniens ut non-ens sit in ente, sicut in subjecto; privatio enim quælibet est non-ens, et tamen subjectum ejus est substantia, quæ est ens aliquod. Non tamen non-ens est in ente sibi opposito, sicut in subjecto; cæcitas enim non est non-ens universale, sed non-ens hoc, quo scilicet tollitur visus; non est igitur in visu sicut in subjecto, sed in animali. Similiter autem malum non est sicut in subjecto in bono sibi opposito, sed hoc per malum tollitur, sed in aliquo alio bono, sicut malum moris est in bono naturæ; malum autem naturæ, quod est privatio formæ, est in materia, quæ est bonum, sicut etiam ens in potentia.

CHAPITRE XII.

Le mal ne détruit pas complétement le bien.

Il résulte de tout ce que nous avons dit jusqu'ici que le mal, à quelque degré d'intensité qu'il arrive, ne peut jamais absorber entièrement le bien.

La raison qu'on en peut donner, c'est que l'existence du mal étant supposée, le sujet du mal doit exister avec lui. Or, le sujet du mal est le bien. Donc le bien persévère toujours.

Cependant, comme l'intensité du mal s'accroît à l'infini et que le bien s'affaiblit en proportion, selon toute apparence, le mal doit diminuer le bien aussi à l'infini. Or, le bien qui est susceptible de se voir diminuer par le mal est nécessairement fini, puisqu'il y a incompatibilité entre le bien infini et le mal [liv. I, ch. 39]. Donc il peut arriver, dans certains cas, que le mal fasse disparaître complétement le bien; car si l'on retranche indéfiniment quelque chose d'un être fini, il arrivera certainement un instant où il sera épuisé.

On ne peut pas répondre, comme l'ont fait quelques-uns, qu'en répétant indéfiniment les soustractions, de telle manière que la suivante soit faite dans la même proportion que la précédente, on ne parviendra pas à épuiser le bien, ainsi que cela se voit dans les quantités continues. Si, par exemple, d'une ligne de deux coudées vous ôtez la moitié, et ensuite la moitié de ce qui reste, en continuant de la

---

CAPUT XII.

Quod malum non totaliter consumit bonum.

Patet autem ex prædictis quod quantumcumque multiplicetur malum, nunquam potest totum bonum consumere.

Semper enim oportet quod remaneat mali subjectum, si malum remanet. Subjectum autem mali est bonum. Manet igitur semper bonum.

Sed quum contingat malum in infinitum intendi, semper autem per intensionem mali minuatur bonum, videtur in infinitum per malum diminui bonum. Bonum autem quod per malum diminui potest, oportet esse finitum; nam infinitum bonum non est capax mali, ut ostensum est [l. I, c. 39]. Videtur igitur quod quandoque totum tollatur bonum per malum; nam si ex finito aliquid infinities tollatur, oportet illud quandoque per ablationem consumi.

Non autem potest dici, ut dicunt quidam, quod sequens ablatio, secundum eamdem proportionem facta qua et prior, in infinitum procedens, bonum non possit consumere, sicut in continui divisione contingit. Nam si ex bicubitali linea dimidium subtraxeris, itemque ex residuo dimidium, et sic in infinitum procedas, semper aliquid adhuc dividendum remanebit. Sed tamen in hoc divisionis processu semper posterius

sorte jusqu'à l'infini, il y aura toujours quelque chose à diviser. Cependant, à mesure que l'on poussera cette division, la quantité soustraite en dernier lieu sera de moins en moins considérable; car la moitié retranchée d'abord du tout est plus étendue, à raison de la quantité absolue, que la moitié de la moitié, quoique la proportion soit la même. Mais on ne peut appliquer la même règle lorsqu'il s'agit de l'affaiblissement que le mal fait subir au bien. Plus le bien est diminué par l'accroissement du mal, et plus il est faible; et, par conséquent, un second mal le diminuera davantage encore, et le mal qui suivra sera égal ou même supérieur au premier. C'est pourquoi on ne peut pas dire que la quantité enlevée par le mal sur le bien sera toujours moindre que la précédente, sans que la proportion varie.

Il faut donc ainsi résoudre cette difficulté. Nous avons prouvé que le mal détruit absolument le bien, auquel il est directement opposé; et c'est ce que fait la cécité pour la vue. Or, il doit nécessairement rester au moins le bien qui sert de sujet au mal et qui, en sa qualité de sujet, est dans les conditions requises pour l'existence du bien, puisqu'il est en puissance pour recevoir un bien actuel dont la réalisation est empêchée par le mal. Moins donc sa puissance sera complète relativement à ce bien, et moins il sera lui-même un bien. Or, la puissance que possède le sujet de recevoir sa forme se trouve affaiblie, non-seulement par la soustraction d'une partie du sujet, soustraction qui consiste en ce qu'on lui enlève une portion de sa puissance, mais aussi parce que cette puissance rencontre dans un acte contraire un obstacle qui l'empêche d'en venir à l'acte [ou à la possession actuelle] de la forme : ainsi, le sujet est d'autant moins

---

subtractum oportet esse minus secundum quantitatem; dimidium enim totius quod prius subtrahebatur majus est, secundum quantitatem absolutam, quam dimidium dimidii, licet eadem proportio maneat. Hoc autem in diminutione, qua bonum per malum diminuitur, nequaquam potest accidere; nam quanto bonum magis per malum fuerit diminutum, erit infirmius, et sic per secundum malum magis diminui poterit; rursusque malum sequens contingit esse æquale, vel majus priore; unde non semper secundo subtrahetur a bono per malum minor boni quantitas, proportione servata eadem.

Est igitur dicendum : Ex præmissis enim manifestum est quod malum totaliter bonum cui oppositum est tollit, sicut cæcitas visum. Oportet autem quod remaneat bonum, quod est mali subjectum; quod quidem in quantum subjectum est, habet rationem boni, secundum quod est potentia ad actum boni, quod privatur per malum. Quanto igitur minus fuerit in potentia ad illud bonum, tanto minus erit bonum. Subjectum autem fit minus potentia ad formam, non quidem per solam subtractionem alicujus partis subjecti, per hoc quod aliqua pars potentiæ subtrahatur, sed per hoc quod potentia impeditur per contrarium actum, ne in actum formæ exire possit; sicut subjectum tanto est minus potentia frigidum, quantum in eo magis calor augetur. Diminuitur igitur bonum per ma-

froid en puissance que la chaleur [en acte] acquiert en lui une intensité plus grande. Le bien est donc plus tôt affaibli par le mal, lorsqu'il est en contact avec son contraire, que si l'on en retranche quelque chose.

La même observation s'applique également à ce que nous avons déjà dit du mal. Nous avons montré que le mal arrive sans aucune intention de la part de l'agent, parce que celui-ci recherche toujours un bien dont la possession a pour effet de détruire un autre bien opposé. Donc, à mesure que s'augmente ce bien, qui entraîne avec lui un mal, indépendamment de l'intention de l'agent, la puissance de posséder le bien opposé s'affaiblit; et c'est en ce sens que le mal diminue le bien. Dans l'ordre naturel, cette diminution du bien par le mal ne peut donc progresser à l'infini; car toutes les formes naturelles et les vertus actives qui les accompagnent sont limitées, et toujours elles arrivent à un terme qu'il leur est impossible de dépasser. Donc, ni la forme contraire, ni la puissance active de l'agent opposé, ne peuvent s'accroître jusqu'à l'infini, de telle sorte que le mal diminue indéfiniment le bien.

Dans l'ordre moral, cet affaiblissement du bien ne cesse jamais d'être possible, parce que les actes de l'intelligence et de la volonté ne sont pas limités; car l'intelligence peut exercer jusqu'à l'infini son opération propre, et c'est pour cette raison que dans les sciences mathématiques on considère comme infinies les espèces des nombres et des figures (1). La volonté peut également vouloir sans fin. Celui qui

(1) Ici, comme dans tout le reste du chapitre, on doit donner à l'*infini* le même sens qu'à l'*indéfini*, qui est seulement un infini relatif; car l'infini absolu ne convient qu'à Dieu.

lum magis apponendo contrarium quam de bono aliquid subtrahendo.

Quod etiam convenit his, quæ dicta sunt de malo; diximus enim quod malum incidit præter intentionem agentis, quod semper intendit aliquod bonum, ad quod sequitur exclusio alterius boni quod est ei oppositum. Quanto igitur illud bonum ad quod præter intentionem agentis sequitur malum magis multiplicatur, tanto potentia ad bonum contrarium diminuitur magis; et sic magis per malum dicitur diminui bonum. Hæc igitur diminutio boni per malum non potest in naturalibus in infinitum procedere; nam formæ naturales et virtutes omnes terminatæ sunt, et perveniunt ad aliquem terminum, ultra quem porrigi non possunt. Non potest igitur neque forma aliqua contraria, neque virtus contrarii agentis in infinitum augeri, ut ex hoc sequatur in infinitum diminutio boni per malum.

In moralibus autem potest ista diminutio in infinitum procedere; nam intellectus et voluntas in suis actibus terminos non habent; potest enim intellectus intelligendo in infinitum procedere; unde mathematicæ numerorum species et figurarum infinitæ dicuntur. Et similiter voluntas in volendo in infinitum procedit; qui enim vult furtum committere, potest iterum velle et aliud committere, et sic in infinitum. Quanto autem voluntas magis in fines indebitos

veut commettre un vol a la faculté de vouloir une seconde fois pour réitérer son action, et de poursuivre ainsi indéfiniment. Plus la volonté se porte fréquemment vers des fins désordonnées, et plus il lui est difficile d'y renoncer pour s'attacher, comme elle le doit, à sa fin propre; et nous en avons une preuve dans ceux qui contractent l'habitude du vice en s'accoutumant à des actes coupables. Le mal moral est donc capable de diminuer indéfiniment le bien qui consiste dans une aptitude naturelle; cependant ce bien ne sera jamais détruit complétement, mais il restera attaché à l'être naturel tant qu'il continuera d'exister.

CHAPITRE XIII.

Le mal vient en quelque manière d'une cause.

Nous pouvons tirer des principes précédemment établis cette conséquence, que, bien qu'il n'existe pas de cause essentielle du mal, tout mal, cependant, vient d'une cause accidentelle. En effet :

1° Par là même que quelque chose existe dans un être comme dans un sujet, cette chose a nécessairement une cause; car elle ne peut provenir que des principes constitutifs du sujet ou d'une cause extrinsèque. Or, le mal réside dans le bien comme dans son sujet [ch. 11]. Donc il doit avoir une cause.

2° L'être qui se trouve en puissance pour deux états opposés ne peut

---

tendit, tanto difficilius redit ad proprium et debitum finem; quod patet in his in quibus per peccandi consuetudinem jam est habitus vitiorum inductus. In infinitum igitur per malum moris bonum naturalis aptitudinis diminui potest; nunquam tamen totaliter tolletur, sed semper naturam remanentem comitatur.

CAPUT XIII.

Quod malum habet aliquo modo causam.

Ex prædictis autem ostendi potest quod etsi malum non habeat causam per se, cujuslibet tamen mali oportet esse causam per accidens.

1° Quidquid enim est in aliquo ut in subjecto, oportet quod habeat aliquam causam; causatur enim vel ex subjecti principiis, vel ex aliqua extrinseca causa. Malum autem est in bono sicut in subjecto, ut ostensum est (c. 11). Oportet ergo quod malum habeat causam.

2° Item, Quod est in potentia ad utrumque oppositorum non constituitur in actu alicujus eorum, nisi per aliquam causam; nulla enim potentia facit se esse in actu. Malum autem est privatio ejus quod quis

être mis actuellement dans l'un de ces états que par une cause ; car aucune puissance ne passe d'elle-même à l'acte. Or, le mal est la privation d'un attribut qu'un être peut naturellement et doit posséder ; et c'est cette privation qui nous fait considérer une chose comme mauvaise. Donc le mal existe dans un sujet qui est en puissance pour lui et pour son contraire. Donc il a nécessairement une cause.

3° Un être ne peut recevoir que d'une cause distincte de lui tout ce qui s'attache à lui sans que sa nature l'exige, et rien ne se sépare d'un être auquel la nature l'associe, qu'autant qu'un obstacle extérieur empêche leur union : une pierre, par exemple, ne s'élève pas en haut si personne ne la lance, et l'eau ne s'échauffe que lorsqu'elle est exposée à une source de chaleur. Or, dans tous les cas, le mal est opposé à la nature de l'être qui en est affecté, puisqu'il consiste dans la privation d'une chose que cet être peut et doit naturellement avoir. Donc le mal a toujours une cause, qu'elle soit essentielle ou accidentelle.

4° Tout mal est une conséquence d'un bien : par exemple, la production d'un être entraîne la destruction d'un autre être. Or, il n'existe aucun bien indépendant d'une cause distincte du premier bien qui repousse absolument le mal [liv. I, ch. 39]. Donc tout mal vient d'une cause, dont il procède accidentellement.

---

natus est et debet habere; ex hoc enim unumquodque dicitur malum esse. Est igitur malum in subjecto, quod est in potentia ad ipsum et ad suum oppositum. Oportet igitur quod malum habeat aliquam causam.

3° Adhuc, Quidquid inest alicui præter suam naturam, advenit ei ex aliqua alia causa; omnia enim in his quæ sunt sibi naturalia permanent, nisi aliquid aliud impediat; unde lapis non fertur sursum, nisi ab aliquo projiciente, nec aqua calefit, nisi ab aliquo calefaciente. Malum autem semper inest præter naturam ejus cui inest, quum sit privatio ejus quod natum est aliquid et debet habere. Igitur oportet quod malum semper habeat aliquam causam, vel per se, vel per accidens.

4° Amplius, Omne malum consequitur ad aliquod bonum; sicut corruptio sequitur ad aliquam generationem. Sed omne bonum habet aliquam causam præter primum bonum, in quo non est aliquod malum ostensum est [l. I, c. 39]. Omne igitur malum habet aliquam causam, ad quam sequitur per accidens.

CHAPITRE XIV.

Le mal est une cause accidentelle.

Quoique le mal ne soit pas une cause essentielle, il devient cependant une cause par accident, ainsi que le prouvent avec évidence les mêmes raisons. En effet :

1° Si un être est la cause essentielle d'un autre être, tout ce qui survient dans le premier par accident est accidentellement cause du second : par exemple, la blancheur inhérente à l'architecte est la cause accidentelle de la maison qu'il construit (1). Or, le mal n'existe que dans un bien [ch. 11], et tout bien est en quelque manière la cause d'un autre bien : ainsi la matière est en quelque sorte la cause de la forme; réciproquement la forme est sous quelque rapport la cause de la matière, et il en faut dire autant de l'agent et de la fin (2). D'où il suit qu'on ne peut s'appuyer sur ce principe, que chaque bien est la

(1) Il faut observer ici que la cause accidentelle, en considérant l'accident comme inhérent à la cause, ne concourt nullement à la réalisation de l'effet. Ainsi, si l'individu qui construit une maison est blanc, la blancheur, qui devient par accident cause de la construction, ne fait rien à l'édifice. On lui donne le nom de cause accidentelle, parce que le sujet dont elle est un accident, et qui reçoit d'elle une qualification, est la cause réelle. On peut dire, en effet, que ce qui est blanc édifie cette maison, parce que c'est le sujet de la blancheur qui en est le constructeur. De même, on donne au mal la dénomination de cause accidentelle, non parce qu'il contribue à rendre bon l'effet produit, mais parce que l'agent a telle qualité mauvaise qui permet de dire (en l'envisageant comme affecté de ce mal) que le mal agit (François de Sylv. *Comment.*).

(2) La matière est cause de la forme, parce que la forme ne peut exister sans sujet ; la forme est cause de la matière, puisque c'est elle qui donne à la matière son existence actuelle; car nulle substance ne peut être dépourvue de forme sans être anéantie. L'agent a pour cause la fin qu'il cherche à atteindre, en vertu de ce principe, que tout agent agit pour une fin, et que l'être qui ne vise pas à une fin reste nécessairement inactif; l'agent est à son tour cause de la fin ; car la fin n'est pas telle par elle-même, mais seulement à raison de la tendance de l'agent dont elle est le terme.

CAPUT XIV.

Quod malum est causa per accidens.

Ex eisdem etiam patet quod malum, etsi non sit causa per se, est tamen causa per accidens.

1° Si enim aliquid est causa alicujus per se, id quod accidit ei est causa illius per accidens; sicut album quod accidit ædificatori, est causa domus per accidens. Omne autem malum est in aliquo bono (c. 11); bonum autem omne est alicujus aliquo modo causa; materia enim est quodammodo causa formæ, et quodammodo e converso, et similiter est de agente et fine; unde non sequitur processus in infinitum in causis et causatis, si quodlibet est alicujus causa, propter circulum inventum in causis et causatis secundum species diver-

cause d'un autre bien, pour prolonger jusqu'à l'infini la série des causes et des effets, parce que les causes et les effets s'enchaînent sans fin, selon qu'ils appartiennent à diverses espèces de causes (3). Donc le mal est une cause accidentelle.

2° Le mal est une privation [ch. 6]. Or, dans les choses sujettes au changement, la privation devient accidentellement un principe, de même que la matière et la forme sont des principes essentiels (4). Donc le mal est la cause d'une chose par accident.

3° Le défaut qui est dans la cause rend l'effet défectueux. Or, le défaut de la cause est un mal. Ce mal ne peut être cause par lui-même; car aucun être ne peut devenir une cause en raison d'un défaut, mais en sa qualité d'être, et si son *être* tout entier lui faisait défaut, il ne serait cause de rien. Donc le mal n'est une cause que par accident.

4° En examinant successivement chaque espèce de causes, on voit clairement que le mal est une cause accidentelle. C'est ce qui a lieu : 1° dans l'espèce de la cause efficiente; car si la vertu de la cause active est défectueuse, l'effet et l'action le sont également; 2° dans l'espèce de la cause matérielle; car lorsque la matière n'est pas disposée comme il convient, ce défaut se communique à l'effet; 3° dans

(3) Saint Thomas prévient ici cette objection qu'on pourrait lui faire, que si l'on refuse d'admettre une série infinie de causes et d'effets, on arrivera nécessairement à un effet qui sortira d'une cause sans être cause lui-même; ce qui détruirait son principe, que tout bien est la cause d'un bien. Le saint Docteur répond qu'il faut pour cela distinguer différents genres de causes, et si l'on passe d'un genre à un autre, l'effet peut devenir cause et la cause effet. Par exemple, dans l'ordre de la génération, le père est la cause de son fils, parce qu'il lui donne l'existence; mais dans l'ordre des relations, le fils est la cause de son père considéré comme tel, puisque sans lui son père n'aurait pas l'attribut de la paternité.

(4) La privation est un principe, parce que les êtres composés de matière ne peuvent acquérir une forme sans être privés de la forme qu'ils possédaient antérieurement. Mais ce principe n'est qu'accidentel; car la forme acquise est une fin, et la destruction de la forme précédente est un accident que l'agent n'avait pas directement en vue.

---

sas causarum. Malum igitur est per accidens causa.

2° Adhuc, Malum est privatio quædam, ut ex prædictis (c. 6) patet. Privatio autem est principium per accidens in rebus mobilibus, sicut materia et forma per se. Malum igitur est alicujus causa per accidens.

3° Præterea, Ex defectu causæ sequitur defectus in effectu. Defectus autem in causa est aliquod malum; non tamen potest esse causa per se, quia res non est causa per hoc quod est deficiens, sed per hoc quod est ens; si enim tota deficeret, nullius esset causa. Malum igitur est alicujus causa per accidens.

4° Item, Secundum omnes species causarum discurrendo, invenitur malum esse per accidens causa. 1° In specie quidem causæ efficientis, quia propter causæ agentis deficientem virtutem sequitur defectus in effectu et actione. 2° In specie vero causæ materialis, quia ex materiæ indispositione causatur in effectu defectus. 3° In specie vero causæ finalis, quia uni formæ semper adjungitur alterius formæ privatio. 4° In specie vero causæ finalis, quia inde-

l'espèce de la cause formelle ; car la réalisation d'une forme entraîne toujours la privation d'une autre forme ; 4° dans l'espèce de la cause finale ; car une fin désordonnée est inséparable du mal, puisqu'elle empêche d'atteindre la fin convenable. Donc évidemment le mal est une cause accidentelle, et il ne peut, en aucun cas, être une cause essentielle.

CHAPITRE XV.

Il n'existe pas un souverain mal principe de tous les maux.

Il est clair encore, pour les mêmes raisons, qu'il ne peut exister un souverain mal principe de tous les maux. En effet :

1° Le souverain mal répugne à une union quelconque avec le bien, de même que le souverain bien est absolument séparé du mal. Or, l'existence d'un mal entièrement séparé du bien est impossible, puisqu'il est démontré [ch. 11] que le mal est fondé sur le bien. Donc aucun être n'est souverainement mauvais.

2° S'il existe un être souverainement mauvais, il est mauvais en vertu de son essence, de même que le souverain bien est un être essentiellement bon. Or, il n'en saurait être ainsi, parce que le mal n'a pas d'essence [ch. 7]. Donc on ne peut admettre un souverain mal principe de tous les maux.

---

bito fini adjungitur malum, in quantum per ipsum finis debitus impeditur. Patet igitur quod malum est causa per accidens et non potest esse causa per se.

CAPUT XV.

Quod non est summum malum, quod fit omnium malorum principium.

Ex hoc autem patet quod non potest esse aliquod summum malum, quod sit omnium malorum principium.

1° Summum enim malum oportet esse absque consortio omnis boni, sicut et summum bonum est quod est omnino separatum a malo. Non potest autem esse aliquod malum omnino separatum a bono, quum ostensum sit (c. 11) quod malum fundatur in bono. Ergo nihil est summe malum.

2° Adhuc, Si aliquid est summe malum, oportet quod per essentiam suam sit malum, sicut et summe bonum est quod per suam essentiam bonum est. Hoc autem est impossibile, quum malum non habeat aliquam essentiam, ut supra (c. 7) probatum est. Impossibile est igitur ponere summum malum, quod sit malorum principium.

3° Item, Illud quod est primum princi-

3° Un premier principe ne procède d'aucune cause. Or, la cause du mal est le bien [ch. 10]. Donc le mal n'est pas un premier principe.

4° Le mal, ainsi que nous l'avons vu [ch. 9 et 10], n'agit que par la vertu du bien. Or, un premier principe agit par sa propre vertu. Donc le mal ne peut être un premier principe.

5° Comme l'être qui existe par accident est postérieur à celui qui existe par lui-même, il y aurait contradiction à dire qu'un être accidentel est le premier de tous. Or, le mal n'arrive qu'accidentellement et sans intention [ch. 4]. Donc le mal ne peut être un premier principe.

6° Tout mal vient d'une cause accidentelle [ch. 13]. Or, un premier principe n'a aucune cause, ni essentielle, ni accidentelle. Donc le mal ne peut être le premier principe dans aucun genre.

7° La cause essentielle est antérieure à la cause accidentelle. Or, le mal n'est cause que par accident [ch. 14]. Donc il ne peut être le premier principe dans aucun genre.

C'est par de telles raisons que l'on réfute l'erreur des Manichéens, qui croyaient à l'existence d'un souverain mal, dont ils faisaient le premier principe de tous les maux.

---

pium non est ab aliquo causatum. Omne autem malum causatur à bono, ut ostensum est (c. 10). Non est igitur malum primum principium.

4° Amplius, Malum non agit nisi in virtute boni, ut ex præmissis (c. 9 et 10) patet. Primum autem principium agit virtute propria. Malum igitur non potest esse primum principium.

5° Præterea, Quum id quod est per accidens sit posterius eo quod est per se, impossibile est quod sit primum id quod est per accidens. Malum autem non evenit nisi per accidens et præter intentionem, ut probatum est (c. 4). Impossibile est igitur quod malum sit primum principium.

6° Adhuc, Omne malum habet causam per accidens, ut probatum est (c. 13). Primum autem principium non habet causam, neque per se, neque per accidens. Malum igitur non potest esse primum principium in aliquo genere.

7° Item, Causa per se prior est ea quæ est per accidens. Sed malum non est causa, nisi per accidens, ut ostensum est (c. 14). Malum igitur non potest esse primum principium in aliquo genere.

Per hoc autem excluditur error Manichæorum ponentium aliquod summum malum, quod est principium primum omnium malorum.

CHAPITRE XVI.

Le bien est la fin de tous les êtres.

S'il est vrai, comme nous l'avons prouvé [ch. 3], que tout agent agit en vue d'un bien, on doit en conclure que le bien est la fin de tous les êtres. En effet :

1° Chacun des êtres est mis en rapport avec sa fin par son action; car ou l'action elle-même est une fin, ou bien la fin de l'action est aussi la fin de l'agent; et c'est en cela que consiste son bien.

2° La fin d'un être, quel qu'il soit, est la chose à laquelle aboutit son appétit (1). Or, l'appétit de tous les êtres aboutit au bien; car les philosophes définissent le bien : ce que tous les êtres recherchent (2). Donc la fin de toute chose est le bien.

3° La chose qu'un être recherche quand il en est éloigné, et dans laquelle il se repose lorsqu'il la possède, constitue sa fin. Or, l'être qui n'a pas encore atteint la perfection qui lui convient se porte vers elle autant qu'il est en lui, et s'il la possède, il se repose en elle. Donc la perfection de chaque chose est sa fin. Or, le bien d'un être n'est autre que sa perfection. Donc tous les êtres sont coordonnés par rapport au bien comme avec leur fin.

(1) Que cet appétit soit *intellectuel* dans les êtres raisonnables, *sensitif* dans les brutes ou bien purement *naturel* dans les êtres insensibles.

(2) Omnis ars, omnisque docendi via, atque institutio, itemque actio et consilium bonum aliquod appetere videtur. Idcirco pulchre veteres id esse *bonum* pronuntiarunt *quod omnia appetunt* (Arist. *Ethic.* I, c. 1).

CAPUT XVI.

Quod finis cujuslibet rei est bonum.

Si autem omne agens agit propter bonum, ut supra (c. 3) probatum est, sequitur ulterius quod cujuslibet entis bonum sit finis.

1° Omne enim ens ordinatur in finem per suam actionem; oportet enim quod vel ipsa actio sit finis, vel quod finis actionis sit finis agentis; quod est ejus bonum.

2° Amplius, Finis rei cujuslibet est in quod terminatur appetitus ejus. Appetitus autem cujuslibet rei terminatur ad bonum; sic enim philosophi diffiniunt bonum : quod omnia appetunt. Cujuslibet igitur rei finis est aliquod bonum.

3° Item, Illud ad quod aliquid tendit, quum extra ipsum fuerit, et in quo quiescit, quum ipsum habuerit, est finis ejus. Unumquodque autem, si perfectione propria careat, in ipsam movetur, quantum in se est; si vero eam habeat, in ipsa quiescit. Finis igitur uniuscujusque rei est ejus perfectio. Perfectio autem cujuslibet est bonum ipsius. Unumquodque igitur ordinatur in bonum sicut in finem.

4° Les êtres qui connaissent leur fin et ceux qui l'ignorent sont coordonnés de la même manière avec elle, avec cette différence, toutefois, que ceux qui sont doués de connaissance se portent d'eux-mêmes vers leur fin, tandis que les autres ne tendent à atteindre cette fin qu'en suivant une direction étrangère : l'archer et la flèche qu'il lance peuvent nous servir d'exemples. Or, les êtres qui connaissent leur fin sont toujours coordonnés avec le bien, comme étant leur fin; car la volonté, qui est le désir d'une fin connue d'avance, n'aspire à une chose qu'en la considérant comme un bien, puisque le bien est son objet. Donc les êtres qui ignorent leur fin sont coordonnés avec le bien comme avec leur fin. Donc la fin de tous les êtres est le bien.

CHAPITRE XVII.

Il n'y a pour tous les êtres qu'une seule fin, qui est Dieu.

Il résulte de tout ce que nous venons de dire que tous les êtres existent pour un seul bien, qui est leur dernière fin. En effet :

1° Si nul être ne recherche une chose comme sa fin qu'autant que cette chose est un bien, il s'ensuit nécessairement que le bien, considéré comme bien, est une fin. Donc c'est surtout le souverain bien qui doit être une fin. Or, le souverain bien, c'est-à-dire Dieu, est unique [liv. I, c. 41 et 42]. Donc tous les êtres ont pour fin un seul bien, qui est Dieu.

4° Præterea; Eodem modo ordinantur in finem ea quæ cognoscunt finem et ea quæ finem non cognoscunt; licet ea quæ cognoscunt finem, per se moveantur in finem; quæ autem non cognoscunt finem, tendunt in finem quasi ab alio directa; sicut patet de sagittante et sagitta. Sed ea quæ cognoscunt finem, semper ordinantur in bonum, sicut in finem; nam voluntas, quæ est appetitus finis præcogniti, non tendit in aliquid, nisi sub ratione boni, quod est ejus objectum. Ergo, et ea quæ finem non cognoscunt, ordinantur in bonum, sicut in finem. Finis igitur omnium est bonum.

CAPUT XVII.

Quod omnia ordinantur in unum finem, qui est Deus.

Ex hoc autem apparet quod omnia ordinantur in unum bonum, sicut in ultimum finem.

1° Si enim nihil tendit in aliquid sicut in finem, nisi in quantum ipsum est bonum, oportet quod bonum, in quantum bonum, sit finis. Quod igitur est summum bonum, est maxime omnium finis. Sed summum bonum est unum tantum, quod est Deus, ut

2° Dans chaque genre, l'être le plus grand est la cause de tous ceux qui sont compris dans le même genre ; ainsi, le feu, dans lequel le calorique atteint sa plus haute puissance, est cause de la chaleur qui se répand dans tous les corps. La cause de la bonté inhérente à tout bien est donc le souverain bien, c'est-à-dire Dieu. Donc Dieu est aussi la cause pour laquelle toute fin est une fin, puisque rien n'est une fin qu'en sa qualité de bien. Or, l'être pour lequel tous les autres existent les surpasse tous. Donc Dieu est éminemment la fin de tous les êtres.

3° En tout genre, la cause première est cause à un plus haut degré que la cause seconde; car la cause seconde n'est telle que par la cause première. Donc l'être qui occupe le premier rang dans la série des causes finales est nécessairement la cause finale de tout ce qui existe, de préférence à n'importe quelle cause finale prochaine. Or, Dieu est la première des causes finales, puisqu'il est le premier de tous les biens. Donc il est plutôt la fin universelle des êtres qu'une fin prochaine, quelle qu'elle soit.

4° Toutes les fois que plusieurs fins sont coordonnées entre elles, la fin dernière doit être la fin de toutes celles qui la précèdent : par exemple, on compose un médicament pour un malade; on le lui administre pour le purger; on le purge pour l'affaiblir; on l'affaiblit pour le guérir; l'affaiblissement produit, la purgation et tout ce qui aura précédé n'auront donc pas d'autre fin que la guérison du malade. Or, tous les êtres, en proportion des divers degrés de bonté qu'ils renferment, sont subordonnés à un souverain bien unique, de qui toute bonté procède, comme de sa cause; et parce que le bien

---

probatum est (l. 1, c. 41 et 42). Omnia igitur ordinantur, sicut in finem, in unum bonum, quod est Deus.

2° Item, Quod est maximum in unoquoque genere, causa est omnium illorum quæ sunt illius generis; sicut ignis, qui est calidissimus, est causa caliditatis in aliis corporibus. Summum igitur bonum, quod est Deus, est causa bonitatis in omnibus bonis. Ergo et est causa cujuslibet finis, quod sit finis, quum quidquid est finis sit hujusmodi in quantum est bonum. Propter quod autem est unumquodque, et illud magis. Deus igitur maxime est omnium rerum finis.

3° Adhuc, In quolibet genere causarum, causa prima est magis causa quam causa secunda; nam causa secunda non est causa nisi per causam primam. Illud igitur quod est causa prima in ordine causarum finalium, oportet quod sit magis causa finalis cujuslibet quam causa finalis proxima. Sed Deus est prima causa in ordine causarum finalium, quum sit summum in ordine bonorum. Est igitur magis finis uniuscujusque rei, quam aliquis finis proximus.

4° Amplius, In omnibus finibus ordinatis oportet quod ultimus finis sit finis omnium præcedentium finium; sicut si potio conficitur ut detur ægroto, datur autem ut purgetur, purgatur autem ut extenuetur, extenuatur autem ut sanetur, oportet quod sanitas sit finis et extenuationis, et purgationis, et aliorum præcedentium. Sed omnia inveniuntur in diversis gradibus bonitatis ordinata sub uno summo bono, quod

constitue une fin, tous les êtres sont subordonnés à Dieu, de même que les fins précédentes [ou intermédiaires] le sont à la fin dernière. Donc Dieu est nécessairement la fin universelle des êtres.

5° Le bien particulier se rapporte au bien universel comme à sa fin; car la partie n'existe que pour le tout, et c'est pour cette raison que le bien d'une nation l'emporte sur le bien de l'individu. Or, le souverain bien, qui est Dieu, est le bien universel, puisque c'est de lui que dépend le bien de tous les êtres, et le bien qui rend bonne chaque chose est son bien particulier et celui des autres choses qui dépendent d'elle. Donc tous les êtres se rapportent, comme à leur fin, à un seul bien, qui est Dieu.

6° L'ordre respectif des agents détermine l'ordre respectif des fins; car comme c'est l'agent supérieur qui met en mouvement tous les agents secondaires, la fin propre à chacun des agents secondaires est nécessairement subordonnée à la fin de l'agent supérieur, puisque tout ce qu'il fait, il le fait en vue de sa fin. L'agent supérieur réalise les actions de tous les agents inférieurs, en ce sens qu'il les détermine, par une sorte de mouvement, à se livrer à leurs actions particulières, et, par conséquent, à rechercher la fin qui leur convient; d'où il résulte que le premier agent fait rapporter à sa fin propre toutes les actions des agents secondaires. Or, le premier agent qui a fait toutes choses est Dieu [liv. II, c. 15], et sa volonté n'a pas d'autre fin que sa bonté, qui est lui-même [liv. I, c. 74 et 38]. Donc tout ce qui a été fait est coordonné par rapport à Dieu, qui en est la fin, par Dieu lui-même immédiatement, ou bien au moyen des causes se-

---

est causa omnis bonitatis; se per hoc quum bonum habeat rationem finis, omnia ordinantur sub Deo, sicut fines præcedentes sub fine ultimo. Oportet igitur quod omnium finis sit Deus.

5° Præterea, Bonum particulare ordinatur in bonum commune, sicut in finem; esse enim partis est propter esse totius; unde et bonum gentis est divinius quam bonum unius hominis. Bonum autem summum, quod est Deus, est bonum commune, quum ex eo universorum bonum dependeat; bonum autem quo quælibet res bona est, est bonum particulare ipsius et aliorum quæ ab ipsa dependent. Omnes igitur res ordinantur sicut in finem in unum bonum, quod est Deus.

6° Item, Ad ordinem agentium sequitur ordo in finibus; nam sicut supremum agens movet omnia secunda agentia, ita ad finem supremi agentis oportet quod ordinentur omnes fines secundorum agentium; quicquid enim agit supremum agens, agit propter finem suum. Agit autem supremum agens actiones omnium inferiorum agentium, movendo omnes ad suas actiones, et per consequens, ad suos fines; unde sequitur quod omnes secundorum agentium actiones ordinentur a primo agente in finem suum proprium. Agens autem primum rerum omnium est Deus, ut probatum est (l. II, c. 15); voluntatis autem ipsius nihil aliud finis est quam sua bonitas, quæ est ipsemet, ut probatum est (l. I, c. 74 et 38). Omnia igitur quæcumque sunt facta, vel ab ipso immediate, vel mediantibus

condes. Or, il en est ainsi pour tous les êtres, puisque rien ne peut exister que ce qui a reçu de lui son *être* [liv. II, c. 6 et 15]. Donc tout se rapporte à Dieu, comme à sa fin.

7° La fin dernière de tout agent, en tant qu'il fait une chose, est lui-même ; car nous usons par nous-mêmes des choses que nous avons faites, et lorsqu'un homme fait quoi que ce soit pour un autre, c'est que cela tourne à son bien, à son avantage, à son plaisir ou à son honneur. Or, Dieu est la cause efficiente de tous les êtres : il produit les uns immédiatement et les autres médiatement, c'est-à-dire, comme nous l'avons fait voir, au moyen des autres causes. Donc il est lui-même la fin de tout ce qui existe.

8° La fin est la première de toutes les causes, et c'est par elle que les autres causes deviennent des causes actuelles ; car l'agent n'agit que pour une fin [ch. 2], et c'est l'agent qui met actuellement la matière en possession de la forme. C'est pourquoi la matière est en acte la matière de tel être, et pareillement la forme est la forme de telle substance en vertu de l'action de l'agent, et par conséquent en vertu de la fin. La seconde fin est aussi la cause qui fait rechercher la cause précédente comme une fin ; car nul être ne se porte vers une fin prochaine, si ce n'est pour atteindre la fin dernière. Donc la fin dernière est la cause première et universelle. Or, cette qualité de cause première et universelle appartient nécessairement au premier être, c'est-à-dire à Dieu [liv. I, c. 13, et liv. II, c. 15]. Donc Dieu est la fin dernière de tous les êtres.

---

causis secundis in Deum ordinantur, sicut in finem. Omnia autem entia sunt hujusmodi ; nam sicut probatur (l. II, c. 6 et 15), nihil esse potest quod ab ipso non habeat esse. Omnia igitur ordinantur in Deum, sicut in finem.

7° Adhuc, Finis ultimus cujuslibet facientis, in quantum est faciens, est ipsemet ; utimur enim factis a nobis propter nos, et si aliquid aliquando propter alium homo faciat, hoc refertur in bonum suum, vel utile, vel delectabile, vel honestum. Deus autem est causa factiva rerum omnium : quarumdam quidem immediate ; quarumdam autem mediate, sive mediantibus aliis causis, ut ex præmissis est manifestum. Est igitur ipsemet finis rerum omnium.

8° Præterea, Finis inter alias causas primatum obtinet, et ab ipso omnes aliæ causæ habent quod sint causæ in actu ; agens enim non agit nisi propter finem, ut ostensum est (c. 2) ; ex agente autem materia in actum formæ reducitur. Unde materia fit actu hujus rei materia, et similiter forma hujus rei forma per actionem agentis, et per consequens, per finem. Finis etiam posterior est causa quod præcedens finis intendatur ut finis ; non enim movetur aliquid in finem proximum, nisi propter finem postremum. Est igitur finis ultimus prima omnium causa. Esse autem primam omnium causam necesse est primo enti convenire, quod Deus est, ut supra ostensum est (l. I, c. 13, et l. II, c. 15). Deus igitur est ultimus omnium finis.

Hinc est quod dicitur : *Universa propter semetipsum operatus est Deus* (*Prov.* XVI, 4). Et : *Ego sum Alpha et Omega ; primus et novissimus* (*Apoc.* XXII, 13).

L'Écriture énonce ainsi cette vérité : *Dieu a fait toutes choses pour lui-même* [Prov., xvi, 4]. *Je suis l'Alpha et l'Oméga, le premier et le dernier* [Apoc., xxii, 13].

CHAPITRE XVIII.

Comment Dieu est la fin de tous les êtres.

Il nous reste donc à examiner comment Dieu est la fin universelle des êtres, et c'est ce qui ressort avec évidence des démonstrations précédentes. En effet :

1° Dieu est la fin dernière de tous les êtres, de telle manière cependant qu'il est le premier de tous quant à l'existence. Or, il est une fin qui, tout en obtenant la priorité comme cause, parce qu'elle est dans l'intention, est postérieure pour l'existence. C'est ce qui a lieu toutes les fois que par son action l'agent constitue sa fin ; ainsi, le médecin rétablit la santé du malade au moyen de l'action à laquelle il le soumet, et c'est là sa fin. Il est une autre fin qui a tout à la fois la priorité comme cause et sous le rapport de l'existence. On regarde comme une fin ce qu'un être cherche à acquérir lorsqu'il agit ou se met en mouvement : par exemple, le feu se meut pour s'élever en haut, et un roi livre une bataille pour s'emparer d'une ville. Donc Dieu est la fin des êtres, en ce sens que chacun d'eux doit le posséder de la manière qui lui convient.

CAPUT XVIII.

Quomodo Deus sit finis omnium.

Restat igitur inquirendum quomodo Deus sit omnium finis ; quod quidem ex præmissis fiet manifestum.

1° Sic enim est ultimus finis omnium rerum, quod tamen est prius omnibus in essendo. Finis autem aliquis invenitur qui, etiamsi primatum obtineat in causando secundum quod est in intentione, est tamen in essendo posterius. Quod quidem contingit in quolibet fine quem agens sua actione constituit ; sicut medicus constituit sanitatem per suam actionem in infirmo, quæ tamen est finis ejus. Aliquis autem finis invenitur qui, sicut est præcedens in causando, ita etiam in essendo præcedit ; sicut dicitur finis id quod aliquis sua actione vel motu acquirere intendit, ut locum sursum ignis per suum motum, et civitatem rex per pugnam. Deus igitur sic est finis rerum, sicut aliquid ab unaquaque re suo modo obtinendum.

2° Adhuc, Deus est simul ultimus re-

2° Dieu est tout ensemble la fin dernière des choses et le premier agent [ch. 17]. Or, la fin qui se trouve constituée par l'action de l'agent ne saurait être le premier agent, mais elle est bien plutôt un effet produit par cet agent. Donc Dieu ne peut être la fin des choses de la même manière qu'un être qui reçoit sa constitution de l'agent, mais seulement comme un être préexistant que l'agent doit posséder.

3° S'il arrive que l'agent fasse son action en vue d'une chose qui existe tout d'abord, et que cette action produise quelque effet, la chose qui détermine l'agent à agir acquiert nécessairement en vertu de son action ce qu'elle n'avait pas auparavant. C'est ainsi que les soldats combattent pour leur chef, qui par là remporte la victoire. Or, parce que Dieu est lui-même sa bonté absolument parfaite [liv. I, ch. 38-41], aucun être ne peut lui faire acquérir quoi que ce soit. Donc Dieu est la fin des choses, non comme s'il était constitué ou produit par les autres êtres, ni comme s'il recevait d'eux quelque chose, mais uniquement parce que ces êtres cherchent à le posséder.

4° L'effet doit tendre vers sa fin de la même manière que l'agent agit en vue d'une fin. Or, Dieu, qui est le premier agent pour tout ce qui existe, n'agit pas comme devant acquérir quelque chose par son action, mais comme devant au contraire communiquer quelque chose, parce qu'il n'est en puissance pour rien recevoir, mais il est parfaitement en acte et cet acte lui donne le pouvoir d'agir avec libéralité. Donc les êtres sont coordonnés avec Dieu, non comme avec une fin qui reçoit d'eux quelque chose, mais pour arriver par lui à le posséder lui-même de la manière propre à chacun, puisqu'il est lui-même leur fin.

---

rum finis et primum agens, ut ostensum est (c. 17). Finis autem per actionem agentis constitutus non potest esse primum agens, sed est magis effectus agentis. Non potest igitur Deus sic esse finis rerum, quasi aliquid constitutum, sed solum quasi aliquid praeexistens obtinendum.

3° Amplius, Si aliquid agat propter rem aliquam jam exsistentem et per ejus actionem aliquid constituatur, oportet quod rei propter quam agit aliquid acquiratur ex actione agentis; sicut si milites pugnant propter ducem, cui acquiritur victoria. Deo autem nihil potest acquiri ex actione cujuslibet rei; est enim sua bonitas omnino perfecta, ut ostensum est (l. I, c. 38-41). Relinquitur igitur quod Deus sit finis rerum, non sicut aliquid constitutum aut aliquid effectum a rebus, neque ita quod aliquid ei a rebus acquiratur, sed hoc solo modo quia ipse rebus acquiritur.

4° Item, oportet quod eo modo effectus tendat in finem quo agens propter finem agit. Deus autem, qui est primum agens omnium rerum, non sic agit quasi sua actione aliquid acquirat, sed quasi sua actione aliquid largiatur, quia non est in potentia ut aliquid acquirere possit, sed solum in actu perfecto, ex quo potest aliquid elargiri. Res igitur non ordinantur in Deum sicut in finem cui aliquid acquiratur, sed ut ab ipso ipsummet suó modo consequantur, quum ipsemet sit finis.

CHAPITRE XIX.

Tous les êtres s'efforcent de ressembler à Dieu.

Par là même que les créatures parviennent à posséder [dans une certaine mesure] la divine bonté, elles deviennent semblables à Dieu.

1° Donc si tous les êtres se portent vers Dieu comme vers leur fin dernière, il s'ensuit que leur fin dernière est de ressembler à Dieu.

2° L'agent est une fin pour l'effet, parce que l'effet recherche la ressemblance de l'agent; et c'est pour cette raison que la forme du sujet produit est la fin de la production. Or, Dieu est de telle sorte la fin des choses, qu'il en est aussi le premier agent. Donc tous les êtres tendent, comme à leur fin dernière, à ressembler à Dieu.

3° Tous les êtres nous montrent clairement qu'ils recherchent l'existence en vertu de leur nature; c'est pourquoi ceux qui sont sujets à la destruction résistent naturellement aux principes destructeurs et font effort pour se mettre dans une condition telle qu'ils puissent s'y conserver : le feu, par exemple, s'élève en haut; la terre reste en bas. Or, tous les êtres ont l'existence parce qu'ils ressemblent à Dieu, qui est l'*être* subsistant lui-même, puisque [en dehors de lui] rien n'existe que ce qui participe à l'*être*. Donc tous les êtres tendent, comme à leur fin dernière, à devenir semblables à Dieu.

4° Toutes les créatures sont en quelque sorte des images du premier agent, qui est Dieu; car l'agent produit un être qui lui ressem-

---

CAPUT XIX.

Quod omnia intendunt assimilari Deo.

Ex hoc autem quod acquirunt divinam bonitatem res creatæ, similes Deo constituuntur.

1° Si igitur res omnes in Deum sicut in ultimum finem tendunt, ut ipsius bonitatem consequantur, sequitur quod ultimus rerum finis sit Deo assimilari.

2° Amplius, Agens dicitur esse finis effectus in quantum effectus tendit in similitudinem agentis; unde forma generati est finis generationis. Sed Deus ita est finis rerum, quod est etiam primum agens earum. Omnia igitur tendunt, sicut ad ultimum finem, Deo assimilari.

3° Item, In omnibus rebus evidenter apparet quod esse appetunt naturaliter; unde et si quæ corrumpi possunt, naturaliter corrumpentibus resistunt, et tendunt illuc ubi conserventur; sicut ignis sursum, et terra deorsum. Secundum hoc autem esse habent omnia quod Deo assimilantur, qui est ipsum esse subsistens, quum omnia sunt solum quasi esse participantia. Omnia igitur appetunt, quasi ultimum finem, Deo assimilari.

4° Præterea, Res omnes creatæ sunt quædam imagines primi agentis, scilicet Dei; agens enim agit sibi simile. Perfectio

ble. Or, une image n'est parfaite qu'autant qu'elle représente son modèle par la ressemblance qu'elle a avec lui; et c'est dans ce but que l'on fait une image. Donc tous les êtres existent pour acquérir la ressemblance divine, qui est leur fin dernière.

5° Aucun être ne se meut ou n'agit qu'en vue d'un bien, qu'il recherche comme une fin [ch. 3]. Or, participer au bien, c'est ressembler à la bonté première, c'est-à-dire à Dieu. Donc le mouvement et l'action de tous les êtres ont pour terme la ressemblance divine, comme leur fin dernière.

CHAPITRE XX.

De quelle manière les créatures imitent la divine bonté.

Nous en avons dit assez pour prouver que la fin dernière de tous les êtres consiste dans leur ressemblance avec Dieu. Or, le bien a le caractère propre de la fin. Donc les créatures recherchent la propre ressemblance de Dieu, en tant qu'il est bon. Les créatures cependant n'arrivent pas à posséder la bonté de la même manière qu'elle est en Dieu, quoique chacune d'elles imite la bonté divine autant qu'elle en est capable. En effet :

1° La bonté divine est simple et comme renfermée tout entière dans l'unité; car l'*être* divin possède toute la plénitude de la perfection

---

autem imaginis est ut repræsentet suum exemplar per similitudinem ad ipsum; ad hoc enim imago constituitur. Sunt igitur res omnes propter divinam similitudinem consequendam, sicut propter ultimum finem.

5° Adhuc, Omnis res per suum motum vel actionem tendit in aliquod bonum, sicut in finem, ut supra (c. 3) ostensum est. In tantum autem aliquid de bono participat, in quantum assimilatur primæ bonitati, quæ Deus est. Omnia igitur per motus suos et actiones tendunt in divinam similitudinem, sicut in finem ultimum.

CAPUT XX.

Quomodo res divinam bonitatem imitentur.

Patet ergo, ex his quæ dicta sunt, quod assimilari ad Deum est ultimus omnium finis. Id autem quod proprie habet rationem finis est bonum. Tendunt igitur res in hoc, quod assimilentur Deo proprie, in quantum est bonus. Bonitatem autem creaturæ non assequuntur eo modo sicut in Deo est, licet divinam bonitatem unaquæque res imitetur secundum suum modum.

1° Divina enim bonitas simplex est,

[liv. I, ch. 28]. C'est pourquoi, comme le degré de bonté se mesure sur le degré de la perfection, l'*être* même de Dieu est sa bonté parfaite; car pour lui, exister, vivre, être sage, heureux, et en général avoir tous les attributs compris dans la perfection et la bonté, c'est une seule et même chose, puisque la bonté divine s'identifie avec l'*être* divin.

2° Une seconde différence consiste en ce que l'*être* divin est la substance même de Dieu existant, et cela est impossible dans les créatures; car nous avons démontré que nulle substance créée n'est à elle-même son *être* [liv. II, ch. 53]. C'est pourquoi toutes les choses qui existent étant considérées comme bonnes, s'il ne s'en trouve point qui soit à elle-même son *être*, aucune pareillement n'est sa propre bonté, mais chacune est bonne, parce qu'elle participe à la bonté [essentielle], de même qu'elle a la qualité d'être parce qu'elle participe à l'*être* de Dieu.

3° Toutes les créatures ne sont pas bonnes au même degré; car la substance de certains êtres est tout ensemble une forme et un acte, dans le cas où, en prenant la substance telle qu'elle est, il lui convient [absolument] d'exister en acte et d'être bonne. D'autres ont une substance composée d'une matière et d'une forme; et il convient à cette substance d'exister en acte et d'être bonne, mais seulement dans une de ses parties, qui est la forme. Donc la substance divine est elle-même sa bonté; une substance simple participe à la bonté [absolue] en tant qu'elle est un être; et la substance composée n'y participe que dans une partie de son être.

Il faut encore établir entre les substances du troisième degré une

---

quasi tota in uno consistens; ipsum enim divinum esse omnem plenitudinem perfectionis obtinet, ut probatum est (l. I, c. 28). Unde quum unumquodque in tantum sit bonum, in quantum est perfectum, ipsum divinum esse est ejus perfecta bonitas; idem enim est Deo esse, vivere, sapientem esse, beatum esse, et quidquid aliud ad perfectionem et bonitatem videtur pertinere, quasi tota divina bonitas sit ipsum divinum esse.

2° Rursum, Quia ipsum divinum esse est ipsius Dei exsistentis substantia, in aliis autem rebus hoc accidere non potest; ostensum est enim (l. II, c. 53) quod nulla substantia creata est ipsum suum esse. Unde si secundum quod res quælibet bona est, non est earum aliqua suum esse, nulla earum est sua bonitas; sed earum quælibet bonitatis participatione bona est, sicut et ipsius esse participatione est ens.

3° Rursus, Non omnes creaturæ in uno gradu bonitatis constituuntur. Nam quorumdam substantia forma et actus est; scilicet cui secundum id quod est, competit esse actu et bonum esse. Quorumdam vero substantia ex materia et forma composita est; cui competit actu esse et bonum esse, sed secundum aliquid sui, scilicet secundum formam. Divina igitur substantia sua bonitas est; substantia vero simplex bonitatem participat secundum id quod est; substantia autem composita secundum aliquid sui.

autre distinction qui porte également sur l'*être*. La forme de quelques êtres composés d'une matière et d'une forme réalise complétement la puissance [passive] de la matière, de telle sorte que cette matière ne conserve pas la puissance de recevoir une autre forme, et, par conséquent, que nulle autre matière n'est en puissance pour cette forme. Tels sont les corps célestes, qui absorbent en eux la totalité de leur matière. Il en est d'autres dont la forme ne réalise pas toute la puissance de la matière; et alors la matière reste en puissance pour une autre forme, tandis qu'une partie de la matière conserve sa puissance relativement à la même forme. Nous en avons une preuve dans les éléments et les corps qui en sont composés. Mais parce que par privation on entend la négation dans une substance d'une chose qu'elle peut recevoir en elle, il est évident que cette forme qui ne réalise pas toute la puissance de la matière se trouve accompagnée de la privation d'une autre forme, et que cette dernière ne saurait s'adjoindre à une substance dont la forme réalise complétement la puissance de la matière, ni à celle qui est essentiellement une forme, ni, à plus forte raison, à celle dont l'essence s'identifie avec son *être*. Comme le mouvement [ou le changement] est évidemment impossible là où il n'y a pas de puissance pour un état différent, puisque le mouvement est l'acte d'un être qui existe en puissance; comme encore il est prouvé que le mal est simplement la privation du bien [ch. 7], il en résulte clairement que, dans ce dernier ordre de substances, le bien est muable et mélangé avec le mal contraire; ce qui répugne dans les deux ordres supérieurs. Donc cette substance, dont nous venons de

---

In hoc autem tertio gradu substantiarum iterum diversitas invenitur quantum ad ipsum esse. Nam quorumdam ex materia et forma compositorum totam materiæ potentiam forma adimplet, ita quod non remanet in materia potentia ad aliam formam, et per consequens, nec in aliqua alia materia potentia ad hanc formam; et hujusmodi sunt corpora cœlestia, quæ ex tota materia sua constant. Quorumdam vero forma non replet totam materiæ potentiam; unde adhuc in materia remanet potentia ad aliam formam, et in aliqua materiæ parte remanet potentia ad hanc formam, sicut patet in elementis et elementatis. Quia vero privatio est negatio in substantia ejus quod substantiæ potest inesse, manifestum est quod cum hac forma, quæ non implet totam materiæ potentiam, adjungitur privatio formæ; quæ quidem adjungi non potest substantiæ cujus forma implet totam materiæ potentiam; neque illi quæ est forma per suam essentiam, et multo minus illi cujus essentia est ipsum suum esse. Quum autem manifestum sit quod motus non potest esse ubi non est potentia ad aliud, quia motus est actus exsistentis in potentia; itemque manifestum sit quod malum est ipsa privatio boni (c. 7), planum est quod in hoc ultimo substantiarum ordine est bonum mutabile cum permixtione mali oppositi se habens, quod in superioribus substantiarum ordinibus accidere non potest. Possidet igitur hæc substantia ultimo modo dicta, sicut ultimum gradum in esse, ita ultimum gradum in bonitate.

parler en dernier lieu, est au dernier degré de la bonté aussi bien que de l'*être*.

On distingue même certains degrés de bonté entre les parties de cette substance composée d'une matière et d'une forme. En effet, de ce principe que la matière considérée en elle-même est un être en puissance, que la forme est son acte, et que la substance composée existe en acte par la forme, il faut conclure que la forme est bonne en elle-même. La substance est bonne parce qu'elle possède actuellement sa forme, et la bonté de la matière consiste en ce qu'elle est en puissance pour la forme. Quoique chacun des êtres soit bon en sa qualité d'être, il ne s'ensuit pas que la matière, qui est seulement un être en puissance, ne soit bonne qu'en puissance. L'être, en effet, est quelque chose d'absolu, et le bien consiste dans un certain ordre [ou dans une relation]; car on n'envisage pas une chose comme bonne uniquement parce qu'elle est une fin, ou bien qu'elle a atteint sa fin; mais lors même qu'elle n'est pas encore arrivée à sa fin, il lui suffit, pour être bonne, d'être coordonnée avec une fin. On ne peut donc pas donner absolument le nom d'être à la matière pour cela seul qu'elle est un être en puissance, ce qui constitue pour elle un rapport avec l'*être* (1); cependant, en raison de ce même rapport, on peut la considérer comme bonne absolument; et cela nous fait voir que le bien est en un sens plus étendu que l'être.

Saint Denys exprime cette pensée en disant que le bien s'étend à ce qui existe et à ce qui n'existe pas encore (2); car cela même qui n'existe

(1) Ce rapport consiste en ce qu'elle est capable de recevoir une existence actuelle par l'application de la forme, puisque c'est la forme qui la fait passer de la puissance à l'acte.

(2) In hac igitur rerum universitate motionum, statuumque ac firmitatum causa et

---

Inter partes etiam hujus substantiæ ex materia et forma compositæ bonitatis ordo invénitur. Quum enim materia sit ens in potentia, secundùm se considerata; forma vero sit actus ejus; substantia vero composita sit actu exsistens per formam, forma quidem erit secundum se bona, substantia vero composita prout actu habet formam; materia vero secundum quod est in potentia ad formam. Et licet unumquodque sit bonum, in quantum est ens, non tamen oportet quod materia, quæ est ens solum in potentia, sit bona solum in potentia. Ens enim absolute dicitur, bonum autem et in ordine consistit; non enim solum aliquid bonum dicitur quia est finis, vel quia est obtinens finem; sed etiam si nondum ad finem pervenerit, dummodo sit ordinatum in finem, ex hoc ipso dicitur bonum. Materia ergo non potest simpliciter dici ens ex hoc quod est potentia ens, in quo importatur ordo ad esse; potest autem ex hoc simpliciter dici bona propter ordinem ipsum In quo apparet quod bonum quodammodo amplioris est ambitus quam ens.

Propter quod Dionysius dicit (*De div. nom.*, c. 4) quod bonum se extendit ad exsistentia et non exsistentia, nam et ipsa non exsistentia, scilicet materia, secundum quod intelligitur privationi subjecta, appetit bonum,

pas, et nous voulons parler de la matière en tant qu'elle est soumise à la privation, recherche le bien, c'est-à-dire l'*être;* ce qui prouve qu'elle est bonne elle-même, puisque rien ne désire le bien que ce qui est bon.

La bonté de la créature est encore inférieure à la bonté divine sous un autre rapport. Ainsi que nous venons de l'observer, Dieu renferme dans son être même la bonté portée à sa plus haute perfection, tandis que la perfection qui convient à la créature n'est pas concentrée dans un seul être, mais dans un grand nombre; car ce qui se réduit à l'unité dans l'être le plus élevé devient multiple en passant dans les êtres inférieurs. C'est pour cela que nous qualifions Dieu de puissant, de sage, d'actif, en le considérant sous le même rapport. S'il s'agit, au contraire, de la créature, ces qualités ne lui conviennent que sous des rapports différents, et sa bonté demande, pour être parfaite, que la multiplicité s'augmente en elle à mesure qu'elle s'éloigne davantage de la première bonté. Lorsqu'elle est dans l'impossibilité d'acquérir dans toute sa perfection la bonté qui lui convient, elle la possède d'une manière incomplète et seulement dans quelques-unes de ses parties. Il résulte de là que, quoique le premier et le souverain bien soit absolument simple, et que les autres substances se rapprochent autant de lui par leur bonté que par leur simplicité, il existe cependant de viles substances qui sont plus simples que d'autres substances supérieures. Tels sont, relativement aux hommes et aux animaux, les élé-

conservatio et finis est bonum illud pulchrum, quod est supra statum omnem ac motum, per quod et ex quo et ad quem et cujus gratia status omnis ac motus exsistit. Etenim ex ipso et per ipsum... vita omnis... omnis substantia... omnis habitus... omnis ratio... omnis scientia... et ut summatim dicam, omnia quæ sunt ex pulchro et bono exsistunt, et omnia quæ non sunt in pulchro et bono sunt suprasubstantialiter; et est omnium principium principiale et finis perfectus; *quoniam ex ipso et per ipsum et ad ipsum omnia,* sicut ait Scriptura (Rom., XI, 36); (S. Dionys. *De divin. nomin.*, c. 4).

---

scilicet esse : ex quo patet, quod etiam sit bona; nihil enim appetit bonum, nisi bonum.

Est autem et alio modo creaturæ bonitas a bonitate divina deficiens. Nam, sicut dictum est (supra), Deus in ipso suo esse summam perfectionem obtinet bonitatis; res autem creata suam perfectionem non possidet in uno, sed in multis; quod enim est in supremo unitum, multiplex in infimis invenitur. Unde Deus secundum idem dicitur esse virtuosus, sapiens et operans; creatura vero secundum diversa, tantoque perfecta bonitas alicujus creaturæ majorem multiplicitatem requirit, quanto magis a prima bonitate distans invenitur. Si vero perfectam bonitatem non possit attingere, imperfectam retinebit in paucis. Et inde est quod licet primum et summum bonum sit omnino simplex, substantiæque ei in bonitate propinquæ sint pariter et quantum ad simplicitatem vicinæ, infimæ tamen substantiæ inveniuntur simpliciores quibusdam superioribus eis; sicut elementa animalibus et hominibus, quia non possunt pertingere ad perfectionem cognitionis et intellectus,

ments constitutifs de ces êtres; car ils sont incapables d'arriver au degré de connaissance et d'intelligence propre aux animaux et aux hommes.

Il est donc évident, par tout ce qui précède, que, bien que Dieu jouisse de sa bonté parfaite et entière, à raison de la simplicité de son *être*, les créatures ne parviennent cependant pas à posséder parfaitement leur bonté par leur *être* seul, mais au moyen de plusieurs choses. De ce que chacune d'elles est bonne en tant qu'elle existe, on ne peut donc pas la considérer comme absolument bonne, si certaines qualités requises pour sa bonté lui font défaut. Supposons, par exemple, un homme ayant perdu la vertu et adonné au vice : il est bon sous un rapport, c'est-à-dire comme être et comme homme; cependant, pris absolument, il n'est pas bon, mais il est bien plutôt mauvais. Donc on ne doit pas dire de toute créature que pour elle c'est une même chose d'exister et d'être bonne absolument, quoique toutes soient bonnes en tant qu'elles existent; mais pour Dieu il faut dire sans restriction que son être s'identifie avec sa bonté absolue.

S'il est vrai, d'abord, que tous les êtres recherchent, comme étant leur fin, la ressemblance de la divine bonté; ensuite, qu'un être devient semblable à la bonté divine par tout ce qui concourt à réaliser sa propre bonté; enfin que la bonté d'une chose ne consiste pas seulement dans son *être*, mais dans la réunion de tous les attributs requis pour sa perfection, ainsi que nous l'avons prouvé, il est évident que les créatures sont coordonnées avec Dieu comme avec leur fin, non seulement en raison de leur être substantiel, mais encore par tout ce qui s'ajoute à cet être pour le perfectionner, et aussi par son opération propre; et tout cela entre dans la perfection de la chose elle-même.

---

quam consequuntur animalia et homines.

Manifestum est ergo ex dictis, quod licet Deus secundum suum simplex esse perfectam et totam suam bonitatem habeat, creaturæ tamen ad perfectionem suæ bonitatis non pertingunt per solum suum esse, sed per plura. Unde licet quælibet earum sit bona in quantum est, non tamen potest simpliciter bona dici, si aliis careat quæ ad ipsius bonitatem requiruntur; sicut homo qui virtute spoliatus, vitiis est subjectus, dicitur quidem bonus secundum quid, scilicet in quantum est ens et in quantum est homo, non tamen bonus simpliciter, sed magis malus. Non igitur cuilibet creaturarum idem est esse, et bonum esse simpliciter, licet quælibet earum bona sit in quantum est; Deo vero simpliciter idem est esse, et esse bonum simpliciter.

Si autem res quælibet tendit in divinæ bonitatis similitudinem, sicut in finem; divinæ autem bonitati assimilatur aliquid quantum ad omnia quæ ad propriam pertinent bonitatem; bonitas autem rei non solum in esse suo consistit, sed in omnibus aliis quæ ad suam perfectionem requiruntur ut (supra) ostensum est, manifestum est, quod ordinantur in Deum sicut in finem, non solum secundum esse substantiale, sed etiam secundum ea quæ ei accidunt

CHAPITRE XXI.

Les créatures tendent à ressembler à Dieu comme causes.

Nous voyons maintenant très clairement que les créatures s'efforcent d'arriver à la ressemblance divine, même en ce qu'elles sont causes d'autres êtres. En effet :

1° C'est par son opération qu'un être créé cherche à atteindre à cette ressemblance. Or, c'est aussi par son opération qu'il devient la cause d'un autre. Donc les créatures tendent à ressembler à Dieu en devenant les causes d'autres êtres.

2° Ainsi que nous l'avons observé [ch. 20], toute chose cherche à ressembler à Dieu parce qu'il est bon. Or, c'est en puisant dans sa bonté que Dieu donne l'existence aux êtres distincts de lui; car l'agent quel qu'il soit n'agit qu'autant qu'il est parfaitement en acte. Donc on peut dire de tous les êtres en général qu'ils aspirent à ressembler à Dieu en devenant causes d'autres êtres.

3° Toute relation avec le bien est elle-même un bien [ch, 20]; et par là même qu'un être est la cause d'un autre, il est en rapport avec le bien. Or, le bien seul est connu et produit essentiellement, et le mal ne l'est que par accident [ch. 13]. Donc devenir la cause d'autres êtres c'est un bien. Or, en se portant vers un bien quel qu'il soit, un être s'efforce toujours de ressembler à Dieu, puisque tout bien créé n'est

---

pertinentia ad perfectionem ipsius, et etiam secundum propriam operationem; quæ etiam pertinent ad perfectionem rei.

CAPUT XXI.

Quod res intendunt assimilari Deo in hoc quod sunt causæ.

Ex his autem apparet quod res intendunt divinam similitudinem etiam in hoc quod sunt causæ aliorum.

1° Tendit enim in divinam similitudinem res creata per suam operationem. Per suam autem operationem una res fit causa alterius. Ergo in hoc etiam res intendunt divinam similitudinem ut sint aliis causæ.

2° Adhuc, Res intendunt in divinam similitudinem in quantum [Deus] est bonus, ut supra (c. 20) dictum est. Ex bonitate autem Dei est quod aliis esse largitur; unumquodque enim agit in quantum est actu perfectum. Desiderant igitur generaliter res in hoc Deo assimilari ut sint aliorum causæ.

3° Amplius, Ordo ad bonum boni rationem habet, ut ex dictis (c. 20) est manifestum. Unumquodque autem per hoc quod est causa alterius ordinatur ad bonum. Bonum autem solum per se cognoscitur et causatur; malum autem per accidens tantum, ut ostensum est (c. 13). Esse igitur aliorum causa est bonum. Secundum autem quodlibet bonum ad quod tendit aliquid, intendit divinam similitudinem, quum quod-

tel que parce qu'il participe à la bonté divine. Donc les êtres cherchent à ressembler à Dieu en devenant causes d'autres êtres.

4° La tendance que montre l'effet pour ressembler à l'agent et celle de l'agent à s'assimiler son effet partent du même principe. Donc l'effet recherche la fin vers laquelle il est poussé par l'agent. Or, l'agent tend à s'assimiler le sujet de l'action, non-seulement sous le rapport de l'être, mais encore sous celui de la causalité ; car l'effet naturel reçoit de l'agent les principes qui le rendent cause d'autres êtres, aussi bien que ceux qui font de lui un être subsistant : l'animal, en effet, reçoit simultanément au moment de sa génération, de l'être qui l'engendre, la vertu nutritive et la faculté d'engendrer lui-même. L'effet tend donc, comme nous venons de le montrer, à ressembler à l'agent, non-seulement parce qu'il appartient à la même espèce, mais encore en devenant la cause d'autres effets. Or, les êtres recherchent la ressemblance divine de la même manière que l'effet recherche celle de Dieu. Donc les créatures s'efforcent naturellement de s'assimiler à Dieu en ce qu'elles sont causes d'autres êtres.

5° La perfection d'un être est portée au plus haut degré lorsqu'il est capable de produire un autre être semblable à lui : une chose, par exemple, est parfaitement lumineuse lorsqu'elle peut en éclairer d'autres. Or, tout ce qui fait effort pour arriver à sa perfection recherche par là même la ressemblance divine. Donc un être cherche à ressembler à Dieu lorsqu'il tend à devenir la cause d'autres êtres. Et, parce que la cause est supérieure à l'effet en sa qualité de cause, la plus grande perfection que puisse atteindre un être consiste évidemment en ce

---

libet bonum creatum sit ex participatione divinæ bonitatis. Intendunt igitur res divinam similitudinem in hoc quod sint aliorum causæ.

4° Item, Ejusdem rationis est quod effectus tendat in similitudinem agentis et quod agens assimilet sibi effectum. Tendit igitur effectus in finem in quem dirigitur ab agente. Agens autem intendit sibi assimilare patiens, non solum quantum ad esse ipsius, sed etiam quantum ad causalitatem ; sicut enim ab agente conferuntur effectui naturali principia per quæ subsistat, ita principia per quæ aliorum sit causa ; sicut enim animal, dum generatur, accipit a generante virtutem nutritivam, ita etiam virtutem generativam. Effectus igitur tendit in similitudinem agentis, ut (supra) ostensum est, non solum quantum ad speciem ipsius, sed etiam quantum ad hoc quod sit aliorum causa. Sic autem tendunt res in similitudinem Dei, sicut effectus in similitudinem agentis. Intendunt igitur res naturaliter assimilari Deo in hoc quod sunt causæ aliorum.

5° Præterea, Tunc maxime perfectum est unumquodque, quando potest alterum sibi simile facere ; illud enim perfecte lucet quod alia illuminare potest. Unumquodque autem tendens in suam perfectionem, tendit in divinam similitudinem. Per hoc igitur unumquodque tendit in divinam similitudinem quod intendit aliorum causa esse. Quia vero causa, in quantum hujusmodi, superior est causato, manifestum est quod tendere in divinam similitudinem, per hunc modum ut sit aliorum causa, est superior perfectio in entibus.

qu'il cherche, pour ressembler à Dieu, à devenir la cause d'autres êtres.

6° Nous avons déjà observé qu'une chose ne peut être la cause d'une autre qu'autant qu'elle est tout d'abord parfaite en elle-même. Donc sa dernière perfection c'est d'être la cause d'autres choses. Donc, puisque la créature tend à ressembler à Dieu en plusieurs manières, il lui reste, en dernier lieu, à rechercher la ressemblance divine, en ce qu'elle deviendra la cause d'autres êtres.

Saint Denys professe la même doctrine en disant que ce qui rend un être plus divin (1), c'est de devenir le coopérateur de Dieu, suivant cette parole de l'Apôtre : *Nous sommes les coadjuteurs de Dieu* [I Cor., III, 9] (2).

CHAPITRE XXII.

Comment les êtres sont différemment coordonnés avec leurs fins.

Il est facile de prouver, par tout ce qui précède, que la dernière chose qui met un être dans le rapport voulu avec sa fin, c'est son opération ; mais cela a lieu de diverses manières, en raison de la différence des opérations.

(1) C'est-à-dire ce qui rapproche le plus un être de Dieu et lui donne une plus gran. ressemblance avec lui.

(2) Cujuslibet eorum qui sacrum ordinem sortiti sunt in hoc sita est perfectio ut ad divinam, pro captu quisque suo, promoveatur imitationem, quodque divinius est omnium, ipsius etiam Dei, ut eloquia loquuntur, cooperator exsistat (S. Dionys., *De cœlesti hierarchia*, c. 3).

6° Item, Prius est unumquodque in se perfectum quam possit alterum causare, ut dictum est. Hæc igitur perfectio ultimo accidit rei, ut aliorum causa exsistat. Quum igitur per multa tendat res creata in divinam similitudinem, hoc ultimum ei restat, ut divinam similitudinem quærat per hoc quod sit aliorum causa.

Unde Dionysius dicit (de Cœles. Hierarc., c. 3) quod omnium divinius est Dei cooperatorem fieri ; secundum quod Apostulus dicit : *Dei adjutores sumus*. (I Cor., III, 9).

CAPUT XXII.

Quomodo res diversimode in suos fines ordinantur.

Ex præmissis autem manifestum esse potest quod ultimum per quod unaquæque res ordinatur ad finem est ejus operatio, diversimode tamen secundum diversitatem operationis.

Nam quædam operatio est rei ut aliud moventis, sicut calefacere et secare. Quæ-

Un être peut opérer comme moteur d'un autre être : échauffer, diviser, sont des opérations de ce genre. Une autre opération consiste à recevoir le mouvement : par exemple, être échauffé, être divisé. Une troisième opération perfectionne l'être qui opère et qui est en acte, sans avoir pour fin de le transformer : la première de ces conditions (1) établit une différence entre cette opération et l'état passif et le mouvement ; la seconde (2) la distingue de l'action qui modifie la matière extérieure. Les opérations telles que connaître, sentir, vouloir, ont ce caractère. Nous tirons de là cette conséquence évidente que les êtres qui sont seulement mus, et ne font qu'opérer sans mouvoir eux-mêmes ni rien produire, tendent à ressembler à Dieu en ce qu'ils se perfectionnent en eux-mêmes ; ceux qui produisent quelque chose et donnent le mouvement, en tant que tels, recherchent la divine ressemblance en devenant causes d'autres êtres ; enfin, ceux qui meuvent parce qu'ils sont mus tendent au même but en ces deux sens à la fois.

Parce que les mouvements imprimés aux corps inférieurs sont naturels, nous considérons ces corps seulement comme des mobiles et non comme des moteurs, si ce n'est par accident : ainsi il arrive quelquefois qu'une pierre lancée de haut en bas déplace un objet qu'elle rencontre, et il en est de même du changement et des autres mouvements. Le mouvement de ces êtres a donc pour fin la ressemblance divine, en ce qu'il les perfectionne en eux-mêmes, c'est-à-dire qu'il leur donne une forme et un lieu propres.

Les corps célestes, au contraire, sont simultanément moteurs et

(1) C'est-à-dire que l'être qui opère est en acte.
(2) C'est-à-dire que la fin de cette opération n'est pas de transformer le sujet.

---

dam vero est operatio rei, ut ab alio motæ, sicut calefieri et secari. Quædam vero operatio est perfectio operantis actu exsistentis in aliud transmutandum non tendens : quorum primo differt a passione et motu ; secundo vero ab actione transmutativa exterioris materiæ. Hujusmodi autem operatio est sicut intelligere, sentire et velle. Unde manifestum est quod ea quæ moventur vel operantur tantum, sine hoc quod moveant vel faciant, tendunt in divinam similitudinem, quantum ad hoc quod sint in seipsis perfecta ; quæ autem faciunt et movent, in quantum hujusmodi, tendunt in divinam similitudinem, in hoc quod sint aliorum causæ ; quæ vero per hoc quod moventur movent, tendunt in divinam similitudinem quantum ad utrumque.

Corpora autem inferiora, secundum quod moventur motibus naturalibus, considerantur ut mota tantum, non autem ut moventia, nisi per accidens ; accidit enim lapidi quod descendens aliquod obvians impellat ; et similiter est in alteratione et aliis motibus. Unde finis motus eorum est ut consequantur divinam similitudinem, quantum ad hoc quod sint in seipsis perfecta ; utpote habentia propriam formam et proprium *ubi*.

Corpora vero cœlestia movent mota ; unde finis motus eorum est consequi divi-

mobiles. C'est ce qui fait que la fin de leur mouvement est la ressemblance avec Dieu sous le double rapport que nous avons indiqué : d'abord en raison de leur propre perfection, puisque par là le corps céleste occupe un certain lieu où il n'était pas auparavant. Quoique ce corps [par suite du changement en question] se trouve en puissance pour le lieu dans lequel il était tout d'abord en acte, cela ne l'empêche pas d'arriver à sa perfection; car la matière première est dans les mêmes conditions : elle tend à sa perfection lorsqu'elle entre en possession actuelle d'une forme qu'elle n'avait auparavant qu'en puissance, bien qu'elle perde celle qu'elle avait auparavant en acte; et la matière reçoit ainsi successivement toutes les formes auxquelles s'étend sa puissance, afin que cette puissance arrive tout entière à l'acte successivement; ce qui ne peut se réaliser simultanément. C'est pourquoi, lorsqu'un corps céleste est en puissance pour un lieu, de même que la matière première pour une forme, il acquiert sa propre perfection par cela même que sa puissance pour le lieu passe successivement à l'acte; car un tel effet ne saurait se produire dans un seul instant.

La fin du mouvement des corps célestes considérés comme moteurs est de les faire ressembler à Dieu en les rendant causes d'autres êtres. Or, ils sont causes d'autres êtres en ce que leurs influences déterminent la génération, la corruption et les autres mouvements [ou changements] qui surviennent dans ce monde inférieur. Donc, en tant que les mouvements des corps célestes produisent le mouvement, ils sont coordonnés en vue de la génération et de la corruption auxquelles les corps inférieurs sont assujétis. Quoique les corps inférieurs soient

---

nam similitudinem quantum ad utrumque : Quantum quidem ad propriam perfectionem, in quantum corpus cœleste sit in aliquo *ubi* in actu, in quo prius erat in potentia. Nec propter hoc minus suam perfectionem consequitur, quamvis ad *ubi*, in quo prius erat actu, remaneat in potentia; similiter enim et materia prima in suam perfectionem tendit per hoc quod acquirit in actu formam, quam prius habebat in potentia, licet et aliam habere desinat, quam prius actu habebat; sic enim successive materia omnes formas suscipit ad quas est in potentia, ut tota ejus potentia reducatur in actum successive; quod simul fieri non poterat. Unde quum corpus cœleste sit potentia ad *ubi*, sicut materia prima ad formam, perfectionem suam consequitur per hoc quod ejus potentia tota ad *ubi* reducitur in actum successive; quod simul non poterat fieri.

In quantum vero movendo movent, est finis motus eorum consequi divinam similitudinem, in hoc quod sint causæ aliorum. Sunt autem aliorum causæ per hoc quod causant generationem et corruptionem et alios motus in istis inferioribus. Motus igitur corporum cœlestium, in quantum movent, ordinantur ad generationem et corruptionem, quæ est in istis inferioribus. Non est autem inconveniens quod corpora cœlestia moveant ad generationem horum inferiorum, quamvis hæc inferiora corpora sint cœlestibus corporibus indigniora; quum

moins nobles que les corps célestes, il ne répugne nullement que ceux-ci communiquent leur mouvement dans le but de réaliser la génération de ceux-là, bien que la fin doive nécessairement l'emporter sur le moyen; car l'action du principe générateur a pour terme l'action de l'être engendré, et cependant l'être engendré ne surpasse pas en noblesse le principe générateur, mais lorsque l'agent est univoque (3), il appartient à la même espèce. En effet, le principe générateur a en vue la forme de l'être engendré, qui est la fin de la génération, non comme une fin dernière, mais comme un trait de ressemblance avec l'*être* divin, ressemblance qui consiste dans la conservation de l'espèce et dans la communication de sa bonté; et il atteint ce but en transmettant à d'autres êtres la forme propre à son espèce, et en devenant la cause de leur existence. Il en est de même des corps célestes. Quoiqu'ils soient d'une nature plus excellente que les corps inférieurs, leur fin dernière n'est pas de déterminer par leurs mouvements la génération de ces êtres et de faire passer leurs formes à l'état d'acte; mais cette opération est pour eux un moyen d'arriver à leur fin dernière, c'est-à-dire à la ressemblance divine, qui consiste en ce qu'ils sont causes d'autres êtres.

C'est ici le lieu d'observer que chaque être participe, dans une égale proportion, à la ressemblance de la divine bonté, qui fait l'objet de sa volonté, et à la ressemblance de la volonté divine, principe de l'existence et de la conservation des choses. Or, cette participation à la ressemblance de la bonté divine est plus simple et plus universelle dans les êtres supérieurs, et dans les êtres inférieurs elle se partage et

(3) L'agent ou la cause est *univoque* lorsque l'effet appartient à la même espèce. L'homme, par exemple, produit un homme, et dans ce cas le principe et le terme de l'action sont *univoques*.

---

tamen finem oporteat esse potiorem eo quod est ad finem; generans enim agit ad formam generati; quum tamen generatum non sit dignius generante, sed in agentibus univocis sit ejusdem speciei cum ipso; intendit enim generans formam generati, quæ est generationis finis, non quasi ultimum finem, sed similitudinem esse divini in perpetuatione speciei et in diffusione bonitatis suæ, per hoc quod aliis formam speciei suæ tradidit et aliorum fit causa. Similiter autem corpora cœlestia, licet sint digniora inferioribus corporibus, non tamen intendunt generationem eorum et formas generatorum in actum educere per suos motus, quasi ultimum finem; sed per hoc ad divinam similitudinem tendentes, quasi ad ultimum finem, in hoc quod causæ aliorum existant.

Considerandum tamen quod unumquodque, in quantum participat similitudinem divinæ bonitatis, quæ est objectum voluntatis ejus, in tantum participat de similitudine divinæ voluntatis, per quam res producuntur in esse et conservantur. Superiora autem divinæ bonitatis similitudinem participant simplicius et universalius; inferiora vero particularius et magis divisim; unde et inter corpora cœlestia et inferiora non attenditur similitudo secundum æquiparan-

se divise davantage; c'est pourquoi on ne considère pas la ressemblance qui existe entre les corps célestes et les corps terrestres comme une égalité parfaite, mais comme le rapport qui rattache l'un à l'autre l'agent universel et l'effet particulier. De même donc que dans ce monde inférieur l'intention de l'agent particulier se restreint au bien de telle ou telle espèce, de même l'intention du corps céleste s'étend au bien général de la substance corporelle, qui se conserve, se multiplie et s'accroît au moyen de la génération. Or, puisque, d'après le principe précédemment posé, tout mobile, en tant qu'il est mû, recherche la ressemblance divine pour se perfectionner en lui-même, et que rien n'est parfait que ce qui arrive à l'acte, tout être existant en puissance ne peut avoir d'autre tendance que d'arriver à l'acte au moyen du mouvement. Donc la matière, en suivant son appétit naturel, se porte de préférence vers tel acte, s'il est plus éloigné et plus parfait. Par conséquent, cet appétit naturel, en vertu duquel la matière recherche la forme, doit tendre, comme à la fin dernière de la génération, à l'acte le plus éloigné et le plus parfait auquel la matière peut atteindre.

Il y a plusieurs degrés dans les actes des formes. La matière première est tout d'abord en puissance pour la forme élémentaire; réduite à la forme élémentaire, elle est en puissance pour la forme mixte, parce que les éléments sont la matière de l'être résultant d'un mélange; considérée comme forme mixte, elle est en puissance pour la forme de l'âme végétative; car cette âme est la forme des corps de cette nature; de même, l'âme végétative est sensitive en puissance, et l'âme sensitive est intellectuelle de la même manière. Cela est prouvé par les progrès de la génération : son produit commence par être un

---

tiam, sicut in his quæ sunt unius speciei; sed sicut universalis agentis ad particularem effectum. Sicut igitur particularis agentis, in istis inferioribus, intentio contrahitur ad bonum ejus speciei vel illius, ita intentio corporis cœlestis fertur ad bonum commune substantiæ corporalis, quæ per generationem conservatur, et multiplicatur, et augetur. Quum vero, ut (supra) dictum est, quælibet res mota, in quantum movetur, tendat in divinam similitudinem ut sit in se perfecta, perfectum autem fit unumquodque in quantum fit actu, oportet quod intentio cujuslibet in potentia exsistentis sit ut per motum tendat in actum. Quanto igitur aliquis actus est posterior et magis perfectus, tanto principalius in idipsum appetitus materiæ fertur; unde oportet quod in ulteriorem et perfectissimum actum, quem materia consequi potest, tendat appetitus materiæ quo appetit formam, sicut in ultimum finem generationis.

In actibus autem formarum gradus quidam inveniuntur. Nam materia prima est in potentia primum ad formam elementi; sub forma vero elementi exsistens, est in potentia ad formam mixti, propter quod elementa sunt materia mixti; sub forma autem mixti considerata, est in potentia ad animam vegetabilem; nam talis corporis

fœtus, qui vit à la façon des plantes; à cette vie succède celle de l'animal, et en troisième lieu la vie propre de l'homme (4). Dans l'ordre des êtres produits par voie de génération et sujets à la corruption, il n'y a pas d'autre forme plus éloignée et plus noble que cette dernière. L'âme humaine est donc le terme de la génération complète, et la matière tend à arriver à ce terme qui est sa forme dernière. Donc les éléments existent pour les corps mixtes, et ceux-ci pour les corps vivants. Parmi ces derniers, les plantes existent pour les animaux; les animaux pour l'homme, et l'homme est la fin de la génération tout entière.

Comme la même chose est produite et conserve son *être* suivant l'ordre que nous venons d'indiquer pour la génération des êtres, leur conservation est également soumise à un certain ordre. Aussi voyons-nous que les corps mixtes s'entretiennent au moyen des qualités qui leur conviennent dans les éléments; les plantes trouvent leur nourriture dans les corps mixtes; les animaux dans les plantes, et quelques-uns d'entre eux, qui sont plus parfaits et plus forts, se nourrissent d'autres moins parfaits et plus faibles. Quant à l'homme, il convertit à son usage les êtres de tout genre : les uns servent à le nourrir, et

(4) Saint Thomas, en s'exprimant ainsi, ne veut pas dire que la matière première, au moyen de ces transformations successives, peut devenir la substance même de l'âme. Il applique ici ce principe posé et prouvé dans le chapitre 68 du livre II, que l'âme est la forme du corps, dont elle est parfaitement distincte comme substance. La matière, en passant par les états ou formes intermédiaires d'élément simple et de corps mixte ou composé d'éléments divers, devient capable de recevoir d'autres formes plus parfaites, qui sont : l'âme végétative, ou la vie des plantes; c'est le premier et le plus faible degré de la vie; ensuite l'âme sensitive, ou la vie des animaux, qui est déjà plus complète; enfin l'âme ou la vie intellectuelle propre à l'homme. Cette forme est le dernier degré de perfection auquel la matière peut s'élever, parce qu'il n'y au-dessus de l'homme que de pures intelligences, ou, selon l'expression de saint Thomas, des *substances séparées*.

---

anima actus est; itemque anima vegetabilis est in potentia ad sensitivam; sensitiva vero ad intellectivam. Quod processus generationis ostendit : Primo enim in generatione est fœtus vivens vita plantæ; postmodum vero vita animalis; demum vero vita hominis. Post hanc autem formam non invenitur in generabilibus et corruptibilibus posterior forma et dignior. Ultimus igitur generationis totius gradus est anima humana, et in hanc tendit materia sicut in ultimam formam. Sunt ergo elementa propter corpora mixta; hæc vero propter viventia; in quibus plantæ sunt propter animalia; animalia propter hominem; homo enim est finis totius generationis.

Quia vero eadem res generatur et conservatur in esse secundum ordinem præmissum in generationibus rerum, est etiam ordo in conservationibus earumdem. Unde videmus quod corpora mixta sustentantur per elementorum congruas qualitates; plantæ vero ex mixtis corporibus nutriuntur; animalia ex plantis nutrimentum habent; et quædam etiam perfectiora et virtuosiora ex quibusdam imperfectioribus et infirmioribus. Homo vero utitur omnium rerum generibus ad sui utilitatem : quibusdam qui-

d'autres lui fournissent le vêtement. Voilà ce qui fait que la nature le met nu au monde, parce qu'il peut trouver de quoi se vêtir, de même qu'à l'exception du lait elle ne lui prépare aucun des aliments convenables, afin de l'obliger à chercher sa nourriture parmi ce qui l'entoure. L'homme emploie encore comme véhicules certains êtres; car comme il le cède à beaucoup d'animaux pour la célérité des mouvements et la force nécessaire pour supporter les travaux pénibles, ces animaux sont en quelque sorte destinés à devenir ses aides. Bien plus encore, il tire parti de toutes les choses sensibles pour perfectionner sa connaissance intellectuelle. C'est pourquoi le Psalmiste dit à Dieu en parlant de l'homme : *Vous avez tout mis sous ses pieds* [Ps. VIII, 8]. Nous lisons aussi dans la *Politique* d'Aristote que l'homme est naturellement le maître des autres animaux (5).

Si donc il est vrai que le mouvement du ciel ait lieu en vue de la génération des êtres, et que l'homme soit le terme de la génération tout entière et comme la fin dernière de ce genre, il est évident que dans l'ordre des êtres produits par voie de génération et susceptibles d'être mus, la fin [prochaine] du mouvement du ciel se rattache à l'existence de l'homme comme à sa dernière fin. L'Écriture nous rappelle cette vérité en disant que Dieu a fait les corps célestes *pour servir à toutes les nations* (6).

(5) Perspicuum est consentaneum esse naturæ atque expedire ei corpori animo servire..... Rursum in homine et in aliis animantibus similiter se res habet. Cicures enim bestiæ feris sunt meliores natura. His autem omnibus melius est hominis imperio subjectas esse (Arist., *Politicorum* seu *De republica*, I, c. 5).

(6) Custodite igitur sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb, de medio ignis, ne forte elevatis oculis ad cœlum, videas solem et lunam, et omnia astra cœli, et errore deceptus adores ea, et colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt (*Deuter.*, IV, 19).

---

dem ad esum; quibusdam vero ad vestitum; unde et a natura nudus est institutus, utpote potens ex aliis sibi vestitum præstare, sicut etiam nullum sibi congruum nutrimentum natura præparavit, nisi lac, ut ex diversis rebus sibi cibum conquireret; quibusdam vero ad vehiculum; nam in motus celeritate et in fortitudine ad sustinendos labores multis animalibus infirmior invenitur, quasi aliis animalibus ad auxilium sibi præparatis. Et super hoc omnibus sensibilibus utitur intellectualis cognitionis perfectionem; unde et de homine in Psalmis dicitur, ad Deum directo sermone : *Omnia subjecisti sub pedibus ejus* (Psal. VIII, 8). Et Aristoteles dicit (Politic., I, 5) quod homo habet naturale dominium super omnia animalia.

Si igitur motio ipsius cœli ordinatur ad generationem, generatio autem tota ordinatur ad hominem, sicut in ultimum finem hujus generis, manifestum est quod finis motionis cœli ordinatur ad hominem, sicut in ultimum finem, in genere generabilium et mobilium. Hinc est quod dicitur quod Deus corpora cœlestia fecit *in ministerium cunctis gentibus* (Deuter., IV, 19).

CHAPITRE XXIII.

Le ciel est mû par une substance intellectuelle.

Les conclusions précédentes étant admises, nous pouvons établir maintenant que le premier auteur des mouvements du ciel est un être intelligent. En effet :

1° Jamais l'être qui agit conformément à son espèce propre ne cherche à réaliser une forme supérieure à la sienne ; car tout agent tend à produire un être qui lui ressemble. Or, selon qu'il agit au moyen du mouvement qui lui est propre, le corps céleste tend à réaliser la forme dernière (1), c'est-à-dire l'intelligence humaine, qui est de toutes les formes la plus noble, ainsi que nous l'avons prouvé [ch. 22]. Donc le corps céleste n'agit pas conformément à son espèce propre et en qualité d'agent principal pour produire la génération des êtres, mais son action est déterminée par l'espèce d'un agent intellectuel supérieur, qui est l'agent principal et dont le corps céleste n'est que l'instrument. Or, l'action du ciel par laquelle il produit la génération des êtres consiste dans le mouvement qu'il reçoit. Donc le moteur du corps céleste est une substance intellectuelle.

2° Nous avons démontré [liv. I, ch. 13] qu'il n'y a pas de mouvement sans moteur. Donc il existe un moteur du corps céleste. — Donc ce moteur est complétement distinct de lui, ou bien il est uni avec

(1) Dont la matière est susceptible.

CAPUT XXIII.

Quod cœlum movetur ex aliqua intellectuali substantia.

Ex præmissis etiam ostendi potest primum motivum motus cœli esse aliquid intellectivum.

1° Nihil enim secundum propriam speciem agens, intendit formam altiorem sua forma ; intendit enim omne agens sibi simile. Corpus autem cœleste, secundum quod agit per motum suum, intendit ultimam formam, quæ est intellectus humanus ; qui quidem est altior omni forma, ut ex præmissis (c. 22) patet. Corpus igitur cœli non agit ad generationem secundum propriam speciem, sicut agens principale, sed secundum speciem alicujus superioris agentis intellectualis, ad quod se habet corpus cœleste sicut instrumentum ad agens principale. Agit autem cœlum ad generationem, secundum quod movetur. Movetur igitur corpus cœleste ab aliqua intellectuali substantia.

2° Adhuc, Omne quod movetur necesse est ab aliquo moveri, ut superius (l. I, c. 13) probatum est. Corpus igitur cœli ab aliquo movetur. — Aut ergo illud aliud est omnino separatum ab eo, aut est ei

lui, de telle sorte que cet être composé du ciel et de son moteur se meut lui-même, en tant qu'une de ses parties est le moteur et l'autre le mobile. — Si l'on s'arrête à cette dernière conséquence, comme tout être qui se meut lui-même est vivant et animé, nous en concluons que le ciel est animé et qu'il n'a pas d'autre âme qu'une âme intelligente. En effet, il n'a pas une âme nutritive, puisqu'il est étranger à la génération et à la corruption; ni une âme sensitive, puisqu'il est dépourvu des divers organes propres aux animaux. Donc il est mû par une âme intelligente. — Si, au contraire, il reçoit le mouvement d'un moteur extrinsèque, ce moteur est un corps ou un être incorporel. Si c'est un corps, il ne peut mouvoir sans être mû [liv. I, ch. 13]. Donc il aura lui-même son moteur, et comme on ne peut étendre jusqu'à l'infini la série des corps, nous arriverons nécessairement à un premier moteur non corporel. D'un autre côté, un être qui est complétement séparé des corps est par là même intellectuel [liv. I, ch. 44]. Donc le mouvement du ciel, qui est le premier de tous les corps, a pour auteur une substance intellectuelle.

3° Selon Aristote, tous les corps, pesants ou légers, sont mus par l'être qui les produit ou éloigne d'eux un obstacle (2); car il est impossible que la forme soit en eux le moteur, et la matière le mobile, puisque les corps seuls sont susceptibles d'être mus. Or, les corps célestes sont aussi simples que les corps élémentaires, qui sont composés

(2) Motum omnes inquiunt esse qui de natura aliquid dicunt, tum quia mundum faciunt, tum quia contemplatio ipsis omnis est de generatione corruptioneve, quam impossibile est esse, si non sit motus. Verum qui mundos infinitos esse, et alios ipsorum fieri, alios corrumpi dicunt, ii motum inquiunt semper esse; sint enim generationes et corruptiones ipsorum cum motu necesse est. Qui vero mundum aut unum et semper eumdem esse dicunt, aut unum quidem, sed non semper, ii de motu quoque similiter opinantur (Arist. *Phys.*, VIII, c. 1).

---

unitum, ita quod compositum ex cœlo et movente dicatur movere seipsum, in quantum una pars ejus est movens et alia mota. — Si autem sic est, omne autem movens seipsum est vivum et animatum, sequitur quod cœlum sit animatum; non autem alia anima, quam intellectuali : non enim nutritiva, quum in eo non sit generatio et corruptio; neque sensitiva quum non habeat organorum diversitatem. Sequitur ergo quod moveatur ab anima intellectiva. — Si autem movetur a motore extrinseco, aut illud erit corporeum, aut incorporeum; et si quidem corporeum, non movet, nisi motum, ut ex superioribus (l. I, c. 13) patet. Oportebit ergo et illud ab alio moveri. Quum autem non sit procedere in infinitum in corporibus, oportebit devenire ad primum movens incorporeum. Quod autem est penitus a corpore separatum oportet esse intellectuale, ut ex superioribus (l. I, c. 44) patet. Motus igitur cœli, quod est primum corporeum, est ab intellectuali substantia.

3° Item, Corpora gravia et levia moventur a generante et removente prohibens, ut probatur in octavo Physicorum (c. 1); non enim potest esse quod forma in eis sit movens, et materia mota; nihil enim movetur, nisi corpus. Sicut autem elementorum corpora sunt simplicia, et non est in

seulement d'une matière et d'une forme. Si donc ils sont mus à la manière des corps pesants et légers, ils doivent avoir pour moteur un être qui les produit essentiellement et qui éloigne d'eux accidentellement un obstacle. Or, cela répugne; car ces corps ne sauraient être produits par voie de génération, puisqu'ils ne sont pas composés de principes contraires, et rien ne peut faire obstacle à leurs mouvements. Donc les moteurs de ces corps les mettent en mouvement par une appréhension qui, n'étant pas sensitive, selon ce que nous avons dit, est, par conséquent, intellectuelle.

4° En supposant que la nature soit l'unique principe du mouvement céleste, sans aucune appréhension, le principe du mouvement du ciel sera nécessairement, aussi bien que pour les éléments, la forme du corps céleste. En effet, quoique les formes simples soient dépourvues de la puissance motrice, elles sont cependant les principes du mouvement; car les mouvements naturels, de même que toutes les autres propriétés qui sont dans la nature d'un être, ont lieu par suite de la réalisation de ces formes (3). Or, le mouvement du ciel ne peut résulter de la forme du corps céleste comme de son principe actif; car la forme est le principe du mouvement local, en ce sens que tel corps doit, à raison de sa forme, occuper un lieu vers lequel il est mû en vertu de cette même forme; et parce que le principe générateur le met en possession de ce lieu, nous le considérons comme un moteur : c'est ainsi qu'en vertu de sa forme le feu demande à s'élever en haut. Or, la nature du corps céleste n'exige point qu'il soit dans

(3) Il est évident, en effet, que si un être était dépourvu de sa forme, c'est-à-dire s'il était simplement possible, puisque c'est en vertu de sa forme qu'il existe réellement, il ne pourrait être soumis ni au mouvement local, ni à tout autre changement.

---

eis compositio, nisi materiæ et formæ, ita et corpora cœlestia sunt simplicia. Si igitur moventur sicut gravia et levia, oportet quod moveantur a generante per se, et a removente prohibens per accidens. Hoc autem est impossibile; nam illa corpora ingenerabilia sunt, utpote non habentia contrarietatem, et motus eorum impediri non possunt. Oportet igitur quod moveantur illa corpora a moventibus per apprehensionem; non autem sensitivam, ut ostensum est; ergo intellectivam.

4° Amplius, Si principium motus cœlestis est sola natura absque apprehensione aliqua, oportet quod principium motus cœli sit forma cœlestis corporis, sicut et in elementis. Licet enim formæ simplices non sint moventes, sunt tamen principia motuum; ad eas enim consequuntur motus naturales, sicut omnes aliæ naturales proprietates. Non autem potest esse quod motus cœlestis sequatur formam cœlestis corporis, sicut principium activum; sic enim forma est principium motus localis, in quantum alicui corpori, secundum suam formam, debetur aliquis locus in quem movetur ex vi suæ formæ tendentis in locum illum, quem quia dat generans, dicitur esse motor : sicut igni secundum suam formam competit esse sursum. Corpori autem cœlesti, secundum suam formam, non magis congruit unum *ubi* quam aliud. Non

un lieu plutôt que dans un autre. Donc la nature n'est pas l'unique principe du mouvement céleste. Donc le principe de ce mouvement est l'appréhension [intellectuelle] du moteur.

5° La nature n'a jamais qu'un seul but; c'est pourquoi ses productions conservent toujours le même mode d'existence, si rien ne les en empêche; et cela n'arrive que rarement. Donc la nature ne peut rechercher comme une fin ce qui renferme essentiellement une altération de la forme. Or, le mouvement se trouve, en vertu de son essence, placé dans cette condition; car le mobile, considéré comme tel, diffère actuellement de ce qu'il était auparavant. Il répugne donc à la nature de rechercher le mouvement pour lui-même. Donc son but est d'arriver par le mouvement au repos, qui est au mouvement ce qu'est l'unité pour le nombre. En effet, l'être qui reste en repos est présentement ce qu'il était dans le passé; et si le mouvement du ciel n'avait que la nature pour principe, il se produirait seulement pour arriver au repos; et nous voyons tout le contraire, puisqu'il se continue sans cesse. Donc il ne faut pas attribuer le mouvement du ciel à la nature, comme à son principe actif, mais plutôt à quelque substance douée d'intelligence.

6° Toutes les fois que la nature est le principe actif d'un mouvement, il résulte de là que si une chose se porte naturellement vers une autre, la nature ne contribue en rien et s'oppose même à leur séparation : par exemple, en vertu d'une loi naturelle, un objet pesant descend en bas, et lorsqu'il prend une autre direction, c'est contrairement à sa nature. Si donc le mouvement du ciel était naturel, comme il tourne naturellement du côté de l'occident, il irait contre la nature en quittant l'occident pour revenir à l'orient; ce qui est impossible,

---

igitur motus cœlestis principium est sola natura. Oportet igitur, quod principium motus ejus sit per apprehensionem moventis.

5° Adhuc, Natura semper ad unum tendit; unde quæ sunt a natura semper sunt eodem modo, nisi impediantur; quod est in paucioribus. Quod igitur ex sui ratione habet deformitatem impossibile est quod sit finis in quem tendit natura. Motus autem secundum suam rationem est hujusmodi; quod enim movetur, in quantum hujusmodi, dissimiliter se habet et nunc et prius. Impossibile est igitur quod natura intendat motum propter seipsum. Intendit igitur quietem per motum, quæ se habet ad motum sicut unum ad multa; quiescit enim quod similiter se habet nunc et prius; si enim motus cœli sit a natura tantum, esset ordinatus in aliquam quietem; cujus contrarium apparet, quum sit continuus. Non est igitur motus cœli a natura, sicut a principio activo, sed magis a substantia intelligente.

6° Item, Omni motui qui est a natura, sicut a principio activo, oportet quod si accessus ad aliquid est naturalis, quod recessus ab eodem sit innaturalis et contra naturam; sicut grave accedit deorsum naturaliter, recedit autem inde contra naturam. Si igitur motus cœli esset naturalis, quum tendat ad occidentem naturaliter,

puisqu'il n'y a dans ce mouvement rien de forcé ni de contraire à nature (4). Donc la nature ne peut être le principe actif du mouvement céleste. Donc il faut conclure des raisons qui précèdent que ce principe est une vertu capable d'appréhension, et qui meut par son intelligence. Donc le corps céleste est mû par une substance intellectuelle.

On ne peut nier cependant que le mouvement du ciel ne soit naturel. Un mouvement est naturel, non-seulement à cause de son principe actif, mais encore en raison de son principe passif. Nous en avons la preuve dans la production des corps simples, qui n'est point naturelle du côté du principe actif. En voici la raison. Un être est mû naturellement par son principe actif, lorsque ce principe est en lui; car la nature est un principe de mouvement dans l'être où elle se trouve. Or, le principe actif de la production des corps simples est extrinsèque à ces corps. Donc, si leur mouvement est naturel, ce n'est pas à cause du principe actif, mais seulement à raison du principe passif, c'est-à-dire de la matière, qui recherche naturellement sa forme naturelle. Ainsi donc, considéré comme provenant du principe actif, le mouvement du corps céleste n'est pas naturel, mais plutôt volontaire et intellectuel; tandis que relativement au principe passif, il est naturel, parce que le corps céleste est naturellement disposé à recevoir ce mouvement.

(4) Saint Thomas raisonne ici d'après le système planétaire de Ptolémée, suivi encore de son temps. Cet astronome considère la terre comme le centre de l'univers, et tous les mouvements des astres se font d'orient en occident. Copernic, dont le système a prévalu, fait du soleil le centre du monde, et les planètes accomplissent leurs révolutions d'occident en orient, en sorte que le mouvement réel est pour nous l'opposé du mouvement apparent. Quelque système que l'on adopte, l'argument du saint Docteur n'en conserve pas moins toute sa force.

contra naturam ab occidente recedens in orientem rediret. Hoc autem est impossibile; in motu enim cœlesti nihil est violentum et contra naturam. Impossibile est igitur quod principium activum motus cœlestis sit natura. Est igitur principium activum ejus aliqua vis apprehensiva et per intellectum movens, ut ex prædictis patet. Movetur igitur corpus cœleste a substantia intellectuali.

Non tamen est negandum motum cœlestem esse naturalem. Dicitur enim esse aliquis motus naturalis, non solum propter activum principium, sed etiam propter passivum : sicut patet in generatione simplicium corporum, quæ quidem non potest dici naturalis ratione principii activi. Movetur enim id naturaliter a principio activo, cujus principium activum est intra; natura enim est principium motus in eo in quo est. Principium autem activum in generatione simplicis corporis est extra. Non est igitur naturalis ratione principii activi, sed solum ratione principii passivi, quod est materia, cui inest naturalis appetitus ad formam naturalem. Sic ergo motus cœlestis corporis, quantum ad activum principium, non est naturalis, sed magis voluntarius et intellectualis; quantum vero ad principium passivum, est naturalis;

Il suffit, pour donner à cette vérité toute son évidence, d'examiner dans quelle disposition se trouve le corps céleste par rapport à son lieu propre. Un être devient passif et reçoit un mouvement, parce qu'il est en puissance; il agit, au contraire, et devient moteur, selon qu'il est en acte. Or, le corps céleste, à raison de sa substance, est indifféremment en puissance pour tout lieu, de même que la matière première pour toute forme [ch. 22]. Il en est autrement d'un corps qui est pesant ou léger. Sa nature ne le laisse pas indifférent pour tout lieu, mais celui qu'il doit occuper se trouve déterminé d'après le caractère de sa forme. Donc le principe actif du mouvement des corps pesants ou légers n'est autre que leur nature, tandis que la nature des corps célestes n'est que le principe passif de leur mouvement. On ne doit donc pas regarder comme forcé le mouvement de ces derniers, de même que celui des corps pesants ou légers auxquels nous l'imprimons par notre intelligence. Ces corps, en effet, sont naturellement aptes à être mus dans une direction contraire à celle que nous leur donnons. Il s'ensuit que nous leur faisons violence en les soumettant à ce mouvement; et cependant le mouvement que le corps de l'animal reçoit de son âme, en sa qualité d'être animé, n'est nullement forcé, quoiqu'il le soit si nous considérons l'animal comme quelque chose de pesant. Quant aux corps célestes, ils n'ont aucune aptitude pour un mouvement contraire; mais elle se borne à celui qu'une substance intelligente leur imprime. Ce mouvement est donc en même temps volontaire, dans le principe actif, et naturel, dans le principe passif.

Quoique le mouvement du ciel soit volontaire dans son principe

---

nam corpus cœleste habet naturalem aptitudinem ad talem motum.

Hoc autem manifeste apparet, si habitudo consideretur cœlestis corporis ad suum *ubi*. Patitur enim et movetur unumquodque, secundum quod est in potentia; agit vero et movet, secundum quod est actu. Corpus autem cœleste, secundum suam substantiam consideratum, invenitur ut in potentia indifferenter se habens ad quodlibet *ubi*, sicut materia prima ad quamlibet formam, sicut (c. 22) prædictum est. Aliter autem est de corpore gravi et levi, quod in sua natura consideratum, non est indifferens ad omnem locum, sed ex ratione suæ formæ determinatur sibi locus. Natura igitur corporis gravis et levis est principium activum motus ejus; natura vero corporis cœlestis est motus ipsius passivum principium. Unde non debet alicui videri quod violenter moveatur, sicut corpora gravia et levia, quæ a nobis moventur per intellectum; corporibus enim gravibus et levibus inest naturalis aptitudo ad contrarium motum ei quo moventur a nobis : et ideo a nobis moventur per violentiam, licet motus corporis animalis, quo movetur ab anima, non sit ei violentus, in quantum est animatum, etsi sit ei violentus, in quantum est grave quoddam. Corpora autem cœlestia non habent aptitudinem ad motum contrarium, sed ad illum quo moventur a substantia intelligente; unde simul est voluntarius, quantum ad principium activum, et naturalis, quantum ad principium passivum.

Quod autem motus cœli est voluntarius secundum activum principium, non repu-

actif, et que la volonté puisse choisir entre plusieurs objets, sans être déterminée à aucun, cela n'empêche pas ce mouvement d'être un et toujours uniforme; car de même que la nature se porte par sa propre vertu vers une seule chose, de même la volonté se détermine pour un seul objet par sa sagesse, qui la conduit infailliblement à une fin unique.

Il est également démontré qu'il n'y a rien dans le mouvement du ciel qui contrarie la nature, et qu'il ne s'approche ni ne s'éloigne d'aucun lieu. Lorsque les corps pesants ou légers sont en mouvement, leur condition est différente pour deux raisons : d'abord, parce que la tendance de la nature, en agissant sur ces corps, est déterminée à tel lieu; en sorte que, comme le mobile tend naturellement à occuper ce lieu, c'est contrairement à sa nature qu'il s'en éloigne; ensuite, parce qu'il y a contrariété entre deux mouvements, dont l'un s'approche du milieu et l'autre s'en éloigne. Si, lorsqu'il s'agit du mouvement de ces corps pesants ou légers, on considère, non pas le lieu extrême, mais celui qui tient le milieu, par là même que le mobile s'en approche naturellement, il s'en éloigne naturellement aussi, parce que la nature n'a qu'une seule intention et qu'il n'y a pas deux mouvements contraires, mais un mouvement unique et continu. — Or, ceci s'applique au mouvement des corps célestes; car nous venons d'observer que la nature ne recherche pas tel lieu déterminé. On peut même dire que le mouvement circulaire qui éloigne un corps d'un point fixe n'est pas opposé à celui qui l'en rapproche; mais ce mouvement [dans son ensemble] est un et continu. D'où il suit que dans le mouvement

---

gnat unitati et conformitati cœlestis motus, ex hoc quod voluntas ad multa se habet et non est determinata ad unum, quia sicut natura determinatur ad unum per suam virtutem, ita voluntas determinatur ad unum per suam sapientiam, qua voluntas dirigitur infallibiliter ad unum finem.

Patet etiam ex præmissis quod in motu cœli non est contra naturam, neque accessus ad aliquod *ubi*, neque recessus ab eo. Hoc enim accidit in motu gravium et levium propter duo : Primo quidem, quia intentio naturæ est determinata in gravibus et in levibus ad unum locum; unde sicut naturaliter tendit in ipsum, ita contra naturam recedit ab eo. Secundo, quia duo motus, quorum uno accedit ad medium et altero recedit, sunt contrarii. Si autem accipiatur in motu gravium et levium non ultimus locus, sed medius, sicut ad ipsum acceditur naturaliter, ita ab ipso naturaliter receditur, quia totum stat sub una intentione naturæ, et non sunt motus contrarii, sed unus et continuus. — Ita autem est in motu cœlestium corporum, quia naturæ intentio non est ad aliquod *ubi* determinatum, ut jam dictum est. Motus etiam quo recedit corpus circulariter motum ab aliquo signo, non est contrarius motui quo illuc accedit, sed est unus motus et continuus; unde quodlibet *ubi* in motu cœli est sicut medium et non sicut extremum in motu recto.

Non differt autem, quantum ad præsentem intentionem, utrum corpus cœleste moveatur a substantia intellectuali con-

du ciel tout lieu est un moyen, et qu'il n'y a pas d'extrême comme dans le mouvement en ligne droite (5).

Il importe peu, pour le présent, que la substance intellectuelle qui meut le corps céleste soit unie avec lui, à la manière des âmes, ou bien qu'elle en soit séparée. Il est également indifférent que chacun des corps célestes soit mû par Dieu, ou bien qu'il n'en meuve aucun immédiatement, mais au moyen de substances intellectuelles créées; ou encore que le premier seulement soit mû immédiatement par Dieu, et les autres par les substances créées, pourvu que nous arrivions à cette conclusion, que le moteur du ciel est une substance intellectuelle.

CHAPITRE XXIV.

Tous les êtres, même privés d'intelligence, recherchent le bien.

Ces deux propositions étant admises: la première, que le ciel est mû par une substance intellectuelle [ch. 23]; la seconde, que ce mouvement a pour but la génération des êtres dans ce monde inférieur, il s'ensuit nécessairement que la génération et le mouvement de ces êtres

(5) Saint Thomas raisonne ici comme Aristote, qui prouve, dans sa *Physique* (liv. VIII, ch. 8 et 9), que le mouvement circulaire seul est continu et peut durer jusqu'à l'infini.

---

juncta, quæ sit anima ejus, vel a substantia separata; et utrum unumquodque corporum cœlestium moveatur a Deo; vel nullum immediate, sed mediantibus substantiis intellectualibus creatis; aut primum tantum immediate a Deo, alia vero mediantibus substantiis creatis, dummodo habeatur quod motus cœlestis est a substantia intellectuali.

CAPUT XXIV.

Quod omnia appetunt bonum, etiam quæ cognitione carent.

Si autem corpus cœleste a substantia intellectuali movetur, ut ostensum est (c. 23), motus autem corporis cœlestis ordinatur ad generationem in inferioribus, necesse est quod generationes et motus istorum inferiorum procedant ex intentione substantiæ intelligentis; in eumdem enim fertur finem intentio principalis agentis et instrumenti. Cœlum autem est causa inferiorum motuum, secundum suum motum, quo movetur a substantia intellectuali. Sequitur ergo quod sit sicut instrumentum intellectualis substantiæ. Sunt igitur formæ et motus inferiorum corporum a substantia intellectuali causatæ et intentæ, sicut a principali agente, a corpore vero cœlesti, sicut ab instrumento. Oportet autem quod species eorum quæ causantur et intenduntur

procèdent de l'intention d'une substance intelligente ; car l'agent principal et l'instrument qu'il emploie ont en vue la même fin. Or, le ciel est la cause des mouvements inférieurs, en vertu du mouvement qu'il reçoit d'une substance intellectuelle. Donc il est en quelque sorte l'instrument de cette substance. Donc c'est une substance intellectuelle qui veut et réalise, en qualité d'agent principal, les formes et les mouvements des corps inférieurs, et le corps céleste en est la cause instrumentale. Or, de même que les formes des objets d'art sont renfermées tout d'abord dans l'intelligence de l'artiste, d'où elles passent dans les effets, ainsi l'agent intellectuel doit avoir préalablement dans son intelligence les formes des êtres voulus et produits par lui. Donc toutes les formes des êtres inférieurs, et tous les mouvements qu'ils subissent, se trouvent déterminés par les formes intelligibles conçues dans l'intelligence d'une ou de plusieurs substances intellectuelles (1). C'est ce qui a fait dire à Boëce, dans son livre *De la Trinité*, que « les formes qui résident dans la matière viennent des formes indépendantes de la matière (2). » Sous ce rapport, Platon est dans la vérité lorsqu'il dit que les formes séparées sont les principes des formes inhérentes à la matière (3). Mais son opinion diffère de la nôtre en ce

(1) Suivant que le ciel tout entier est mû par une seule de ces substances, ou bien que chacun des astres a son moteur particulier. Le saint Docteur ne décide pas ici cette question.

(2) Nous analysons ce passage de Boëce, sans rien changer à ses expressions : « Forma est vel cum materia, vel sine materia. Ad cognoscendum ens oportet inspicere formam ; quæ vere forma, nec imago est, et quæ ipsum *esse* est, et ex qua esse est ; omne namque esse ex forma est : sic statua non ex ære effigies animalis est, sed ex forma. Forma vero quæ est sine materia non poterit esse subjectum, nec vero inesse materiæ ; nam non esset forma, sed imago. Ex his enim formis quæ præter materiam sunt, istæ formæ venerunt quæ sunt in materia et corpus efficiunt ; nam cæteras quæ in corporibus sunt abutimur formas vocantes, dum sunt imagines (*De Trinitate*, c. 2). »

(3) Nonne illud quod animo comprehenditur unum esse, idea (id est species) erit, semper eadem in omnibus ? — Necessarium videtur. — Quid vero, inquit Parmenidès, numquid necesse est alias res specierum esse participes ? an unaquæque res notionibus tibi videtur constare, atque adeo omnia intelligere, aut quum sint notiones, carere intelligentia ? — At illud, inquit, plane nullam habet rationem. — At mihi quidem, Parmenides, maxime ita habere videtur, *has species veluti exemplaria quædam in natura constare*, alias vero res his assimilari, et similitudine quadam effictas esse, tunquam imagines

---

ab intellectuali agente, præexsistant in intellectu ipsius, sicut formæ artificiatorum præexsistunt in intellectu artificis, et ex eis deriventur in effectus. Omnes igitur formæ, quæ sunt in istis inferioribus, et omnes motus, determinantur a formis intellectualibus, quæ sunt in intellectu alicujus substantiæ, vel aliquarum. Et propter hoc dicit Boetius in libro de Trinitate (c. 2) quod « formæ quæ sunt in materia « venerunt a formis quæ sunt sine materia. » Et quantum ad hoc verificatur dictum Platonis, quod formæ separatæ sunt principia formarum quæ sunt in materia : licet posuerit eas per se subsistentes et causantes immediate formas sensibilium ; nos

qu'il considère ces formes comme subsistant par elles-mêmes et qu'il en fait les causes immédiates des formes sensibles, au lieu que, selon nous, elles existent dans une intelligence et produisent les formes inférieures au moyen du mouvement du ciel.

Toutes les fois que le moteur meut par lui-même [ou essentiellement] et non accidentellement, c'est lui qui dirige le mobile vers la fin à laquelle doit aboutir son mouvement. Or, le moteur du corps céleste est une substance intellectuelle, et lui-même il devient, par son mouvement, la cause de tous les mouvements produits dans les corps inférieurs. Donc le corps céleste tend vers la fin de son mouvement, et par conséquent, chacun des corps inférieurs recherche sa fin propre, en vertu de la direction donnée par cette substance intellectuelle.

On comprend donc maintenant, sans aucune difficulté, comment des corps naturels privés de toute connaissance se meuvent et agissent pour une fin. Ils tendent à cette fin, parce qu'ils reçoivent une direction analogue à celle que suit la flèche, lorsqu'elle va frapper le but choisi par l'archer. De même, en effet, que la flèche suit la ligne qui conduit au but ou à une fin déterminée, en vertu de l'impulsion donnée par l'archer, ainsi les corps naturels obéissent à l'inclination qui les pousse vers telle fin en rapport avec leur nature, en vertu de l'action des moteurs naturels, dont ils reçoivent leurs formes, leurs vertus actives et leurs mouvements. Il ressort encore clairement de là que toute production de la nature est l'œuvre d'une substance intelligente; car l'effet se rattache, comme à sa cause principale, bien

atque simulacra : ut quidem aliæ hæ res non alio quopiam modo cum sempiternis illis naturæ formis communicent, quam quod illis assimilentur et eas quodam modo repræsentent (*Parmenides*, p. 123, — H. Steph., 1578).

---

vero ponimus eas in intellectu exsistentes et causantes formas inferiores per motum cœli.

Quia vero omne quod movetur ab aliquo per se, et non secundum accidens, dirigitur ab eo in finem sui motus, corpus autem cœleste movetur a substantia intellectuali et causat per sui motum omnes motus in istis inferioribus, necessarium est quod corpus cœleste dirigatur in finem sui motus per substantiam intellectualem, et per consequens, inferiora corpora in proprios fines.

Sic igitur non est difficile videre qualiter naturalia corpora cognitione carentia moveantur et agant propter finem. Tendunt enim in finem sicut directa in finem a substantia intelligente, per modum quo sagitta tendit ad signum directa a sagittante; sicut enim sagitta consequitur inclinationem ad signum sive ad finem determinatum, ex impulsione sagittantis, ita corpora naturalia consequuntur inclinationem in fines naturales ex moventibus naturalibus, ex quibus sortiuntur suas formas et virtutes et motus. Unde etiam patet quod quodlibet opus naturæ est opus substantiæ intelligentis; nam effectus principaliter at-

plus au premier moteur qui conduit le mobile à sa fin qu'aux instruments qui agissent d'après sa direction supérieure, et c'est pour cette raison que les opérations de la nature, aussi bien que celles du sage, se font toujours suivant l'ordre exigé par la fin.

Il est donc évident que les êtres mêmes qui n'ont point la faculté de connaître peuvent agir pour une fin, rechercher le bien en vertu de leur appétit naturel et tendre à la ressemblance divine et à leur propre perfection. Au reste, ces expressions diverses ont toutes le même sens; car les êtres s'efforcent de devenir parfaits par cela seul qu'ils recherchent le bien, puisque la bonté d'une chose est proportionnée à sa perfection. L'être qui s'efforce de devenir bon tend également à ressembler à Dieu, puisque cette ressemblance consiste dans la bonté; et tel ou tel bien particulier n'est capable d'exciter une appétence quelconque [suivant la nature de l'être], qu'autant qu'il reproduit la ressemblance de la bonté première [et essentielle]. Si donc il recherche son bien propre, c'est parce qu'il veut arriver à la ressemblance divine, et non réciproquement. Ce qui prouve que tous les êtres recherchent cette ressemblance avec Dieu comme leur fin dernière.

On peut considérer le bien d'un être sous différents rapports. — Premièrement, telle chose est son bien propre comme individu : l'animal, par exemple, recherche son bien propre en même temps que sa nourriture qui doit lui conserver l'*être*. — Secondement, ce bien est tel en raison de l'espèce : ainsi l'animal recherche son bien propre en engendrant d'autres animaux, en prenant soin de les nourrir, et généralement en faisant tout ce qui peut contribuer à la conservation ou bien à la sûreté des individus de son espèce. — Troisièmement,

---

tribuitur primo moventi dirigenti in finem quam instrumentis ab eo directis; et propter hoc operationes naturæ inveniuntur ordinate procedere ad finem, sicut operationes sapientis.

Planum igitur fit quod ea etiam quæ cognitione carent possunt operari propter finem, et appetere bonum naturali appetitu, et appetere divinam similitudinem et propriam perfectionem. Non est autem differentia sive hoc sive illud dicatur; nam per hoc tendunt in suam perfectionem quod tendunt ab bonum, quum unumquodque in tantum bonum sit in quantum est perfectum. Secundum vero quod tendit ad hoc quod sit bonum, tendit in divinam similitudinem; Deo enim assimilatur aliquid in quantum bonum est; bonum autem hoc vel illud particulare habet quod sit appetibile, in quantum est similitudo primæ bonitatis. Propter hoc igitur tendit in proprium bonum, quia tendit in divinam similitudinem, et non e converso. Unde patet quod omnia appetunt divinam similitudinem, quasi ultimum finem.

Bonum autem suum cujuslibet rei potest accipi multipliciter. — Uno quidem modo, secundum quod est ejus proprium ratione individui; et sic appetit animal suum bonum, quum appetit cibum quo in esse conservatur. — Alio modo, secundum quod est ejus ratione speciei; et sic appetit proprium bonum animal, in quantum appetit generationem prolis et ejus nutritionem, vel si aliquid operetur ad conservationem vel defensionem individuorum suæ

le bien se rapporte au genre; et c'est en ce sens que l'agent équivoque (4), tel que le ciel, recherche son bien propre en produisant son effet. — Quatrièmement, ce bien consiste encore dans une ressemblance d'analogie entre les effets et leur principe : Dieu, qui est en dehors de tout genre (liv. I, c. 25), donne l'*être* à tout ce qui existe en vue de son bien propre.

Ceci nous démontre que, plus la vertu active d'un être est parfaite et sa bonté élevée, plus aussi l'appétence du bien se développe en lui, et il recherche et opère ce bien dans les êtres qui s'éloignent de lui davantage. En effet, un être imparfait ne va pas au-delà du bien qui lui est propre, comme individu; l'être parfait recherche le bien de l'espèce, et celui qui est plus parfait encore aspire au bien de tout le genre. Quant à Dieu, dont la bonté atteint le suprême degré de la perfection, il veut le bien de l'être dans son sens le plus étendu. C'est donc avec raison que plusieurs ont dit, en parlant du bien, qu'en sa qualité de bien il tend à se répandre (5), parce qu'en s'améliorant un

(4) L'agent ou la cause est *équivoque*, lorsque l'effet produit est d'une nature différente. Le soleil, qui par sa chaleur fait germer la graine et croître les plantes, est un agent *équivoque*.

(5) Du nombre de ces auteurs est saint Denys-l'Aréopagite, qui nous représente Dieu communiquant sa bonté aux créatures, dont les plus parfaites s'efforcent de rendre bons les êtres inférieurs. — Age ergo, jam ad ipsum nomen boni progrediamur, quod exempte ab omnibus divinitati supra divinitatem attribuunt theologi, vocantes, ut arbitror, bonitatem ipsam essentiam divinam, divinitatis originem : et quia sic essentia sua bonus est Deus, ut tanquam substantiale bonum, bonitatem in omnia porrigat. Quemadmodum enim sol ille noster, non cogitatione aut voluntate, sed eo ipso quod est, illuminat universa quæ quoquo modo lucis ejus sunt capacia, sic etiam ipsum bonum (quod non secus præstat soli, quam primæva species imagini obscuræ), ipsamet substantia sua rebus omnibus, pro cujusque captu, totius bonitatis suæ radios effundit. His constiterunt omnes intellectiles ac intelligentes substantiæ, et virtutes et operationes; horum virtute sunt, vitamque habent sempiternam et indeficientem, ab omni corruptione ac morte et materia generationeque liberæ, necnon ab instabili fluxaque, quæ in diversa diversimode fertur permutatione, semotæ, et tanquam incorporeæ et immateriales intelliguntur, et ut mentes *supermundialiter* (ὑπερκοσμίως) intelligunt, atque propriis rerum rationibus illustrantur, rursumque in ea quæ illis cognata sunt sua munera derivant (*De divin. nomin.*, c. 4).

---

speciei. — Tertio vero modo, ratione generis; et sic appetit proprium bonum in causando agens æquivocum, sicut cœlum. — Quarto autem modo, ratione similitudinis analogiæ principiatorum ad suum principium; et sic Deus, qui est extra genus (l. I, c. 25), propter suum bonum omnibus rebus dat esse.

Ex quo patet quod quanto aliquid est perfectioris virtutis et eminentius in gradu bonitatis, tanto appetitum boni communiorem habet, et magis in distantibus a se bonum quærit et operatur; nam imperfecta ad solum bonum proprii individui tendunt; perfecta vero ad bonum speciei; perfectiora vero ad bonum generis; Deus autem, qui est perfectissimus in bonitate, ad bonum totius entis. Unde non immerito dicitur a quibusdam quod bonum, in quantum hujusmodi, est diffusivum, quia quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remotiora bonitatem suam diffundit. Et quia in quo-

être communique sa bonté à d'autres qui sont à une distance plus considérable de lui. Comme aussi l'être le plus parfait de chaque genre est le type et, en quelque sorte, la mesure de tous ceux qui entrent dans ce genre, Dieu, qui l'emporte en bonté sur tout ce qui existe et qui la communique à tout sans exception, est nécessairement, par la manière dont il opère cette diffusion, le modèle de tous les êtres qui en font participer d'autres à leur propre bonté; car un être s'élève à un degré supérieur dans l'ordre des causes à mesure qu'il étend plus loin la diffusion de sa bonté.

Nous devons encore tirer de là cette conclusion, qu'un être, en s'efforçant de ressembler à Dieu en ce qu'il devient la cause d'autres êtres, n'est point détourné de la recherche de son bien propre. Il ne répugne donc point de dire que les corps célestes sont mus, et que leurs moteurs agissent en vue des corps produits par voie de génération et soumis à la corruption, et qui leur sont inférieurs en noblesse; car ceux-ci ne sont pas la fin dernière des autres, et les corps célestes, par là même qu'ils tendent à les produire, se portent aussi vers leur bien propre et recherchent la ressemblance divine, qui est leur fin dernière.

CHAPITRE XXV.

Toute substance intellectuelle a pour fin la connaissance de Dieu.

Puisque tous les êtres, y compris même ceux qui sont dépourvus

---

libet genere quod est perfectissimum est exemplar et mensura omnium quæ sunt illius generis, oportet quod Deus, qui est in bonitate perfectissimus et suam bonitatem communissime diffundens, in sua diffusione sit exemplar omnium bonitatem diffundentium; in quantum enim unumquodque communius bonitatem diffundit in alia, fit altior causa.

Hinc etiam patet quod unumquodque tendens ad hoc quod sit aliorum causa, tendit in divinam similitudinem, et nihilominus tendit in suum bonum. Non est ergo inconveniens si motus corporum cœlestium et actiones motorum eorum dicantur esse aliqualiter propter hæc corpora quæ generantur et corrumpuntur, quæ sunt eis indigniora; non enim sunt propter hæc sicut propter ultimum finem, sed intendentes horum generationem intendunt suum bonum et divinam similitudinem, tanquam ultimum finem.

CAPUT XXV.

Quod intelligere Deum est finis omnis intellectualis substantiæ.

Quum autem omnes creaturæ, etiam in-

d'intelligence, se rattachent à Dieu comme à leur fin; puisque, d'un autre côté, tous atteignent cette fin en ce qu'ils participent en quelque chose à sa ressemblance, les créatures intelligentes s'approchent de lui d'une manière plus spéciale, c'est-à-dire au moyen de leur opération propre, qui consiste à le connaître. D'où il suit nécessairement que la fin d'une créature intelligente est de connaître Dieu. En effet :

1° Nous avons établi [ch. 18] que Dieu est la fin universelle des êtres. Donc chacun d'eux tend à s'unir à Dieu comme à sa dernière fin, autant que le comporte sa nature. Or, un être s'unit plus intimement à Dieu lorsqu'il peut arriver jusqu'à sa substance, et c'est ce qui a lieu pour qui connaît quelque chose de la substance divine, que s'il lui ressemble seulement sous quelque rapport. Donc toute substance intellectuelle s'efforce d'arriver à la connaissance de Dieu, comme à sa dernière fin.

2° L'opération propre d'un être s'identifie avec sa fin; car cette opération est une seconde perfection (1), et pour cette raison on regarde comme bon et doué de vertu celui qui est convenablement disposé pour réaliser son opération propre. Or, connaître est l'opération propre des substances intelligentes. Donc c'est aussi leur fin. Donc la fin dernière est ce que l'on trouve de plus parfait dans l'opération, sur-

(1) Saint Thomas explique ailleurs en quoi consistent la première et la seconde perfection d'un être. « On distingue, dit-il, deux perfections dans un être, la première et la seconde. La première existe lorsque l'être est parfait sous le rapport de la substance, et elle consiste dans la forme du tout, qui résulte de l'intégrité des parties. La perfection seconde d'un être est sa fin. Cette fin est une opération : par exemple, la fin du joueur de harpe est de faire résonner son instrument; ou bien une chose à laquelle on arrive par l'opération : ainsi l'architecte a pour fin la maison qu'il construit au moyen de son art. La perfection première est la cause de la seconde; car la forme est le principe de l'opération. La perfection dernière, qui est la fin de tout l'univers, est la parfaite béatitude des saints, qui se réalisera à la consommation des temps. La première perfection, c'est-à-dire l'intégrité de l'univers, a existé dès l'origine des choses » (*Summa theolog.*, 1ª q. 73, a. 1, in corp.).

---

tellectu carentes, ordinentur in Deum, sicut in finem ultimum, ad hunc autem finem pertingant omnia in quantum de similitudine ejus aliquid participant, intellectuales creaturæ aliquo specialiori modo ad ipsum pertingunt, scilicet per suam propriam operationem, intelligendo ipsum; unde oportet quod hoc sit finis intellectualis creaturæ, scilicet intelligere Deum.

1° Ultimus enim finis cujuslibet rei est Deus, ut ostensum est (c. 18). Intendit igitur unumquodque sicut ultimo fini Deo conjungi, quanto magis sibi possibile est. Vicinius autem conjungitur aliquid Deo per hoc quod ad ipsam substantiam ejus aliquo modo pertingit, quod fit dum aliquid quis cognoscit de divina substantia, quam dum consequitur ejus aliquam similitudinem. Substantia igitur intellectualis tendit in divinam cognitionem, sicut in ultimum finem.

2° Item, Propria operatio cujuslibet rei est finis ejus; est enim secunda perfectio ipsius; unde quod ad propriam operationem bene se habet dicitur virtuosum et bonum. Intelligere autem est propria

tout lorsqu'il s'agit d'opérations qui ne doivent pas se terminer à un *fait*, telles que sont celles de connaître et de sentir. Or, comme les opérations de ce genre se spécifient d'après leurs objets, qui les font aussi connaître, celle-là devra atteindre le plus haut degré de perfection dont l'objet est le plus parfait. Par conséquent, la connaissance qui a pour objet le plus parfait de tous les êtres intelligibles, c'est-à-dire Dieu, est aussi la plus parfaite des opérations de ce genre. Donc la fin dernière de toute substance intelligente est d'avoir de Dieu une connaissance intellectuelle.

On pourra raisonner contre nous de la manière suivante : Il est vrai que la fin dernière des substances intellectuelles est de connaître le plus parfait des êtres intelligibles. On ne peut cependant pas affirmer que l'être qui est intelligible au plus haut degré pour telle ou telle intelligence est absolument le plus parfait de tous; mais à mesure que la substance intellectuelle s'élève, l'être qui, pour elle, est le premier des intelligibles, se trouve placé dans un degré supérieur. Il suit de là que, relativement à la plus élevée des substances intellectuelles créées, l'être intelligible le plus parfait est réellement celui qui l'emporte sur tous les autres; et, par conséquent, elle trouvera son bonheur dans la connaissance de Dieu. Mais la félicité de chaque substance intellectuelle subordonnée à celle-là consistera à connaître un être intelligible inférieur, qui sera cependant le plus élevé de tous ceux qu'elle est capable de connaître. L'intelligence humaine surtout, à raison de sa faiblesse, ne saurait arriver à la connaissance de l'être intelligible dont la perfection est absolue; car elle est, par rapport à

---

operatio substantiæ intellectualis. Ipsa igitur est finis ejus. Quod igitur est perfectissimum in hac operatione, hoc est ultimus finis, et præcipue in operationibus quæ non ordinantur ad aliqua operata, sicut est intelligere et sentire. Quum autem hujusmodi operationes ex objectis speciem recipiant per quæ etiam cognoscuntur, oportet quod tanto sit perfectior aliqua istarum operationum quanto ejus objectum est perfectius; et sic intelligere perfectissimum intelligibile, quod Deus est, est perfectissimum in genere hujus operationis quæ est intelligere. Cognoscere igitur Deum intelligendo est ultimus finis cujuslibet intellectualis substantiæ.

Potest autem aliquis dicere, intellectualis quidem substantiæ ultimum finem consistere in intelligendo optimum intelligibile. Non tamen illud quod est optimum intelligibile hujus vel illius intellectualis substantiæ est optimum intelligibile simpliciter, sed quanto aliqua intellectualis substantia est altior, tanto suum intelligibile optimum est altius. Et ideo suprema intellectualis substantia creata habet pro intelligibili optimo id quod est optimum simpliciter; unde ejus felicitas erit in intelligendo Deum. Cujuslibet vero inferioris substantiæ intellectualis felicitas erit intelligere aliquod inferius intelligibile, quod est tamen altissimum eorum quæ ab ipsa intelliguntur. Et præcipue intellectus humani videtur quod non sit intelligere optimum intelligibile simpliciter, propter ejus debilitatem: habet enim se ad cognoscen-

cet objet souverainement intelligible, dans les mêmes conditions que l'œil du hibou relativement à la lumière du soleil (2).

Mais il est bien certain que la connaissance de Dieu est la fin de toutes les substances intellectuelles, même du dernier degré; car nous avons démontré [ch. 18] que Dieu est la fin dernière vers laquelle tendent tous les êtres. Or, quoique l'intelligence humaine soit la dernière dans l'ordre des substances intellectuelles, elle est cependant supérieure aux êtres dépourvus d'intelligence. Donc, puisqu'il répugne que la substance la plus parfaite existe pour la fin la moins noble, Dieu sera aussi la fin de l'intelligence humaine. Or, nous avons vu [ch. 22] que chacun des êtres intelligents arrive à sa dernière fin par la connaissance qu'il en a. Donc l'intelligence de l'homme s'élève jusqu'à Dieu, comme à sa fin, en ce qu'elle le connaît.

3° De même que les êtres sans intelligence se portent vers Dieu, comme vers leur fin, en s'assimilant à lui, les substances intellectuelles tendent vers lui, ainsi que nous l'avons déjà vu, par la connaissance qu'elles en ont. Or, quoique les êtres privés d'intelligence s'efforcent de ressembler à leurs agents prochains, la nature ne s'arrête pas là, mais sa fin est d'arriver jusqu'à la ressemblance du souverain bien [ch. 19]; et cependant ces êtres ne sont capables de lui ressembler que d'une manière très imparfaite. Donc, quelque incomplète que soit la connaissance de Dieu acquise par une intelligence, elle lui conviendra beaucoup plus comme fin dernière que la connaissance parfaite d'êtres inférieurs.

(2) Cette comparaison est d'Aristote. — Speculatio de veritate partim difficilis, partim facilis est..... Quum difficultas duobus sit modis, fortassis causa ejus non rebus, sed nobis ipsis inest. Quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita et intellectus animæ nostræ ad ea quæ manifestissima omnium sunt (*Metaph.*, II, c. 1).

---

dum illud quod est maxime cognoscibile, sicut oculus noctuæ ad solem.

Sed manifeste apparet quod finis cujuslibet substantiæ intellectualis, etiam infimæ, est intelligere Deum; ostensum est enim supra (c. 18) quod omnium entium ultimus finis in quem tendunt, est Deus. Intellectus autem humanus, etsi sit infimus in ordine intellectualium substantiarum, est tamen superior omnibus intellectu carentibus. Quum ergo nobilioris substantiæ non sit ignobilior finis, erit etiam intellectus humani finis ipse Deus. Unumquodque autem intelligens consequitur suum finem ultimum per hoc quod ipsum intelligit, ut ostensum est (c. 22). Intelligendo igitur pertingit intellectus humanus ad Deum, sicut ad finem.

3° Adhuc, Sicut res intellectu carentes tendunt in Deum, sicut in finem, per viam assimilationis, ita substantiæ intellectuales per viam cognitionis, ut ex prædictis patet. Res autem intellectu carentes, etsi tendant in similitudinem proximorum agentium, non tamen ibi quiescit naturæ intentio, sed habet pro fine assimilationem ad summum bonum, ut ex dictis (c. 19) patet, etsi imperfectissime ad hanc similitudinem possint pertingere. Intellectus igitur, quantumcumque modicum possit de divina cogni-

4° Chaque être désire pardessus otut sa fin dernière. Or, l'intelligence humaine recherche la connaissance des choses divines dans laquelle elle se complaît, bien que cette vue soit très limitée, et elle la préfère à la connaissance qu'elle possède des êtres inférieurs. Donc la fin dernière de l'homme est de connaître Dieu, n'importe à quel degré.

5° Tout en général recherche la ressemblance divine, comme sa fin propre. Donc on doit considérer comme la fin dernière d'un être ce qui le rend autant que possible semblable à Dieu. Or, ce qui établit la ressemblance la plus parfaite entre Dieu et la créature intelligente, c'est la qualité d'être intelligent inhérente à cette dernière ; car elle possède, à l'exclusion du reste des créatures, cette ressemblance qui renferme toutes les autres. Or, cette ressemblance spéciale avec Dieu est plus parfaite dans l'être qui connaît un acte que dans celui dont la connaissance est seulement habituelle ou en puissance, parce que la connaissance est toujours actuelle en Dieu [liv. I, ch. 56]. De plus, l'être qui connaît actuellement ressemble davantage encore à Dieu, si Dieu est l'objet de sa connaissance ; car Dieu connaît tout en se connaissant lui-même [liv. I, ch. 46]. Donc la connaissance actuelle de Dieu est la fin dernière de toute substance intellectuelle.

6° Si une chose ne mérite d'être recherchée qu'en vue d'une autre chose, sa raison d'exister est l'être que l'on doit aimer seulement pour lui-même ; car si l'on étendait jusqu'à l'infini un appétit naturel, cette tendance de la nature serait vaine, puisque rien de ce qui est infini ne peut passer (3). Or, les sciences, les arts et les aptitudes pra-

(3) Infinitum secundum additionem non est in tempore finito pertransire (Arist. *Metaphys.*, II, c. 2).

---

tione percipere, illud erit pro sibi ultimo fine magis quam perfecta cognitio inferiorum intelligibilium.

4° Amplius, Unumquodque maxime desiderat suum ultimum finem. Intellectus autem humanus magis desiderat et amat et delectatur in cognitione divinorum, quamvis modicum quidem de illis percipere possit, quam in perfecta cognitione quam habet de rebus infimis. Est igitur ultimus finis hominis intelligere quoquo modo Deum.

5° Adhuc, Unumquodque tendit in divinam similitudinem, sicut in proprium finem. Illud igitur per quod unumquodque maxime Deo assimilatur, est ultimus finis ejus. Deo autem assimilatur maxime creatura intellectualis per hoc quod intellectualis est ; hanc enim similitudinem habet præ cæteris creaturis, et hoc includit omnes alias. In genere autem hujus similitudinis magis assimilatur Deo secundum quod intelligit actu, quam secundum quod intelligit in habitu vel potentia, quia Deus semper actu intelligens est, ut probatum est (l. I, c. 56) ; et in hoc quod intelligit actu, maxime assimilatur Deo, secundum quod intelligit ipsum Deum ; nam ipse Deus intelligendo se, intelligit omnia alia, ut probatum est (l. I, c. 46). Intelligere igitur Deum est ultimus finis omnis intellectualis substantiæ.

tiques ne méritent d'être aimés que pour autre chose; car ils n'ont pas pour fin la science, mais l'action. Quant aux sciences spéculatives, on peut les aimer pour elles-mêmes, parce que leur unique fin est la science. Si l'on excepte les études spéculatives, il ne se fait, dans l'ordre des choses humaines, aucune action qui ne se rapporte pas à une fin. Le jeu lui-même, qui semble n'avoir aucun but, a aussi une fin qui lui convient, celle de récréer l'esprit, pour lui permettre de se livrer ensuite avec plus de vigueur aux opérations qui demandent une grande application; car si l'on jouait simplement pour jouer, on ne devrait jamais interrompre cet exercice; et personne n'admettra une telle conséquence. Donc les arts pratiques se rattachent à ceux qui sont spéculatifs, et toute opération humaine a pour fin les contemplations de l'intelligence. Or, toutes les fois que certains arts ou certaines sciences sont coordonnés entre eux, nous voyons que la fin dernière est déterminée par cette science ou cet art qui dirige les autres et leur trace des règles : par exemple, l'art du pilote duquel dépend la fin du navire, c'est-à-dire son usage, est le premier par rapport à l'art de construire les vaisseaux, et ce dernier est soumis à sa direction. Il en faut dire autant de la première philosophie (4) par rapport aux autres sciences spéculatives; car toutes dépendent d'elle, en ce sens qu'elle renferme en elle leurs principes fondamentaux et les dirige dans la manière de réfuter ceux qui les nient. Cette philosophie a elle-même pour dernière fin la connaissance de Dieu, et c'est pour cela que nous l'appelons une science divine. Donc la connais-

(4) C'est-à-dire la métaphysique, ou plutôt encore la théologie; car elle renferme les premiers principes qui doivent servir de base à l'édifice des connaissances acquises par la raison humaine et de critérium à ses découvertes.

6° Item, Quod est tantum propter aliud diligibile, est propter illud quod est tantum propter se diligibile; non enim est abire in infinitum in appetitu naturæ, quia desiderium naturæ frustraretur, quum non sit possibile pertransire infinita. Omnes autem scientiæ et artes et potentiæ practicæ sunt tantum propter aliud diligibiles; nam in eis finis non est scire, sed operari. Scientiæ autem speculativæ sunt propter seipsas diligibiles; nam finis earum est ipsum scire. Nec invenitur aliqua actio, in rebus humanis, quæ non ordinetur ad alium finem, nisi consideratio speculativa; nam etiam ipsæ actiones ludicræ, quæ videntur absque fine fieri, habent aliquem finem debitum, scilicet ut per eas quodammodo mente relevati, magis simus postmodum potentes ad studiosas operationes; alias esset semper ludendum, si ludus propter se quæreretur; quod est inconveniens. Ordinantur igitur artes practicæ ad speculativas, et similiter omnis humana operatio ad speculationem intellectus, sicut ad finem. In omnibus autem scientiis et artibus ordinatis, ad illam videtur pertinere ultimus finis quæ est præceptiva et architectonica aliarum; sicut ars gubernatoria, ad quam pertinet finis navis, qui est usus ipsius, est architectonica et præceptiva respectu navis factivæ. Hoc autem modo se habet philosophia prima ad alias scientias speculativas; nam

sance de Dieu est la fin dernière de toute connaissance et de toute opération humaine.

7° Lorsque plusieurs agents et moteurs sont coordonnés ensemble, la fin que cherchent à atteindre le premier agent et le premier moteur est nécessairement la fin dernière de tous les autres : ainsi le général et tous les soldats qui combattent sous ses ordres n'ont qu'une seule fin. Or, de toutes les parties de l'homme, son intelligence est le moteur supérieur ; car c'est elle qui meut l'appétit en lui proposant son objet. L'appétit intellectuel, ou la volonté, meut le double appétit sensitif auquel nous donnons le nom d'irascible et de concupiscible ; ce qui fait que nous n'obéissons jamais à la concupiscence sans un ordre de la volonté. Lorsque intervient le consentement de la volonté, l'appétit sensitif met à son tour le corps en mouvement. La fin propre de l'intelligence est donc aussi la fin de toutes les actions humaines. Or, la vérité est la fin et le bien de l'intelligence, et par conséquent, sa fin dernière est la première vérité. Donc la fin dernière de l'homme tout entier, de toutes ses opérations et de tous ses désirs, est de connaître la première vérité, qui est Dieu.

8° Tous les hommes désirent naturellement connaître la cause des phénomènes qui se passent sous leurs yeux. C'est ce qui les porta tout d'abord à méditer sur certains faits sensibles qui leur causaient de l'étonnement et dont ils ignoraient les causes, et lorsqu'ils les avaient découvertes, ils cessaient leurs recherches. Or, il reste toujours quelque chose à découvrir tant que l'on n'est pas arrivé à la première cause, et quand on la connaît, on croit posséder une notion

---

ab ipsa omnes aliæ dependent, utpote ab ipsa accipientes sua principia et directionem contra negantes principia, ipsaque prima philosophia tota ordinatur ad Dei cognitionem, sicut ad ultimum finem ; unde et scientia divina nominatur. Est ergo cognitio divina finis ultimus omnis humanæ cognitionis et operationis.

7° Adhuc, In omnibus agentibus et moventibus ordinatis, oportet quod finis primi agentis et motoris sit ultimus finis omnium ; sicut finis ducis exercitus est finis omnium sub eo militantium. Inter omnes autem hominis partes intellectus invenitur superior motor ; nam intellectus movet appetitum, proponendo ei suum objectum. Appetitus autem intellectivus, qui est voluntas, movet appetitus sensitivos, qui sunt irascibilis et concupiscibilis ; unde et concupiscentiæ non obedimus, nisi voluntatis imperium adsit. Appetitus autem sensitivus, adveniente consensu voluntatis, movet jam corpus. Finis igitur intellectus est finis omnium actionum humanarum. Finis autem et bonum intellectus est verum ; et per consequens, ultimus finis, primum verum. Est igitur ultimus finis totius hominis et omnium operationum et desideriorum ejus, cognoscere primum verum, quod est Deus.

8° Amplius, Naturaliter inest omnibus hominibus desiderium cognoscendi causas eorum quæ videntur ; unde propter admirationem eorum quæ videbantur, quorum causæ latebant, homines primo philosophari cœperunt ; invenientes autem causam quies-



complète de la chose. Donc l'homme éprouve naturellement aussi le désir de connaître la première cause, en la prenant pour sa fin dernière. Or, Dieu est la première cause de tous les êtres. Donc la fin dernière de l'homme est de connaître Dieu.

9° L'homme est porté par sa nature à rechercher la cause de tout effet connu. Or, par son intelligence il connaît l'être universel. Donc il désire naturellement connaître sa cause, et cette cause n'est autre que Dieu, ainsi que nous l'avons prouvé [liv. II, ch. 15]. Or, aucun être n'a encore atteint sa fin dernière tant que son désir naturel n'est point satisfait. Donc la connaissance d'un être intelligible, quel qu'il soit, ne suffit pas pour faire le bonheur de l'homme, qui est sa fin dernière, si la connaissance de Dieu ne vient mettre un terme à son désir, comme étant sa dernière fin. Donc la fin dernière de l'homme est de connaître Dieu.

10° Le mouvement d'un corps qui se porte, en vertu d'une appétence naturelle, vers son lieu propre, augmente d'intensité et de rapidité, à mesure qu'il approche du terme (5). C'est ce qui conduit Aristote à prouver que le mouvement naturel en ligne droite ne peut se prolonger jusqu'à l'infini [ou indéfiniment]; car [s'il était infini] il ne serait pas plus intense dans le second instant que dans le premier (6).

(5) C'est une loi physique qui n'admet aucune exception, que les vitesses d'un mobile soumis à une force accélératrice agissant sans interruption, telle que la force de pesanteur qui attire tous les corps vers le centre de la terre, croissent dans la même proportion que le nombre des instants écoulés depuis l'origine du mouvement; de telle sorte que, étant représentée par 10 la vitesse à la fin de la première seconde du mouvement, elle sera de 20 à la fin de la deuxième, de 30 à la fin de la troisième, et ainsi de suite. Quant aux espaces parcourus par le mobile avec ces vitesses croissantes, ils sont proportionnels aux carrés des nombres employés à les parcourir.

(6) Aristote prouve, dans le traité *Du ciel* (liv. I, c. 4 et 5), que le mouvement qui se fait en ligne droite, ou suivant une ligne courbe, quel que soit son rapport avec le cercle, ne peut infiniment durer, parce que cette ligne a deux extrémités, le commence-

---

cebant. Nec sistit inquisitio quousque perveniatur ad primam causam; et tunc perfecte nos scire arbitramur quando primam causam cognoscimus. Desiderat igitur homo naturaliter cognoscere primam causam quasi ultimum finem. Prima autem omnium causa Deus est. Est igitur ultimus finis hominis cognoscere Deum.

9° Præterea, Cujuslibet effectus cogniti naturaliter homo causam scire desiderat. Intellectus autem humanus cognoscit ens universale. Desiderat igitur naturaliter cognoscere causam ejus, quæ solum Deus est, ut probatum est (l. II, c. 15). Non est autem aliquis assecutus finem ultimum quousque naturale desiderium quiescat. Non sufficit igitur, ad felicitatem humanam, quæ est ultimus finis, qualiscumque intelligibilis cognitio, nisi divina cognitio adsit, quæ naturale desiderium quietet sicut ultimus finis. Est igitur ultimus finis hominis ipsa Dei cognitio.

10° Amplius, Corpus quod naturali appetitu tendit in suum *ubi*, tanto vehementius et velocius movetur, quanto magis appropinquat fini; unde probat Aristoteles (de cœlo, I, c. 4 et 5) quod motus naturalis rectus non potest esse ad infinitum, quia

Donc l'être qui tend avec plus de force vers un autre dans l'instant qui suit que dans celui qui précède ne reste pas infiniment en mouvement, mais il se porte vers un objet déterminé. La même chose a lieu lorsqu'une personne est possédée du désir de la science; car plus elle sait et plus elle éprouve le désir de savoir. Donc le désir de la science, qui est naturel à l'homme, a une fin déterminée. Or, cette fin ne peut être que l'objet le plus élevé de la science, c'est-à-dire Dieu. Donc la connaissance de Dieu est la fin dernière de l'homme. Or, la fin dernière de l'homme et de toute substance intellectuelle s'appelle la félicité ou le bonheur; car toute substance intellectuelle aspire au bonheur comme à sa fin dernière et le recherche pour lui-même. Donc le souverain bonheur et la dernière félicité d'une substance intellectuelle, quelle qu'elle soit, consiste à connaître Dieu.

Nous trouvons cette vérité exprimée dans ces paroles de l'Écriture : *Bienheureux ceux qui ont le cœur pur, parce qu'ils verront Dieu* [Matth., v, 8]. *Vous connaître, vous le Dieu unique et véritable, c'est la vie éternelle* [Joan., xvii, 3].

Aristote professe le même sentiment lorsqu'il dit que le comble de la félicité pour l'homme est de contempler l'être le plus excellent qu'une intelligence puisse connaître (7).

ment et la fin, et l'infini ou l'indéfini, ce qui revient au même dans le cas présent, n'admet pas de fin. Du moment donc que la ligne suivie par le mobile a une fin, comme c'est une loi constante de la nature que le mouvement s'accélère à mesure que le mobile approche de sa fin, ce mouvement aura nécessairement une fin. — Le même philosophe, s'appuyant toujours sur les mêmes principes, démontre dans sa *Physique* (liv. viii, c. 8 et 9) que le mouvement circulaire peut seul se continuer jusqu'à l'infini; car la ligne que suit le mobile n'ayant pas de fin, ce mouvement sera toujours uniforme.

(7) Quod si beatitudo muneris functio est virtuti consentanea, probabile est eam præstantissimæ virtuti esse consentaneam. Atque hæc fuerit ejus quod in homine est optimum. Sive igitur quidem hoc mens sit, sive aliud quippiam quod videtur imperare ac præesse debere natura, rerumque honestarum ac divinarum in sese notionem conti-

---

non magis moveretur postea quam prius. Quod igitur vehementius in aliquid tendit postea quam prius, non movetur ad infinitum, sed ad aliquid determinatum tendit. Hoc autem invenimus in desiderio sciendi; quanto enim aliquis plura scit, tanto majori desiderio affectat scire. Tendit igitur desiderium naturale hominis in sciendo ad aliquem determinatum finem. Hoc autem non potest esse aliud quam nobilissimum scibile, quod Deus est. Est igitur cognitio divina finis ultimus hominis. Ultimus autem finis hominis et cujuslibet intellectualis substantiæ felicitas sive beatitudo nominatur; hoc enim est quod omnis substantia intellectualis desiderat tanquam ultimum finem et propter se tantum. Est igitur beatitudo et felicitas ultima cujuslibet substantiæ intellectualis cognoscere Deum.

Hinc est quod dicitur : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (*Matth.*, v. 8); et : *Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum Deum verum* (*Joann.*, xvii, 3).

Huic etiam sententiæ Aristoteles (Ethic., x, c. 7) concordat ubi ultimam hominis felicitatem dicit esse speculativam quantum ad speculationem optimi speculabilis.

CHAPITRE XXVI.

La félicité ne consiste pas dans un acte de la volonté.

1° En considérant qu'une substance intellectuelle arrive jusqu'à Dieu par son opération, qui consiste non-seulement à le connaître, mais encore à le désirer par un acte de la volonté, à l'aimer et à se délecter en lui, on sera porté à croire que la connaissance de Dieu n'est pas la fin dernière de l'homme et le comble de sa félicité, mais qu'il atteint bien plutôt ce but en se mettant en rapport avec Dieu par l'amour ou tout autre acte de la volonté, par cette raison surtout que la volonté a pour objet le bien qui est une fin, et que le vrai, qui est l'objet de l'intelligence, n'est une fin qu'autant qu'il est lui-même un bien. Il paraît donc suivre de là que l'homme arrive à sa fin dernière, non par un acte de l'intelligence, mais par un acte de la volonté.

2° Selon le Philosophe, la délectation qui résulte de l'opération la rend aussi parfaite que possible, de même que la beauté perfectionne

nere (sive divinum sit hoc ipsum, sive eorum quæ in nobis sunt divinissimum), hujus muneris functio ex propria virtute, perfecta et absoluta erit beatitudo. Esse autem in contemplatione rerum positam supra diximus ; quod quidem et veritati congruere videtur. Præstantissima enim hæc est muneris functio ; nam et eorum quæ sunt in nobis mens quiddam est longe optimum, et omnium quæ cognosci possunt, ea quæ mente complectimur longe sunt optima : præterea vero et maxime assidua ; nam res assidue contemplari magis quam quidvis agere possumus. Et quum beatitudini admixtam et quasi implicatam esse voluptatem arbitremur, tum omnium muneris functionum, quæ virtuti congruunt, eam quæ ex sapientia est jucundissimam esse omnes uno ore consentiunt. Videtur itaque sapientia mirabiles quasdam, tum sinceritate, tum stabilitate, voluptates continere. Probabile est autem eos qui sciunt, quam eos qui quærunt, vitam traducere jucundiorem. Tum ea quæ appellatur vita bonis omnibus per se cumulata, nihilque externum desiderans, in ea beatitudine maxime quæ in rerum contemplatione versatur reperietur, etc., etc. (Arist. *Ethic.*, x, c. 7).

CAPUT XXVI.

Quod felicitas in actu voluntatis non consistit.

1° Quia vero intellectualis substantia sua operatione pertingit ad Deum, non solum intelligendo, sed per actum etiam voluntatis desiderando, et amando ipsum, et in ipso delectationem habendo, potest alicui videri quod ultimus finis et ultima hominis felicitas non sit in cognoscendo Deum, sed magis in amando vel aliquo alio actu voluntatis se habendo ad ipsum : præcipue quum objectum voluntatis sit bonum, quod habet rationem finis ; verum autem, quod est objectum intellectus, non habeat rationem finis, nisi in quantum et ipse est bonum. Unde non videtur homo consequi ultimum finem per actum intellectus, sed magis per actum voluntatis.

2° Præterea, Ultima perfectio operationis est delectatio, quæ perficit operationem, sicut pulchritudo juventutem, ut Philosophus dicit (Ethic., x, c. 4). Si igitur per-



la jeunesse (1). Si donc l'opération parfaite est une fin dernière, la fin dernière sera une opération de la volonté, plutôt que de l'intelligence.

3° On désire tellement la délectation pour elle-même, que jamais on ne la recherche en vue d'autre chose, et il serait ridicule de demander à une personne pourquoi elle veut se procurer quelque plaisir. Or, il entre dans la condition de la fin dernière qu'on la recherche pour elle-même. Donc la fin dernière paraît consister dans l'opération de la volonté plutôt que dans celle de l'intelligence.

4° L'appétence de la fin dernière est commune à tous les êtres, parce qu'elle est naturelle. Or, le plus grand nombre recherche la délectation plutôt que la connaissance qui la procure. Donc la première est plutôt une fin que la seconde.

5° La volonté est une puissance supérieure à l'intelligence; car c'est la volonté qui dirige l'intelligence vers sa fin, puisque l'intelligence considère en acte les choses qui sont habituellement en elle lorsque le sujet le veut. Donc l'action de la volonté est plus noble que celle de l'intelligence. Donc la fin dernière, qui est la béatitude, consiste plutôt dans l'acte de la volonté que dans celui de l'intelligence.

(1) Jam vero cum sensus omnis in id quod sub eum sensum cadit suo munere fungatur, et perfecte quidem fungatur is qui bene affectus est, cum eorum quæ sub illo sensu posita sunt pulcherrimo quoque comparatus; tale enim quiddam maxime videtur esse perfecta muneris functio : atque utrum sensum suo munere fungi dicamus, an id in quo sensus inest, nihil intersit. In unoquoque autem genere optima est functio ejus quod optime affectum est, cum eorum quæ sub eum sensum cadunt præstantissimo quoque comparatum. Hæc autem perfectissima erit et jucundissima; habet enim sensus suam quisque voluptatem : itemque cogitatio et cognitio. Atque ut quæque functio est perfectissima, ita jucundissima est. Est autem perfectissima ejus quod bene affectum est ad eorum quæ sub illum sensum aut cogitationem cadunt optimum. Perficit igitur muneris functionem voluptas..... Perficit autem muneris functionem voluptas, non ut habitus penitus insitus, sed ut finis quidam subsequens, veluti eos qui florent ætate formæ maturitas. Quamdiu autem id quod sub sensum vel intelligentiam cadit tale fuerit quale oportet esse, et quamdiu id quod judicat aut contemplatur tale, tamdiu in functione muneris futura est voluptas (Arist. *Ethic.*, x, c. 4).

fecta operatio est ultimus finis, videtur quod ultimus finis magis sit secundum operationem voluntatis quam intellectus.

3° Adhuc, Delectatio videtur ita propter se desiderari quod nunquam propter aliud; stultum enim est quærere ab aliquo quare velit delectari. Hæc autem est conditio ultimi finis, ut scilicet propter se quæratur. Est igitur ultimus finis magis in operatione voluntatis quam intellectus, ut videtur.

4° Item, In appetitu ultimi finis maxime omnes concordant, quum sit naturalis. Plures autem quærunt delectationem quam cognitionem. Magis igitur videtur esse finis delectatio quam cognitio.

5° Amplius, Voluntas videtur esse altior potentia quam intellectus; nam voluntas movet intellectum ad finem; intellectus enim actu considerat quæ habitu tenet, quum aliquis voluerit. Actio igitur voluntatis videtur nobilior quam actio intellectus. Magis igitur videtur ultimus finis, quæ est beatitudo, consistere in actu voluntatis quam in actu intellectus.

Cette conclusion présente évidemment une impossibilité, et nous le démontrons ainsi :

1° Comme la béatitude est le bien propre de la nature intellectuelle, elle ne peut lui convenir qu'à raison de ce qui lui appartient, à l'exclusion de toute autre. Or, la nature intellectuelle ne possède pas en propre l'appétit que nous trouvons dans tous les êtres, quoiqu'il y soit de différentes manières, suivant la nature de chacun. Cette diversité vient de ce qu'ils ne sont pas tous également disposés à connaître. Les êtres privés de toute connaissance ont seulement l'appétit naturel; ceux dont la connaissance s'arrête aux sens ont l'appétit sensitif, qui comprend l'irascible et le concupiscible; enfin, ceux qui connaissent par l'intelligence sont doués d'un appétit proportionné à cette connaissance, savoir la volonté. Donc la volonté n'est pas le propre de la nature intellectuelle en sa qualité d'appétit, mais seulement en ce qu'elle dépend de l'intelligence. Quant à l'intelligence, elle appartient essentiellement en propre à cette nature. Donc la béatitude ou la félicité consiste substantiellement et principalement dans l'acte de l'intelligence bien plutôt que dans l'acte de la volonté.

2° On peut dire de toutes les puissances mues par leurs objets que les objets précèdent naturellement les actes de ces puissances, de même que le moteur est naturellement antérieur au mouvement actuel produit dans le mobile. Or, la volonté est une puissance de ce caractère; car c'est l'objet désirable qui excite le désir. Donc l'objet de la volonté est naturellement avant son acte. Donc le premier objet de cette faculté précède tout acte émané d'elle. Donc l'acte de la volonté ne peut être le premier objet voulu. Or, ce premier objet est la fin

---

Hoc autem esse impossibile manifeste ostenditur.

1° Quum enim beatitudo sit proprium bonum intellectualis naturæ, oportet quod secundum id intellectuali naturæ conveniat quod est sibi proprium. Appetitus autem non est proprium intellectualis naturæ, sed omnibus rebus inest, licet diversimode in diversis; quæ tamen diversitas procedit ex hoc quod res diversimode se habent ad cognitionem : quæ enim omnino cognitione carent habent appetitum naturalem tantum; quæ vero habent cognitionem sensitivam, et appetitum sensibilem habent, sub quo irascibilis et concupiscibilis continentur; quæ vero habent cognitionem intellectivam, et appetitum cognitioni proportionatum habent, scilicet voluntatem. Voluntas igitur, secundum quod est appetitus, non est proprium intellectualis naturæ, sed solum secundum quod ab intellectu dependet. Intellectus autem secundum se proprius est intellectuali naturæ. Beatitudo igitur vel felicitas in actu intellectus consistit substantialiter et principaliter magis quam in actu voluntatis.

2° Adhuc, In omnibus potentiis quæ moventur a suis objectis, objecta sunt naturaliter priora actibus illarum potentiarum, sicut motor naturaliter prior est quam moveri ipsius mobilis. Talis autem potentia est voluntas; appetibile enim movet appetitum. Objectum igitur voluntatis est prius naturaliter quam actus ejus. Primum igi-

dernière, c'est-à-dire la béatitude. Donc il répugne que l'acte même de la volonté constitue la béatitude ou la félicité.

3° Toutes les fois que la puissance peut revenir sur ses actes [par une sorte de réflexion], l'acte de cette puissance doit tout d'abord se porter sur un objet, et elle revient ensuite sur cet acte même. En effet, si l'intelligence connaît qu'elle connaît, elle doit connaître premièrement une chose, et arriver, en second lieu, à connaître son acte de connaître; car cet acte de connaître connu par l'intelligence se termine à un objet. D'où il suit qu'il faudra remonter ainsi jusqu'à l'infini; ou bien, si l'on doit arriver à un premier objet connu, ce sera, non pas l'acte même de connaître, mais un être intelligible. De même, le premier objet voulu ne saurait être la volition elle-même, mais quelque autre bien. Or, la béatitude ou la félicité est le premier de tous les objets voulus par une nature intellectuelle; car c'est en vue de l'obtenir que nous voulons quoi que ce soit. Donc la félicité ne peut consister essentiellement dans un acte de la volonté.

4° Chacun des êtres est en possession de sa véritable nature, lorsqu'il possède les principes constitutifs de sa substance : ainsi l'homme vrai diffère de l'homme peint en vertu des principes qui constituent la substance humaine. Or, ce n'est pas l'acte de la volonté qui établit une différence entre la vraie et la fausse béatitude; car si la volonté désire, aime ou se délecte, elle est dans une disposition identique, quelque objet qu'on lui propose, à tort ou à raison, comme étant le souverain bien, et lorsqu'il s'agit de prononcer si cet objet est réelle-

---

tur ejus objectum præcedit omnem actum ipsius. Non potest ergo actus voluntatis primum volitum esse. Hoc autem est ultimus finis, quæ est beatitudo. Impossibile est igitur quod beatitudo sive felicitas sit ipse actus voluntatis.

3° Præterea, In omnibus potentiis quæ possunt converti in suos actus, prius oportet quod actus illius potentiæ feratur in objectum aliquod, et postmodum feratur in suum actum. Si enim intellectus intelligit se intelligere, prius oportet ponere quod intelligat rem aliquam, et consequenter quod intelligat se intelligere; nam ipsum intelligere quod intellectus intelligit alicujus objecti est; unde oportet quod vel procedatur in infinitum, vel, si est devenire ad primum intellectum, hoc non erit ipsum intelligere, sed aliqua res intelligibilis. Similiter oportet quod primum volitum non sit ipsum velle, sed aliquod aliud bonum. Primum autem volitum intellectualis naturæ est ipsa beatitudo sive felicitas; nam propter hoc volumus quæcumque volumus. Impossibile est igitur felicitatem essentialiter in actu voluntatis consistere.

4° Amplius, Unumquodque, secundum ea quæ constituunt substantiam ejus, habet naturæ suæ veritatem; differt enim verus homo a picto per ea quæ substantiam hominis constituunt. Vera autem beatitudo non differt a falsa secundum actum voluntatis; nam eodem modo se habet voluntas in desiderando vel amando vel delectando, quidquid sit illud quod sibi proponitur ut summum bonum, sive vere sive falso. Utrum autem vere sit summum bonum quod ut tale proponitur vel falso, hoc differt ex

ment ou n'est pas le souverain bien, c'est à l'intelligence à faire cette distinction. Donc la béatitude ou la félicité consiste essentiellement dans l'intelligence et non dans un acte de la volonté.

5° Si la félicité se trouvait dans un acte de la volonté, cet acte serait ou le désir, ou l'amour, ou la délectation. Or, un désir ne peut être la fin dernière; car on désire, parce que la volonté se porte vers un bien qu'on ne possède pas encore; ce qui contredit la notion de la fin dernière. L'amour ne saurait être non plus la fin dernière, parce qu'on aime, non-seulement le bien que l'on possède, mais encore celui dont on est privé; car c'est l'amour qui nous fait désirer et nous porte à rechercher ce qui nous manque, et si l'amour de l'objet qu'on possède est plus parfait, cela vient de ce que l'on possède le bien que l'on aime. Donc il ne faut pas confondre la possession du bien, qui est une fin, avec l'amour, qui est imparfait avant la possession et parfait après. La délectation n'est pas davantage la fin dernière; car la possession du bien est une cause de délectation, soit lorsque nous sentons le bien actuellement possédé, soit lorsque nous gardons le souvenir du bien possédé autrefois, soit encore lorsque nous espérons posséder quelque bien dans l'avenir. Donc la délectation n'est pas la fin dernière. Donc nul acte de la volonté ne doit être envisagé comme étant substantiellement la félicité même.

6° Si la délectation était notre fin dernière, elle renfermerait en elle ce qui nous la fait rechercher. Or, il n'en est point ainsi. Il est important, au contraire, d'examiner quelle est sa nature, d'après le principe d'où elle découle; car celle qui provient des opérations bonnes et désirables est elle-même bonne et désirable, et celle qui prend sa source

---

parte intellectus. Beatitudo igitur sive felicitas in intellectu essentialiter magis quam in actu voluntatis consistit.

5° Item, Si aliquis actus voluntatis esset ipsa felicitas, hic actus esset aut desiderare aut amare aut delectari. Impossibile est autem quod desiderare sit ultimus finis; est enim desiderium secundum quod voluntas tendit in id quod nondum habet; hoc autem contrariatur rationi ultimi finis. Amare etiam non potest esse ultimus finis; amatur enim bonum, non solum quando habetur, sed etiam quando non habetur; ex amore enim est quod non habitum desiderio quæratur; et si amor jam habiti perfectior sit, hoc causatur ex hoc quod bonum amatum habetur; aliud est igitur habere bonum, quod est finis, quam amare, quod ante habere est imperfectum, post habere perfectum. Similiter autem nec delectatio est ultimus finis; ipsum enim habere bonum causa est delectationis, vel dum bonum nunc habitum sentimus, vel dum prius habitum memoramur, vel dum in futuro habendum speramus; non est igitur delectatio ultimus finis. Nullus ergo actus voluntatis potest esse substantialiter ipsa felicitas.

6° Adhuc, Si delectatio esset ultimus finis, ipsa secundum seipsam esset appetenda. Hoc autem est falsum; refert enim discernere quæ delectatio appetatur ex eo ad quod consequitur delectatio; nam delectatio quæ consequitur bonas et appeten-

dans des opérations mauvaises est mauvaise, et on doit l'éviter. Donc la délectation est bonne et désirable en vertu d'un principe extrinsèque. Donc elle n'est pas la fin dernière que nous appelons la félicité.

7° Il y a analogie entre l'ordre déterminé par une règle et celui qu'établit la nature (2); car les êtres qui suivent la nature sont coordonnés sans erreur avec leur fin. Or, la nature produit la délectation dans ces êtres en vue de l'opération, et non réciproquement, puisqu'il est facile de constater qu'elle accompagne de délectation les opérations des animaux qui ont pour but de réaliser certaines fins indispensables : tels sont l'usage des aliments, qui a trait à la conservation de l'individu, et les jouissances charnelles, d'où résulte la conservation de l'espèce; et il en est ainsi, parce que si ces choses nécessaires ne causaient aucune délectation, les animaux les délaisseraient complétement. Donc il répugne d'admettre la délectation comme fin dernière.

8° La délectation nous paraît être simplement le repos de la volonté dans un bien qui lui convient, de même que le désir est une inclination de la volonté vers le bien qu'il s'agit d'obtenir. Or, de même que la volonté de l'homme l'incline vers une fin dans laquelle il se repose, ainsi les corps naturels sont inclinés par la nature vers leurs fins propres, et ils s'y reposent, lorsque chacun d'eux est arrivé à sa fin. Or, il serait absurde de dire que la fin du mouvement d'un corps pesant n'est pas de le placer dans son lieu propre, mais uniquement de mettre un terme à la tendance qui le portait vers ce lieu; car si la nature n'avait en vue que de calmer cette inclination, elle ne la mettrait pas

(2) Les êtres intelligents sont soumis au premier, et ils ont connaissance des lois qu'ils exécutent; la nature impose le second aux êtres sans raison, qui s'y soumettent aveuglément.

---

das operationes bona est et appetenda ; quæ autem malas, mala est et fugienda. Habet igitur quod sit bona et appetenda ex alio. Non est igitur ipsa ultimus finis, quod est felicitas.

7° Adhuc, Rectus ordo rerum convenit cum ordine naturæ; nam res naturales ordinantur in suum finem absque errore. In naturalibus autem est delectatio propter operationem, et non e converso; videmus enim quod natura illis operationibus animalium delectationem apposuit quæ sunt manifeste ad fines necessarios ordinatæ, sicut in usu ciborum, qui ordinatur ad conservationem individui, et in usu venereorum, qui ordinatur ad conservationem speciei; nisi enim adesset delectatio, animalia a prædictis usibus necessariis abstinerent. Impossibile ergo est quod delectatio sit ultimus finis.

8° Item, Delectatio nihil aliud esse videtur quam quietatio voluntatis in aliquo bono convenienti, sicut desiderium est inclinatio voluntatis in aliquod bonum consequendum. Sicut autem homo per voluntatem inclinatur in finem et quietatur in illo, ita corpora naturalia habent inclinationes naturales in fines proprios, quæ quidem quietantur, fine jam adepto. Ridiculum autem est dicere quod finis motus corporis gravis non sit esse in loco proprio, sed quietatio inclinationis qua in hoc tendebat; si enim

dans ce corps. Mais elle la lui donne, afin que par elle il se porte vers le lieu qui lui convient, et lorsqu'il y arrive comme à sa fin, cette inclination se trouve apaisée. Par conséquent, ce résultat n'est pas une fin, mais il est simplement attaché à la fin. Donc, à plus forte raison, aucun acte de la volonté ne constitue la félicité.

9° Si la fin d'un être lui est extrinsèque, sa fin dernière est dans l'opération qui le fait arriver la première jusqu'à cette chose : par exemple, c'est la possession et non l'amour ou le désir de l'argent que recherchent ceux qui font une fin de l'argent. Or, Dieu est la fin dernière des substances intellectuelles. Donc l'opération qui fait principalement arriver l'homme jusqu'à Dieu est substantiellement sa béatitude ou sa félicité. Or, telle est l'opération de connaître; car nul ne peut vouloir ce qu'il ignore. Donc l'homme trouve substantiellement sa félicité parfaite dans la connaissance intellectuelle de Dieu, et non dans un acte de sa volonté.

Nous trouvons dans ce qui précède de quoi résoudre les objections ci-dessus énoncées :

1° De ce que la félicité est l'objet de la volonté, par la raison qu'elle est le souverain bien, on n'est pas forcé de conclure qu'elle est substantiellement l'acte même de la volonté, ainsi qu'on le prétend en premier lieu; et même il est certain qu'étant l'objet principal de la volonté, elle ne peut être l'acte de cette faculté.

2° Nous rejetons ce principe, énoncé dans le second argument, que tout ce qui perfectionne un être, sous quelque rapport que ce soit, est sa fin. Une chose perfectionne une autre chose en deux sens diffé-

---

hoc principaliter natura intenderet ut inclinatio quietaretur, non daret eam; dat autem eam ut per hoc in locum proprium tendat; quo consecuto quasi fine, sequitur inclinationis quietatio; et sic quietatio talis non est finis, sed concomitans finem. Nec igitur delectatio est finis ultimus, sed concomitans ipsum. Multo igitur magis nec aliquis voluntatis actus est felicitas.

9° Adhuc, si alicujus rei sit aliqua res exterior finis, illa operatio dicetur esse finis ultimus, per quam primo consequitur rem illam; sicut his quibus pecunia est finis dicitur etiam possidere pecuniam finis, non autem amare neque concupiscere. Finis autem ultimus substantiæ intellectualis est Deus. Illa igitur operatio hominis est substantialiter ejus beatitudo vel felicitas, per quam primo attingit ad Deum. Hoc autem est intelligere; nam velle non possumus quod non intelligimus. Est igitur ultima felicitas hominis in cognoscendo Deum per intellectum substantialiter, et non in actu voluntatis.

Jam igitur, per ea quæ dicta sunt, patet solutio in contrarium objectorum.

1° Non enim, si felicitas, per hoc quod habet rationem summi boni, est objectum voluntatis, propter hoc necesse est quod sit substantialiter ipse actus voluntatis, ut prima ratio procedebat; imo, ex hoc ipso quod est primum objectum, sequitur quod non sit actus ejus, ut ex dictis apparet.

2° Nec etiam oportet quod omne id quo res quocumque modo perficitur sit finis il-

rents, suivant que celle-ci appartient déjà à son espèce, ou bien qu'elle doit être spécifiée par ce perfectionnement. La perfection d'une maison, considérée comme comprise dans une espèce, est la chose en vue de laquelle cette espèce existe, c'est-à-dire l'habitation; car il n'y aurait pas de maisons si elles ne devaient pas être habitées. Quant à la perfection qui a pour terme l'espèce de cette maison, elle comprend tout ce qui a pour but de constituer son espèce même : tels sont ses principes substantiels; ensuite ce qui est destiné à conserver cette espèce, par exemple, toutes les constructions élevées pour la consolider; et encore ce qui rend l'usage de cette maison plus agréable, comme l'ornementation. Donc c'est la fin qui perfectionne une chose déjà spécifiée; et, en ce sens, la maison a pour fin d'être habitée. Également, l'opération propre de la chose, qui en est comme l'usage, est aussi sa fin. Quant aux perfections qui doivent déterminer l'espèce de la chose, elles ne sont pas sa fin, mais la chose même est plutôt leur fin. En effet, la matière et la forme existent pour l'espèce; car quoique la forme soit la fin de la génération, elle n'est cependant pas la fin de l'être déjà produit qui appartient à telle espèce, et même, si la forme est nécessaire, c'est pour compléter l'espèce. Il en faut dire autant des principes qui conservent un être dans son espèce : ainsi la santé et la vertu nutritive perfectionnent l'animal, et pourtant elles ne sont pas sa fin, mais c'est l'inverse qui a lieu. Ajoutons encore que les attributs qui donnent à un être l'aptitude nécessaire pour réaliser plus parfaitement les opérations propres de son espèce, et lui faire atteindre d'une manière plus convenable sa fin, ne sont pas non plus la fin de ces êtres; mais c'est tout le contraire. Ceci s'applique à certaines qua-

---

libus rei, sicut secunda ratio procedebat. Est enim aliquid perfectio alicujus dupliciter : uno modo, ut habentis jam speciem; alio modo, ut ad speciem habendam; sicut perfectio domus, secundum quod jam habet speciem, est id ad quod species domus ordinatur, scilicet habitatio; non enim domus fieret, nisi propter hoc; unde et in diffinitione domus oportet hoc poni, si debeat diffinitio esse perfecta. Perfectio vero ad speciem domus est tam id quod ordinatur ad speciem constituendam, sicut principia substantialia ipsius, quam id quod ordinatur ad speciei conservationem, sicut appodiacula quæ fiunt ad sustentationem domus, quam etiam illa quæ faciunt ad hoc quod usus domus sit convenientior, sicut pulchritudo domus. Illud igitur quod est perfectio rei secundum quod jam habet speciem, est finis ipsius, ut habitatio est finis domus. Et similiter propria operatio cujuslibet rei, quæ est quasi usus ejus, est finis ipsius. Quæ autem sunt perfectiones rei ad speciem, non sunt finis rei; imo res est finis ipsarum. Materia enim et forma sunt propter speciem; licet enim forma sit finis generationis, non tamen est finis jam generati et speciem habentis; imo ad hoc quæritur forma ut species sit completa. Similiter conservantia rem in sua specie, ut sanitas et vis nutritiva, licet perficiant animal, non tamen sunt finis animalis, sed magis e converso. Ea etiam quibus aptatur res ad proprias operationes speciei perficiendas et ad

lités, telles que la beauté de l'homme, la force du corps et autres semblables, qui, selon Aristote, contribuent à la félicité de la manière qui convient aux organes (3). Or, si la délectation rend l'opération parfaite, ce n'est pas que l'opération ait avec elle un rapport nécessaire en vertu de son espèce; mais elle est faite pour d'autres fins, et c'est ainsi qu'en prenant de la nourriture chaque individu vise à sa propre conservation. Mais il faut mettre la délectation au nombre des perfections qui concourent à réaliser l'espèce; car elle est cause que nous apportons plus d'attention et de soin aux opérations qui nous causent quelque plaisir. C'est ce qu'entend le Philosophe, lorsqu'il dit que le plaisir perfectionne l'opération, de même que la beauté perfectionne la jeunesse (4); car cette beauté existe à cause de l'individu qui est jeune, et non réciproquement.

3° Parce que les hommes ne recherchent pas la délectation pour autre chose, mais pour elle-même, on n'est pas autorisé à en conclure, ainsi qu'on le fait dans la troisième objection, que la fin dernière est la délectation; car, quoiqu'elle ne soit pas une fin dernière, elle est attachée à la fin dernière, puisque l'on éprouve du plaisir en atteignant la fin voulue.

4° Il est faux que la plupart des hommes recherchent la délectation qui résulte de la connaissance plutôt que la connaissance elle-

(3) Restat ut de beatitudine utrum habenda sit in numero rerum laudabilium, an in earum potius quæ honore dignæ sunt. Est enim perspicuum eam non numerari in potestatibus. Videtur igitur id omne quod laudabile est ob eam causam laudari, quod sit cujusdam modi et ad aliquid quodam modo referatur. Nam justum, fortem et omnino virum bonum ac virtutem propter facta et actiones laudamus. Robustum et eum qui ad cursum aptus est, et unumquemque aliorum propterea laudamus, quod a natura sit comparatus, et quodam modo ad aliquod bonum et præstantiam aliquam affectus est (Arist. *Ethic.*, I, c. 12).

(4) Voyez la note 1 qui précède.

debitum finem congruentius consequendum, non sunt finis rei, sed magis e converso; sicut pulchritudo hominis et robur corporis et alia hujusmodi, de quibus dicit Philosophus (Ethic., I, c. 12) quod organice deserviunt felicitati. Delectatio autem est perfectio operationis, non ita quod ad ipsam ordinetur operatio secundum suam speciem, sed ordinatur ad alios fines, sicut comestio ordinatur ad conservationem individui; sed est similis perfectioni quæ ordinatur ad speciem rei; nam propter delectationem attentius et decentius operationi insistimus in qua delectamur. Unde Philosophus dicit (Ethic., X, c. 4) quod delectatio perficit operationem, sicut decor juventutem; qui quidem est propter eum cui inest juventus, et non e converso.

3° Neque autem quod delectationem non propter aliud volunt homines, sed propter seipsam, est sufficiens signum quod delectatio sit ultimus finis, sicut tertia ratio concludebat. Nam delectatio, etsi non sit ultimus finis est tamen ultimum finem concomitans, quum ex adeptione finis delectatio consurgat.

4° Non autem plures quærunt delectationem quæ est in cognoscendo quam cognitionem; sed plures sunt qui quærunt delectationes sensibiles quam cognitionem

même; mais il est vrai que ceux qui s'attachent aux délectations sensibles l'emportent par le nombre sur les autres qui désirent connaître par leur intelligence et jouir du plaisir qu'ils y trouvent. La raison de ceci, c'est que les êtres qui existent en dehors du sujet sont mieux connus du plus grand nombre, parce que l'homme commence à connaître au moyen des choses sensibles.

5° Cette cinquième raison, que la volonté qui sert de moteur à l'intelligence est supérieure à cette dernière faculté, est évidemment fausse. En effet, c'est l'intelligence qui meut la volonté premièrement et essentiellement; car la volonté, considérée comme telle, est mue par son objet, qui est le bien appréhendé. La volonté, à son tour, meut l'intelligence, mais par accident, en ce que l'intelligence appréhende comme bon l'acte même de connaître, et que la volonté le désire. Il s'ensuit que l'intelligence connaît en acte, et par là même elle précède la volonté, puisque jamais la volonté n'aurait le désir de connaître, si l'intelligence n'appréhendait pas auparavant l'acte de connaître comme un bien. On peut ajouter encore que la volonté meut l'intelligence, pour lui faire réaliser actuellement son opération, de la même manière que le fait un agent, au lieu que l'intelligence meut la volonté de la manière qui convient à la fin (5); car le bien connu est la fin de la volonté. L'agent, en sa qualité de moteur, est postérieur à la fin, puisqu'il n'imprime le mouvement qu'en vue d'une fin. D'où nous concluons qu'absolument l'intelligence est supérieure à la volonté, et que, sous certains rapports et accidentellement, la volonté est au-dessus de l'intelligence.

(5) L'agent meut par impulsion, et la fin par attraction.

intellectus et delectationem ipsam consequentem; quia ea quæ exterius sunt magis nota pluribus existunt, eo quod a sensibilibus incipit humana cognitio.

5° Quod autem quinta ratio proponit, voluntatem esse altiorem intellectu quasi ejus motivam, falsum esse manifestum est. Nam primo et per se intellectus movet voluntatem; voluntas enim, in quantum hujusmodi, movetur a suo objecto, quod est bonum apprehensum. Voluntas autem movet intellectum quasi per accidens, in quantum scilicet intelligere ipsum apprehenditur ut bonum et sic desideratur a voluntate; ex quo sequitur quod intellectus actu intelligit, et in hoc ipso voluntatem præcedit; nunquam enim voluntas desideraret intelligere, nisi prius intellectus ipsum intelligere apprehenderet ut bonum. Et iterum voluntas movet intellectum ad operandum in actu per modum quo agens movere dicitur; intellectus autem voluntatem, per modum quo finis movet, nam bonum intellectum est finis voluntatis. Agens autem est posterior in movendo quam finis, nam agens non movet nisi propter finem. Unde apparet intellectum simpliciter esse altiorem voluntate, voluntatem vero intellectu, per accidens et secundum quid.

CHAPITRE XXVII.

Le bonheur de l'homme ne consiste pas dans les jouissances corporelles.

Nous pouvons juger par tout ce que nous avons dit que l'homme ne saurait trouver le bonheur dans les jouissances corporelles, dont les principales sont les délices de la table et les plaisirs de la chair. En effet :

1° Nous avons prouvé [ch. 26] que, suivant l'ordre établi, la nature produit la délectation en vue de l'opération, et non réciproquement; si donc les opérations ne constituent pas une fin dernière, nous ne devons pas non plus considérer comme fin dernière, ni comme attachées à la fin dernière les délectations qui s'ensuivent. Or, il est certain que les opérations d'où résultent ces délectations ne sont pas une fin dernière, mais elles ont elles-mêmes des fins bien déterminées : on mange, par exemple, pour soutenir le corps; l'union charnelle a pour but la génération. Donc ces jouissances ne sont pas une fin dernière et elles n'accompagnent pas non plus la fin dernière. Donc on ne doit pas y placer le bonheur.

2° La volonté domine l'appétit sensitif, puisque, comme nous l'avons vu [ch. 25], elle est son moteur. Or, nous avons démontré [ch. 26] que la félicité n'est pas dans un acte de la volonté. Donc elle est beaucoup moins encore dans ces voluptés qui ont leur siége dans l'appétit sensitif.

3° La félicité est un bien propre à l'homme; car si l'on dit que les

---

CAPUT XXVII.

Quod felicitas humana non consistit in delectationibus corporalibus.

Ex præmissis autem apparet quod impossibile est felicitatem humanam consistere in delectationibus corporalibus, quarum præcipuæ sunt in cibis et venereis.

1° Ostensum est enim (c. 26) quod, secundum naturæ ordinem, delectatio est propter operationem, et non e converso. Si igitur operationes non fuerint ultimus finis, delectationes consequentes eas neque sunt ultimus finis neque concomitantes ultimum finem. Constat autem quod operationes quas consequuntur prædictæ delectationes non sunt ultimus finis; ordinantur autem ad aliquos fines manifestos, sicut comestio ad conservationem corporis, coitus autem ad generationem prolis. Delectationes igitur præmissæ non sunt ultimus finis neque ultimum finem concomitantes. Non est igitur in his ponenda felicitas.

2° Adhuc, Voluntas est superior quam appetitus sensitivus; movet enim ipsum, sicut superius (c. 25) dictum est. In actu autem voluntatis non consistit felicitas, sicut jam supra (c. 26) ostensum est. Multo igitur minus in delectationibus prædictis, quæ sunt in appetitu sensitivo.

3° Amplius, Felicitas est quoddam bo-

brutes sont heureuses, c'est un abus de langage. Or, les hommes et les brutes participent également à ces jouissances. Donc elles ne renferment pas le bonheur.

4° De toutes les choses qui appartiennent à un être, la plus noble est sa fin dernière; car en elle consiste la perfection. Or, l'homme ne peut éprouver ces délectations dans la partie la plus noble de son être, qui est l'intelligence, mais seulement dans la partie sensitive. Donc ces délectations ne donnent pas la félicité.

5° L'homme ne peut arriver à sa plus grande perfection en s'unissant à des êtres qui lui sont inférieurs, mais il la trouve dans son union avec des êtres plus élevés; car la fin l'emporte sur ce qui existe seulement pour une fin. Or, ces délectations ne sont autre chose que l'union qui se fait par la partie sensitive entre l'homme et des êtres moins nobles que lui. Donc là n'est pas la félicité.

6° Tout ce qui n'est bon qu'à la condition d'être modéré n'est pas essentiellement bon; mais la bonté qui s'y trouve vient du principe modérateur. Or, l'usage de ces jouissances n'est pas un bien pour l'homme, s'il n'est pas modéré, puisque les plaisirs excessifs se nuisent mutuellement. Donc le bien essentiel de l'homme n'est pas dans de telles jouissances. Or, le souverain bien est essentiellement bon, parce que ce qui est bon par essence est meilleur que ce qui tire sa bonté d'un autre être. Donc ces délectations ne sont pas le souverain bien de l'homme ou sa félicité.

7° Toutes les fois qu'une chose est telle par elle-même, le plus em-

---

num hominis proprium; non enim bruta possunt dici felicia nisi abusive. Delectationes autem præmissæ sunt communes hominibus et brutis. Non est igitur in eis ponenda felicitas.

4° Item, Ultimus finis est nobilissimum eorum quæ ad rem pertinent; habet enim rationem optimi. Hæ autem delectationes non conveniunt homini secundum id quod est nobilissimum in ipso, quod est intellectus, sed secundum sensum. Non est igitur in talibus delectationibus ponenda felicitas.

5° Amplius, Summa perfectio hominis esse non potest in hoc quod conjungitur rebus se inferioribus, sed per hoc quod conjungitur alicui rei altiori; finis enim est melior eo quod est ad finem. Delectationes autem præmissæ consistunt in hoc quod homo secundum sensum conjungitur aliquibus se inferioribus, scilicet sensibilibus quibusdam. Non est igitur in talibus delectationibus felicitas ponenda.

6° Amplius, Quod non est bonum nisi secundum quod est moderatum non est secundum se bonum, sed accipit bonitatem a moderante. Usus autem prædictarum delectationum non est bonus homini, nisi sit moderatus; aliter enim delectationes se invicem impedirent. Non sunt igitur hæ delectationes secundum se bonum hominis. Quod autem est summum bonum est per se bonum, quia quod per se bonum est melius est eo quod est per aliud. Non sunt igitur tales delectationes summum hominis bonum, quod est felicitas.

7° Item, In omnibus quæ per se dicuntur, sequitur magis ad magis, si simpliciter



porte le plus, si le positif résulte du positif : par exemple, un objet échauffe; un objet plus chaud échauffe davantage; un objet très chaud échauffe au plus haut degré. Si donc les voluptés en question sont essentiellement bonnes, le meilleur sera d'en multiplier l'usage. Or, cette conclusion est d'une fausseté manifeste; car l'excès dans ces choses est considéré comme mauvais, il est même nuisible au corps et va jusqu'à rendre impossibles ces sortes de plaisirs. Donc ils ne sont pas le bien essentiel de l'homme. Donc ils ne font pas son bonheur.

8° Les actes des vertus méritent d'être loués, parce qu'ils conduisent à la félicité. Si donc le bonheur de l'homme consistait dans ces jouissances, on ferait en se les procurant un acte de vertu plus digne de louange qu'en s'en abstenant. Or, il n'en est certainement pas ainsi; car on estime surtout ceux qui s'en abstiennent par tempérance, et c'est même là ce qui fait nommer ainsi cette vertu. Donc la félicité humaine n'est pas dans ces jouissances.

9° Dieu est la fin dernière de tous les êtres [ch. 17 et 18]. Donc l'homme a nécessairement pour fin dernière ce qui le rapproche davantage de Dieu. Or, ces délectations empêchent l'homme de s'approcher de Dieu, autant qu'il est possible, par la contemplation; car elles forment le plus grand obstacle à cette élévation, puisque ce sont elles surtout qui plongent l'homme dans les choses sensibles, et qui, par conséquent, l'éloignent des choses intelligibles. Donc il ne faut pas mettre la félicité humaine dans les voluptés corporelles.

Ces raisonnements renversent l'erreur des Épicuriens, qui faisaient

---

sequatur ad simpliciter; sicut calidum calefacit, magis calidum magis calefacit, et maxime calidum maxime calefaciet. Si igitur delectationes præmissæ essent secundum se bonæ, oporteret quod maxime uti eis esset optimum. Hoc autem patet esse falsum; nam nimius usus eorum reputatur in vitium et est etiam corpori noxius et similium delectationum impeditivus. Non sunt igitur per se bonum hominis. In eis igitur non consistit humana felicitas.

8° Præterea, Actus virtutum sunt laudabiles ex hoc quod ad felicitatem ordinantur. Si igitur in delectationibus præmissis consisteret humana felicitas, actus virtutis magis esset laudabilis in accedendo ad has delectationes quam in abstinendo ab eis. Hoc autem patet esse falsum; nam actus temperantiæ maxime laudatur in abstinendo a delectationibus, unde ab hoc denominatur. Non est igitur in delectationibus præmissis hominis felicitas.

9° Amplius, Finis ultimus cujuslibet rei Deus est, ut ex præmissis (c. 17 et 18) patet. Illud igitur oportet ultimum finem hominis poni per quod maxime appropinquat ad Deum. Per prædictas autem delectationes homo impeditur a maxima appropinquatione ad Deum, quæ fit per contemplationem, quam maxime prædictæ delectationes impediunt, utpote ad sensibilia maxime hominem immergentes et per consequens ab intelligibilibus retrahentes. Non est igitur in delectationibus corporalibus felicitas humana ponenda.

Per hoc autem excluditur error Epicu-

consister le bonheur de l'homme dans ces voluptés, et auxquels Salomon prête ces paroles : *Il m'a paru bon que l'homme mange, boive et jouisse dans le plaisir des fruits de son travail....; c'est là son partage* [Ecclés., v. 17]. *Laissons en tous lieux des signes de notre joie; tel est notre partage et tel est notre sort* [Sap., 11, 9]. Nous réfutons également par là même les fables des cérinthiens (1), qui ont imaginé qu'après la résurrection nous jouirons pendant mille ans, dans le royaume de Jésus-Christ, de la suprême félicité, qui consistera dans toutes les voluptés de la chair. C'est pour cela qu'on les nomma *Chiliastes* ou *Millénaires*, du mot grec χίλια, qui signifie *mille*. Nous détruisons encore les rêves des Juifs et des mahométans, qui promettent aux justes ces plaisirs pour récompense, par la raison que le bonheur est le prix de la vertu.

CHAPITRE XXVIII.

La félicité ne consiste pas dans les honneurs.

Les mêmes raisons nous prouvent que le souverain bien de l'homme, c'est-à-dire la félicité, n'est pas dans les honneurs. En effet :

1° L'opération la plus parfaite de l'homme constitue sa fin dernière

(1) Cérinthe, chef de la secte des cérinthiens, qui était à Jérusalem du temps des apôtres, outre le rêve du règne de mille ans, enseigne plusieurs autres erreurs. Il regardait comme l'auteur de l'univers une vertu ou puissance émanée de l'Etre suprême, et

---

reorum in his voluptatibus felicitatem hominis ponentium ; ex quorum persona dicit Salomon : *Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis, et bibat, et fruatur lætitia ex labore suo...; et hæc pars illius* (Eccles., v. 17) ; et : *Ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors* (Sap., II, 9). Excluditur etiam error Cerinthianorum, qui in ultima felicitate post resurrectionem mille annos in regno Christi secundum carnales ventris voluptates fabulantur futuros ; unde et *Chiliastæ*, quasi *Millenarii*, sunt appellati ; in græco enim χίλια idem est quod *mille*. Excluduntur etiam Judæorum et Sarracenorum fabulæ, qui retributiones justorum in prædictis voluptatibus ponunt ; felicitas enim virtutis est præmium.

CAPUT XXVIII.

Quod felicitas non consistit in honoribus.

Ex prædictis patet quod etiam nec in honoribus est summum hominis bonum, quod est felicitas.

1° Finis enim ultimus hominis et sua

et sa félicité [ch. 26 et 27]. Or, l'honneur de l'homme ne consiste pas dans son opération propre, mais dans l'opération d'un autre qui lui donne des témoignages de respect. Donc la félicité humaine n'est pas dans les honneurs.

2° Une chose qui n'est bonne et désirable qu'à raison d'une autre n'est pas une fin dernière. Or, ceci s'applique à l'honneur; car on ne doit jamais honorer quelqu'un, si ce n'est à cause d'un autre bien que l'on aperçoit en lui. C'est ce qui fait que les hommes recherchent les honneurs comme un signe extérieur de ce qu'ils ont de bon en eux; et ils prennent surtout plaisir à se voir honorés de ceux qui se recommandent par leur puissance et leur sagesse. Donc il ne faut pas mettre le bonheur de l'homme dans les honneurs.

3° La vertu est la voie qui conduit au bonheur. Or, les opérations faites par principe de vertu sont volontaires; autrement elles seraient indignes de louange. Donc le bonheur est nécessairement un bien que l'homme parvient à posséder par sa volonté. Or, il n'est pas au pouvoir de l'homme d'acquérir les honneurs, mais cela dépend de celui qui les confère. Donc les honneurs ne font pas le bonheur de l'homme.

4° Les bons seuls méritent d'être honorés. Or, il peut se faire que les méchants obtiennent les honneurs. Donc il vaut mieux être digne

qui, placée à une distance infinie de lui, ignorait son origine. C'est d'elle que sont sortis le monde et les anges qui gouvernent les hommes. Selon Cérinthe, Jésus est le fils de Joseph et de Marie. Au jour de son baptême, le Christ ou le Fils unique de Dieu descendit en lui. C'est par sa vertu qu'il fit des miracles. Jésus seul souffrit, et à sa mort le Christ remonta vers son Père. Saint Augustin résume ainsi les erreurs de Cérinthe : « Cerinthiani a Cerintho, idemque Merinthiani a Merintho, mundum ab angelis factum esse dicentes, et carne circumcidi oportere, atque alia hujusmodi legis præcepta servari. Mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros fabulantur; unde etiam *Chiliastæ* sunt appellati (*De hæresib.*, c. 8).

---

felicitas est ejus perfectissima operatio, ut ex superioribus (c. 26 et 27) patet. Honor autem hominis non consistit in sua operatione, sed alterius ad ipsum, qui ei reverentiam exhibet. Non est igitur felicitas hominis in honoribus ponenda.

2° Adhuc, Quod est propter alterum bonum et desiderabile non est ultimus finis. Tale autem est honor; non enim aliquis recte honoratur, nisi propter aliquod aliud bonum in eo exsistens; et propter hoc homines honorari quærunt, quasi boni alicujus quod in eis est testimonium habere volentes; unde et magis gaudent homines a magnis et sapientibus honorari. Non est igitur in honoribus felicitas hominis ponenda.

3° Amplius, Ad felicitatem per virtutem pervenitur. Operationes autem virtutum sunt voluntariæ; aliter enim non essent laudabiles. Oportet igitur felicitatem esse aliquod bonum ad quod homo sua voluntate perveniat. Hoc autem quod honorem assequatur non est in potestate hominis, sed magis in potestate honorantis. Non est igitur in honoribus felicitas humana ponenda.

4° Item, Omne dignum honore non potest nisi bonis inesse. Honorari autem possunt etiam mali. Melius est igitur fieri



d'honneur que d'être honoré. Donc l'honneur n'est pas le souverain bien de l'homme.

5° Le souverain bien est le plus parfait. Or, le bien parfait est absolument incompatible avec le mal, et celui qui est affecté de quelque mal ne saurait être heureux. Donc le mal ne peut se trouver dans l'être qui possède le souverain bien. Or, le méchant peut arriver aux honneurs. Donc l'honneur n'est pas le souverain bien de l'homme.

CHAPITRE XXIX.

La félicité ne consiste pas dans la gloire humaine.

De ce qui précède nous concluons encore que la gloire, ou, ce qui revient au même, une réputation brillante, n'est pas le souverain bien de l'homme. En effet :

1° Cicéron définit la gloire : « une renommée étendue accompagnée d'estime [*De Juvent.*, l. II, ch. 55], » et saint Ambroise : « l'éclat de la réputation accompagné d'estime. » Or, les hommes veulent rendre leur nom célèbre et l'environner d'estime et d'éclat, afin de se faire honorer par ceux qui les connaissent. Donc on recherche la gloire en vue de l'honneur. Donc, si l'honneur n'est pas le souverain bien, la gloire le sera beaucoup moins encore.

---

honore dignum quam honorari. Non est igitur honor summum hominis bonum.

5° Præterea, Summum bonum est perfectum bonum. Perfectum autem bonum non compatitur aliquod malum ; cui autem inest aliquod malum impossibile est esse beatum. Impossibile est igitur esse malum cui adest summum bonum. Potest autem aliquis malus honorem consequi. Non est igitur honor summum hominis bonum.

CAPUT XXIX.

Quod felicitas hominis non consistit in gloria humana.

Ex quo etiam apparet quod nec in gloria quæ est in celebritate famæ consistit summum hominis bonum.

1° Est enim gloria, secundum Tullium, « frequens de aliquo fama cum laude, » et, secundum Ambrosium, « clara cum laude notitia. » Ad hoc autem volunt homines innotescere cum laude et claritate quadam, ut ab eis quibus innotescunt honorentur. Est igitur gloria propter honorem quæsita. Si igitur honor non est summum bonum, multo minus gloria.

2° Adhuc, Laudabilia bona sunt secundum quæ aliquis ostenditur ordinatus ad finem. Qui autem ordinatur ad finem nondum est ultimum finem assecutus. Laus igitur non attribuitur ei qui jam est ultimum finem assecutus, sed magis honor, ut Philosophus dicit (Ethic., I, c. 12). Non

2° Ces biens sont dignes d'estime qui font voir qu'un être est dans l'ordre voulu relativement à sa fin. Or, celui qui est coordonné par rapport à une fin n'a pas encore atteint sa fin dernière. Donc, ainsi que l'observe le Philosophe, ce n'est pas la louange, mais plutôt l'honneur, qui convient à celui qui est arrivé à sa dernière fin (1). Donc la gloire ne peut être le souverain bien, puisqu'elle consiste principalement dans la louange.

3° Il est plus noble de connaître que d'être connu; car les êtres supérieurs seuls connaissent, et les plus vils sont connus comme les autres. Donc la gloire, qui consiste à être connu, ne saurait être le souverain bien de l'homme.

4° On ne désire être connu que par ce qui est bon, et l'on cherche à dissimuler le mal. Donc, s'il est bon et désirable pour quelqu'un d'être connu, c'est à raison du bien que l'on découvre en lui. Donc ce bien est préférable. Donc la gloire, qui consiste à être connu, n'est pas le souverain bien de l'homme.

5° Le souverain bien est nécessairement parfait, puisqu'il apaise le désir. Or, la connaissance que donne la réputation et qui constitue la gloire humaine est imparfaite; car elle est très incertaine et induit souvent en erreur. Donc cette gloire ne peut être le souverain bien.

(1) De beatudine videamus utrum habenda sit in numero rerum laudabilium, an in earum potius quæ honore dignæ sunt. Est enim perspicuum eam non numerari in potestatibus. Videtur igitur id omne quod laudabile est ob eam causam laudari, quod sit cujusdam modi et ad aliquid quodam modo referatur. Nam justum, fortem et omnino virum bonum ac virtutem propter facta et actiones laudamus..... Quod si laus talibus rebus tribuitur, nimirum perspicuum est rerum præstantissimarum non esse laudem, sed quiddam laude majus et melius, quemadmodum et apparet. Nam et deos beatos ac felices usurpamus, et viros maxime divinos vitam beatam degere dicimus. Itemque ea bona quæ divinissima sunt beata prædicamus. Beatitudinem enim nemo laudibus effert, ut justitiam, sed ut divinius et melius quiddam suscipit, et in rerum beatissimarum numero collocat..... Nobis autem, ex iis quæ dicta sunt, perspicuum est, in bonis iis quæ honore digna et perfecta sunt, vitam beatam esse numerandam. Atque ita videtur esse etiam propter hanc causam, quod principium est; hujus enim gratia omnes reliqua omnia agimus. Principium autem, causamque cur cætera bona sint, honore dignum et divinum quiddam esse ducimus (Arist. *Ethic.*, I, c. 12).

---

potest igitur gloria esse summum bonum, quum principaliter in laude consistat.

3° Amplius, Cognoscere nobilius est quam cognosci; non enim cognoscunt nisi quæ sunt nobiliora in rebus; cognoscuntur autem etiam infima. Non potest igitur summum hominis bonum esse gloria, quæ consistit in hoc quod aliquis cognoscatur.

4° Item, Cognosci aliquis non desiderat nisi in bonis; in malis autem quærit latere. Cognosci igitur bonum est et desiderabile propter bona quæ in aliquo cognoscuntur. Illa igitur sunt meliora. Non est igitur gloria, quæ in hoc consistit quod aliquis cognoscatur, summum hominis bonum.

5° Præterea, Summum bonum oportet esse perfectum, quum quietet appetitum. Cognitio autem famæ, in qua gloria humana consistit, est imperfecta; est enim plurimum incertitudinis et erroris habens.

6° Le souverain bien de l'homme doit être ce qu'il y a de plus stable dans les choses humaines, puisqu'il désire naturellement que le bien persévère toujours. Or, la gloire ou la réputation est très inconstante; car rien n'est plus variable que l'opinion et l'estime des hommes. Donc cette gloire n'est pas le souverain bien de l'homme.

CHAPITRE XXX.

La félicité ne consiste pas dans les richesses.

Les mêmes principes amènent cette autre conséquence, que le souverain bien de l'homme n'est pas dans les richesses. En effet :

1° On ne recherche les richesses qu'en vue d'autre chose; car par elles-mêmes elles ne procurent aucun bien, mais nous en faisons usage pour nourrir le corps ou pour d'autres fins analogues. Or, nous désirons le souverain bien pour lui-même et non en vue d'autre chose. Donc l'homme ne trouve pas le souverain bien dans les richesses.

2° Il répugne que le souverain bien de l'homme consiste dans la possession ou la conservation de choses qui ne lui sont jamais plus

---

Non potest igitur talis gloria esse summum bonum.

6° Item, Id quod est summum hominis bonum oportet esse stabilissimum in rebus humanis; naturaliter enim desideratur diuturna boni constantia. Gloria autem quæ in fama consistit est instabilissima; nihil enim est mutabilius opinione et laude humana. Non est igitur talis gloria summum hominis bonum.

CAPUT XXX.

Quod felicitas hominis non consistit in divitiis.

Ex hoc autem apparet quod nec divitiæ sunt summum hominis bonum.

1° Non enim appetuntur divitiæ nisi propter aliud; per se enim nihil boni inferunt, sed solum utimur eis vel ad corporis sustentationem vel ad aliquid hujusmodi. Quod autem est summum est propter se desideratum, et non propter aliud. Non sunt igitur divitiæ summum hominis bonum.

2° Adhuc, Eorum possessio vel conservatio non potest esse summum hominis bonum quæ maxime conferunt homini in hoc quod emittuntur. Divitiæ autem in hoc maxime conferunt quod expenduntur; hoc enim earum usus est. Non potest igitur divitiarum possessio esse summum hominis bonum.

3° Amplius, Actus virtutis laudabilis est secundum quod ad felicitatem accedit. Magis autem est laudabilis actus liberali-

utiles que lorsqu'il s'en sépare. Or, pour tirer des richesses le plus grand parti possible, il faut les dépenser, puisque c'est là la manière d'en user. Donc la possession des richesses ne peut être le souverain bien de l'homme.

3° L'acte d'une vertu mérite d'être loué en ce qu'il conduit au bonheur. Or, il y a plus de mérite à faire un acte de libéralité et de munificence, vertus qui ont trait aux richesses, et qui font dépenser l'argent, qu'à tenir des trésors en réserve; et c'est de là précisément que se tirent les noms de ces vertus. Donc le bonheur de l'homme n'est pas dans la possession des richesses.

4° L'objet dont l'obtention fait le souverain bonheur de l'homme est nécessairement plus excellent que lui. Or, l'homme vaut mieux que les richesses qui sont faites pour son usage. Donc le souverain bien de l'homme n'est pas dans les richesses.

5° Le souverain bien de l'homme est indépendant du hasard; car les cas fortuits se présentent sans que la raison s'en occupe; et c'est par sa raison que l'homme doit arriver à sa fin dernière. Or, c'est le plus souvent le hasard qui distribue les richesses. Donc les richesses ne constituent pas la félicité humaine.

6° Cette conclusion ressort avec une entière évidence, si l'on considère que les richesses échappent à l'homme malgré lui; qu'elles peuvent échoir aux méchants, qui sont nécessairement privés du souverain bien; qu'elles sont très peu stables, et d'autres raisons semblables qui peuvent se déduire des arguments précédents.

---

tatis et munificentiæ, quæ sunt circa pecunias ex hoc quod pecuniæ emittuntur, quam ex hoc quod conservantur; unde et ab hoc homines harum virtutum sumuntur. Non consistit igitur hominis felicitas in possessione divitiarum.

4° Item, Illud in cujus consecutione summum hominis bonum est oportet esse homine melius. Divitiis autem homo est melior, quum sint res quædam ad usum hominis ordinatæ. Non est igitur in divitiis summum hominis bonum.

5° Præterea, Summum hominis bonum fortunæ non subjacet; nam fortuita absque studio rationis eveniunt; oportet autem quod per rationem homo proprium finem consequatur. In consecutione autem divitiarum maximum locum habet fortuna. Non est igitur in divitiis humana felicitas constituta.

6° Amplius, Hoc evidens fit per hoc quod divitiæ involuntarie amittuntur; et quod malis evenire possunt, quos necesse est summo bono carere; et quod instabiles sunt; et alia hujusmodi, quæ ex superioribus rationibus colligi possunt.

CHAPITRE XXXI.

La félicité ne consiste pas dans la puissance humaine.

Le souverain bien de l'homme n'est pas davantage dans la puissance humaine. En effet :

1° Nous en avons dit assez [ch. 29 et 30] pour faire voir que le hasard joue le rôle principal dans la répartition qui s'en fait; qu'elle n'a aucune stabilité; qu'elle ne dépend point de la volonté de l'homme, et que le plus souvent elle tombe aux mains des méchants; toutes choses qui ne peuvent s'accorder avec le souverain bien.

2° L'homme est bon principalement en ce qu'il s'approche du souverain bien. Or, la puissance qu'il possède ne le rend ni bon ni mauvais; car tous ceux qui peuvent faire le bien ne sont pas bons, de même que personne n'est mauvais par cela seul qu'il peut faire le mal. Donc être puissant n'est pas le souverain bien.

3° Toute puissance est une relation. Or, le souverain bien n'est pas une relation. Donc la puissance n'est pas le souverain bien de l'homme.

4° Le souverain bien de l'homme ne peut consister dans une chose dont on peut user en bien ou en mal; car celle-là est meilleure dont personne ne peut abuser. Or, l'homme a la faculté d'user bien ou mal de sa puissance, puisque celle qui est subordonnée à la raison comprend des choses opposées (1). Donc la puissance humaine n'est pas le souverain bien de l'homme.

(1) C'est le contraire pour la puissance purement naturelle ; elle a un objet déterminé et invariable.

CAPUT XXXI.

Quod felicitas non consistit in potentia mundana.

Similiter autem nec in mundana potentia summum hominis bonum esse potest :

1° Quum in ea obtinenda plurimum fortuna possit, et instabilis sit, et non subjaceat hominis voluntati, et plerumque malis adveniat; quæ summo bono repugnant, ut ex præmissis (c. 29 et 30) patet.

2° Item, Homo maxime dicitur bonus secundum quod ad summum bonum attingit. Secundum autem quod habet potentiam, non dicitur bonus neque malus; non enim est bonus omnis qui potest bona facere, neque malus est aliquis ex hoc quod potest mala facere. Summum igitur bonum non consistit in hoc quod est esse potentem.

3° Adhuc, Omnis potentia ad alterum est. Summum autem bonum non est ad alterum. Non est igitur potentia summum hominis bonum.

5° Si quelque puissance est le souverain bien, elle est absolument parfaite. Or, la puissance humaine est très imparfaite; car elle repose sur les volontés et les opinions des hommes, qui sont très variables, et celle que l'on croit la plus considérable dépend d'un plus grand nombre d'individus; ce qui fait sa faiblesse, puisqu'une chose qui dépend de la multitude est sujette à être détruite d'une infinité de manières. Donc le souverain bien de l'homme n'est pas dans la puissance humaine.

Donc le bonheur de l'homme ne consiste dans aucun bien extérieur, puisque tous les biens extérieurs, que l'on appelle les biens de la fortune, rentrent dans ceux que nous avons énumérés.

CHAPITRE XXXII.

La félicité ne consiste pas dans les biens du corps.

Il est facile de démontrer, par de semblables raisonnements, que le souverain bien de l'homme ne se trouve pas non plus dans les biens du corps, tels que la santé, la beauté et la force. En effet :

1° Les bons et les méchants ont en partage ces biens, qui sont incertains et indépendants de la volonté.

2° L'âme est plus excellente que le corps, qui ne vit et ne jouit de

---

4° Amplius, Illud quo quis potest et bene et male uti non potest esse summum hominis bonum; melius enim est quo nullus male uti potest. Potentia autem aliquis bene et male uti potest; nam potestates rationales ad opposita sunt. Non est igitur potestas humana summum hominis bonum.

5° Præterea, Si aliqua potestas est summum bonum, oportet illam esse perfectissimam. Potestas autem humana est imperfectissima; radicatur enim in hominum voluntatibus et opinionibus, in quibus est maxima inconstantia; et quanto magis reputatur potestas, tanto a pluribus dependet; quod etiam ad ejus debilitatem pertinet, quum quod a multis dependet destrui multipliciter possit. Non est igitur in potestate humana summum hominis bonum.

Felicitas igitur homini in nullo bono exteriori consistit, quum omnia exteriora bona, quæ dicuntur bona fortunæ, sub prædictis contineantur.

CAPUT XXXII.

Quod felicitas non consistit in bonis corporis.

Quod autem nec in corporis bonis, cujusmodi sunt sanitas, pulchritudo et robur, sit hominis summum bonum, per similia manifeste apparet.

1° Hæc enim etiam bonis et malis com-

ces biens que par elle. Donc le bien propre de l'âme, c'est-à-dire l'opération de connaître et les autres du même genre, est supérieur à celui du corps. Donc le bien du corps n'est pas le souverain bien de l'homme.

3° Ces biens sont communs à l'homme et aux autres animaux. Or, la félicité est le bien propre de l'homme. Donc elle n'est pas dans ces biens.

4° Beaucoup d'animaux sont supérieurs à l'homme dans les biens du corps ; car il en est de plus agiles, d'autres sont plus forts, et ainsi de suite. Si donc le souverain bien de l'homme consiste dans ces choses, l'homme n'est pas le plus parfait des animaux ; conséquence évidemment fausse. Donc la félicité humaine n'est pas dans les biens du corps.

CHAPITRE XXXIII.

La félicité ne consiste pas dans la partie sensitive.

Il est certain, pour les mêmes raisons, que le souverain bien de l'homme n'est pas au nombre de ceux qui appartiennent à la partie sensitive. En effet :

1° Ces biens sont communs à l'homme et aux autres animaux.

---

munia sunt, et instabilia sunt, et voluntati non subjacent.

2° Præterea, Anima est melior corpore, quod non vivit nec prædicta bona habet nisi per animam. Bonum igitur animæ, sicut intelligere et alia hujusmodi, est melius quam bonum corporis. Non est igitur corporis bonum summum hominis bonum.

3° Adhuc, Hæc bona sunt homini et aliis animalibus communia. Felicitas autem est proprium hominis bonum. Non est igitur in præmissis bonis hominis felicitas.

4° Amplius, Multa animalia, quantum ad bona corporis, sunt homine potiora; quædam enim sunt velociora homine, quædam robustiora, et sic de aliis. Si igitur in his esset summum hominis bonum, non esset homo optimum animalium; quod patet esse falsum. Non est igitur felicitas humana in bonis corporis consistens.

CAPUT XXXIII.

Quod felicitas non consistit in parte sensitiva.

Per eadem etiam apparet quod neque summum hominis bonum est in bonis sensitivæ partis.

2° L'intelligence est supérieure aux sens. Donc le bien de l'intelligence est préférable à celui des sens. Donc le souverain bien de l'homme n'est pas dans les sens.

3° Les délices de la table et les plaisirs de la chair sont les plus grandes voluptés sensuelles, et elles constituent le souverain bien s'il se trouve dans la partie sensitive. Or, il n'est pas dans ces choses. Donc le souverain bien de l'homme n'est pas dans les sens.

4° Nous aimons les sens parce qu'ils nous sont utiles et que nous connaissons par eux. Or, l'utilité des sens a trait tout entière aux biens du corps, et la connaissance sensible se rattache à la connaissance intellectuelle. C'est pour cela que les sensations ne font éprouver quelque jouissance aux animaux privés d'intelligence qu'à raison de l'avantage qu'en retire le corps, avantage qui consiste en ce que la connaissance sensible leur fait trouver les aliments et les porte aux actions charnelles. Donc le souverain bien de l'homme, ou le bonheur, n'est pas dans la partie sensitive.

CHAPITRE XXXIV.

La félicité suprême de l'homme ne consiste pas dans les actes des vertus morales.

Nous voyons également que la suprême félicité de l'homme ne consiste pas dans les opérations morales. En effet :

1° Si l'on entend par la félicité de l'homme son bonheur souverain, elle ne peut se rapporter à une fin ultérieure. Or, toutes les opéra-

---

1° Nam hæc etiam bona sunt homini et aliis animalibus communia.

2° Item, Intellectus est melior sensu. Bonum igitur intellectus est melius quam bonum sensus. Non igitur summum hominis bonum in sensu consistit.

3° Adhuc, Maximæ delectationes secundum sensum sunt in cibis et venereis, in quibus oporteret esse summum bonum, si in sensu esset. Non est autem in his. Non est igitur in sensu summum hominis bonum.

4° Amplius, Sensus diliguntur propter utilitatem et propter cognitionem. Tota autem utilitas sensuum ad corporis bona refertur, cognitio autem sensus ad intellectivam ordinatur; unde animalia intellectu carentia non delectantur in sentiendo nisi per comparationem ad utilitatem, ad corpus pertinentem, secundum quod per sensus cognitionem consequuntur cibos vel venerea. Non est igitur in parte sensitiva summum hominis bonum, quod est felicitas.

tions morales peuvent avoir un autre but qu'elles-mêmes, et il suffit pour s'en convaincre d'examiner les principales d'entre elles : les actions inspirées par le courage et qui se produisent dans les combats ont pour fin la victoire et la paix ; car il serait insensé de faire la guerre pour elle-même ; également, le but des actions dont la justice est la règle est de conserver la paix au milieu des hommes, en assurant à chacun la paisible possession de son bien, et il en est de même de toutes les autres. Donc le souverain bonheur de l'homme n'est pas dans les opérations morales.

2° Le but des vertus morales est d'entretenir une sorte d'équilibre entre les passions intérieures et les choses extérieures. Or, la vie de l'homme ne peut avoir pour fin de modérer les passions ou les choses extérieures, puisque les passions et ces choses ont elles-mêmes une fin ultérieure. Donc la suprême félicité de l'homme ne saurait se trouver dans les actes des vertus morales.

3° Puisque l'homme est tel parce qu'il est doué de raison, son bien propre, c'est-à-dire le bonheur, doit consister dans ce qui appartient en propre à la raison. Or, ce que la raison possède en elle lui appartient davantage que ce qu'elle produit dans un être distinct. Donc, si le bien propre d'une vertu morale n'est autre que ce qu'elle introduit dans un être extérieur, on ne peut le considérer comme le bien suprême ou la félicité de l'homme ; mais ce bien suprême sera plutôt dans la raison même.

4° Nous avons démontré [ch. 19] que la ressemblance avec Dieu est

---

CAPUT XXXIV.

Quod ultima hominis felicitas non consistit in actibus virtutum moralium.

Apparet autem quod nec in operationibus moralibus consistit ultima felicitas hominis.

1° Felicitas enim humana non est ad ulteriorem finem ordinabilis, si sit ultima. Omnes autem operationes morales sunt ordinabiles ad aliquid aliud ; quod patet ex his quæ inter eas sunt præcipuæ ; operationes enim fortitudinis, quæ sunt in rebus bellicis, ordinantur ad victoriam et ad pacem ; stultum enim esset propter se tantum bellare ; similiter operationes justitiæ ad servandam pacem inter homines ordinantur, per hoc quod unusquisque quiete quod suum est possidet ; et similiter patet in omnibus aliis. Non est igitur in operationibus moralibus ultima hominis felicitas.

2° Adhuc, Virtutes morales ad hoc sunt ut per eas conservetur medium in passionibus intrinsecis et exterioribus rebus. Non est autem possibile quod modificatio passionum vel rerum exteriorum sit ultimus finis humanæ vitæ, quum ipsæ passiones et exteriores res sint ad aliud ordinabiles. Non est igitur possibile quod in actibus virtutum moralium sit ultima hominis felicitas.

3° Amplius, Quum homo sit homo ex eo quod est rationem habens, oportet quod proprium ejus bonum, quod est felicitas, sit secundum id quod est proprium rationis. Magis autem est proprium rationis quod ipsa in se habet quam quod in alio facit. Quum igitur bonum moralis virtutis sit

la fin dernière de tous les êtres. Donc la félicité de l'homme doit consister dans ce qui le rend semblable à Dieu autant qu'il est possible. Or, le principe de cette ressemblance n'est pas dans les actes moraux, puisque de tels actes ne conviennent à Dieu que dans un sens métaphorique, par la raison que la nature divine n'admet ni passions, ni rien de ce qui a trait aux actes moraux. Donc l'homme ne rencontre pas le bonheur suprême, qui est sa fin dernière, dans les actes moraux.

5° La félicité est le bien propre de l'homme. Donc, pour savoir ce qui fait sa suprême félicité, il faut rechercher quel est de tous les biens humains celui qui appartient absolument en propre à l'homme comparé aux autres animaux. Or, il n'en est pas ainsi des actes des vertus morales; car les autres animaux sont capables, en un certain sens, de libéralité et de courage, tandis que nul d'entre eux ne peut s'élever jusqu'à l'acte intellectuel. Donc la suprême félicité de l'homme ne consiste pas dans les actes moraux.

CHAPITRE XXXV.

La félicité suprême de l'homme ne consiste pas dans un acte de prudence.

Il est clair encore que le bonheur suprême de l'homme n'est pas dans un acte de prudence. En effet :

1° La prudence ne s'exerce qu'autant qu'il s'agit de choses relevant

---

quoddam a ratione in rebus aliis a se institutum, non poterit esse optimum hominis, quod est felicitas ; sed magis bonum quod est in ipsa ratione situm.

4° Item, Ostensum est supra (c. 19) quod finis omnium rerum ultimus est assimilari ad Deum. Illud igitur secundum quod homo maxime assimilatur Deo erit ejus felicitas. Hoc autem non est secundum actus morales, quum tales actus Deo attribui non possint nisi metaphorice ; non enim Deo convenit habere passiones vel aliqua hujusmodi quæ sunt circa actus morales. Non est igitur ultima felicitas hominis, quæ est ultimus ejus finis, consistens in actibus moralibus.

5° Præterea, Felicitas est proprium hominis bonum. Illud igitur quod est maxime proprium hominis inter omnia bona humana, respectu aliorum animalium, est in quo quærenda est ejus ultima felicitas. Hujusmodi autem non est virtutum moralium actus ; nam alia animalia aliquid participant vel liberalitatis vel fortitudinis ; intellectualis autem actionis nullum animal aliquid participat. Non est igitur ultima hominis felicitas in actibus moralibus.

des vertus morales. Or, la suprême félicité de l'homme n'est point dans les actes de ces vertus. Donc elle n'est pas non plus dans un acte de prudence.

2° Le souverain bonheur de l'homme consiste dans son opération la plus parfaite. Or, l'opération de l'homme, et il s'agit ici de celle qui a son principe dans ce qui appartient en propre à l'homme, atteint sa perfection dernière lorsqu'elle s'applique aux objets les plus parfaits, et il n'en est pas ainsi de l'action qu'inspire la prudence; elle n'a aucun rapport avec les objets les plus parfaits de l'intelligence ou de la raison; car elle n'a trait à rien de nécessaire, mais seulement à des choses dont la réalisation est contingente. Donc cet acte n'est pas le souverain bonheur de l'homme.

3° Aucune des choses qui se rapportent à une autre comme à leur fin ne peut être la félicité suprême de l'homme. Or, tous les actes de prudence se rapportent à autre chose comme à leur fin : d'abord parce que toute connaissance pratique, et ce genre comprend la prudence, a pour terme l'opération; ensuite parce que la prudence dirige l'homme dans le choix des moyens qui conduisent à la fin, comme Aristote le remarque (1). Donc la suprême félicité de l'homme n'est pas dans les opérations de la prudence.

4° Aristote prouve que les animaux sans raison sont privés du bon-

(1) Non est idem intelligentia quod prudentia ; habet enim vim quamdam præcipiendi atque imperandi prudentia ; nam propositus ei finis est quid agendum aut non agendum ; intelligentia autem judicandi solum (Arist. *Ethic.*, VI, c. 11).

CAPUT XXXV.

Quod ultima hominis felicitas non consistit in actu prudentiæ.

Ex hoc etiam apparet quod neque in actu prudentiæ est ultima hominis felicitas.

1° Actus enim prudentiæ est solum circa ea quæ sunt moralium virtutum. Non est autem in actibus moralium virtutum ultima hominis felicitas. Neque igitur in actu prudentiæ.

2° Adhuc, Ultima felicitas hominis est in optima hominis operatione. Optima autem hominis operatio, secundum id quod est proprium hominis, est in comparatione ad perfectissima objecta. Operatio autem prudentiæ non est erga objecta perfectissima intellectus vel rationis ; non enim est erga necessaria, sed erga contingentia operabilia. Non est igitur in ejus operatione ultima hominis felicitas.

3° Amplius, Quod ordinatur ad alterum sicut ad finem non est ultima hominis felicitas. Operatio autem prudentiæ ordinatur ad alterum sicut ad finem : tum quia omnis practica cognitio, sub qua continetur prudentia, ordinatur ad operationem ; tum etiam quia prudentia facit hominem bene se habere in his quæ sunt ad finem eligenda, sicut patet per Aristotelem (Eth., VI, c. 11). Non est igitur in operatione prudentiæ ultima hominis felicitas.

4° Item, Animalia irrationabilia non participant aliquid felicitatis, sicut probat Aristoteles (Ethic., I, c. 10). Participant autem quædam eorum aliquid prudentiæ, ut patet per eumdem (Metaphys., I, c. 1).

heur (2). Or, il enseigne ailleurs que plusieurs d'entre eux sont doués de prudence (3). Donc le bonheur ne consiste pas dans un acte de prudence.

CHAPITRE XXXVI.

La félicité ne consiste pas dans l'exercice d'un art.

Il est aussi évident que le bonheur ne se trouve pas dans l'exercice d'un art. En effet :

1° Tout art est une connaissance pratique, et comme tel se rapporte à une fin. Donc il n'est pas la fin dernière.

2° Les opérations d'un art ont pour fin les produits de cet art, et ces choses artificielles ne sauraient être la fin dernière de la vie humaine, puisque nous sommes plutôt la fin de ces sortes de productions ; car tout cela se fait pour l'usage de l'homme. Donc le suprême bonheur ne peut se trouver dans l'exercice d'un art quelconque.

(2) Diximus beatitudinem esse cujusdam modi ex virtute, muneris animi functionem..... Merito igitur neque bovem, neque equum, neque aliud animal ullum beatum dicimus ; nulli enim eorum esse potest talis functionis communitas (Arist. *Ethic.*, I, c. 10).

(3) Natura animalia sensum habentia fiunt ; a sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur. Et ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt quam illa quæ memorare non possunt. Prudentia quidem, absque eo quod discant, quæcumque scilicet audire sonos non possunt, ut apes et si quod animalium genus simile est. Discunt autem quæcumque una cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur phantasiis ac memoriis vivunt, experientiæ vero parum participant. Humanum autem genus arte etiam ac ratiocinationibus (Arist. *Metaphys.*, I, c. 1).

Igitur felicitas non consistit in operatione prudentiæ.

CAPUT XXXVI.

Quod felicitas non consistit in operatione artis.

Patet etiam quod neque in operatione artis.

1° Quia etiam artis cognitio practica est, et ita ad finem ordinatur ; et ideo ipsa non est ultimus finis.

2° Præterea, Operationum artis fines sunt artificiata, quæ non possunt esse ultimus finis humanæ vitæ, quum magis nos simus fines omnium artificialium ; omnia enim propter hominis usum fiunt. Non potest igitur in operatione artis esse ultima felicitas.

CHAPITRE XXXVII.

La félicité suprême de l'homme consiste dans la contemplation de Dieu.

Si le bonheur suprême de l'homme n'est pas dans les choses extérieures que nous appelons les biens de la fortune, ni dans les biens du corps, ni dans ceux de l'âme qui appartiennent à la partie sensitive, ni, quant à la partie intellectuelle, dans les actes des vertus morales, ni dans les actes de l'intelligence qui se terminent à l'action, tels que les arts et la prudence, il nous reste à conclure qu'elle se trouve dans la contemplation de la vérité. En effet :

1° C'est la seule opération propre à l'homme et qu'il ne partage pas avec d'autres êtres [inférieurs].

2° Elle ne se rapporte à rien comme à sa fin, puisqu'on recherche pour elle-même la contemplation de la vérité.

3° Elle établit entre l'homme et les substances plus élevées une sorte d'union qui consiste dans la ressemblance; car, do toutes les opérations humaines, celle-là seulement se retrouve en Dieu et dans les substances séparées.

4° Cette opération unit l'homme à ces êtres supérieurs, au moyen de la connaissance plus ou moins complète qu'il en a.

5° C'est pour cette opération que l'homme se suffit davantage à lui-même; car pour la réaliser il n'a pas un grand besoin du secours des choses extérieures.

CAPUT XXXVII.

Quod ultima hominis felicitas consistit in contemplatione Dei.

Si igitur ultima felicitas hominis non consistit in exterioribus quæ dicuntur bona fortunæ, neque in bonis corporis, neque in bonis animæ quantum ad sensitivam partem, neque quantum ad intellectivam secundum actus moralium virtutum, neque secundum intellectuales quæ ad actionem pertinent, scilicet artem et prudentiam, relinquitur quod ultima hominis felicitas sit in contemplatione veritatis.

1° Hæc enim sola operatio hominis est sibi propria et in qua nullo modo aliquod aliud communicat.

2° Hoc etiam ad nihil aliud ordinatur sicut ad finem, quum contemplatio veritatis propter seipsam quæratur.

3° Per hanc etiam operationem homo substantiis superioribus conjungitur per similitudinem, quia hoc tantum de operationibus humanis in Deo et in substantiis separatis est.

4° Hac etiam operatione ad illa superiora conjungitur, cognoscendo ipsa quocumque modo.

5° Ad hanc etiam operationem homo sibi magis est sufficiens, utpote ad eam parum auxilio exteriorum rerum egens.

6° Toutes les autres opérations de l'homme semblent se terminer à celle-là comme à leur fin. En effet, la première chose indispensable pour que la contemplation soit parfaite, c'est la santé du corps, et tous les produits artificiels nécessaires à la vie ont pour but de l'entretenir. Le calme des passions intérieures n'est pas même nécessaire, et l'on parvient à l'établir au moyen des vertus morales et de la prudence. Il en est de même de la paix extérieure que le gouvernement qui règle la vie civile a mission de conserver. En sorte que, à bien considérer les choses, toutes les fonctions de la vie humaine semblent concourir à seconder ceux qui se livrent à la contemplation de la vérité.

Il ne peut se faire cependant que la suprême félicité de l'homme consiste dans la contemplation qui se borne à la connaissance des premiers principes; car, à cause de son universalité, elle est très imparfaite (1) et ne renferme qu'en puissance la connaissance distincte des choses; elle est le commencement et non la fin des recherches de l'homme; c'est un don de la nature et non pas une connaissance acquise par l'étude de la vérité. Cette félicité souveraine n'est pas davantage dans la contemplation à laquelle on arrive par le moyen des sciences qui ont pour objets les plus vils des êtres, puisqu'elle doit nécessairement se rencontrer dans l'opération de l'intelligence qui entre en rapport avec les êtres intelligibles les plus nobles. Donc

(1) On peut envisager sous deux rapports la connaissance naturelle des premiers principes. Elle consiste premièrement en ce que l'on connaît par eux-mêmes ces premiers principes; en second lieu, en ce que l'on connaît de quelque manière les conclusions qui s'y trouvent virtuellement contenues. En disant que cette connaissance est très imparfaite, saint Thomas n'entend pas parler des principes eux-mêmes, puisqu'on les connaît avec la plus grande certitude et la plus entière évidence; mais cela s'applique aux conclusions que l'on n'aperçoit dans les principes que d'une manière générale et en puissance, et dont on ne possède pas encore une connaissance actuelle et distincte (Franç. de Sylv., *Comment.*).

6°, Ad hanc etiam omnes aliæ operationes humanæ ordinari videntur, sicut ad finem. Ad perfectionem enim contemplationis requiritur incolumitas corporis, ad quam ordinantur artificialia omnia quæ sunt necessaria ad vitam. Requiritur etiam quies a perturbationibus passionum, ad quam pervenitur per virtutes morales et per prudentiam, et quies ab exterioribus passionibus, ad quam ordinatur totum regimen vitæ civilis, ut sic, si recte considerentur, omnia humana officia servire videantur contemplantibus veritatem.

Non est autem possibile quod ultima hominis felicitas consistat in contemplatione quæ est secundum intellectum principiorum, quæ est imperfectissima, sicut maxime universalis, rerum cognitionem in potentia continens, et est principium, non finis humani studii, a natura nobis proveniens, non secundum studium veritatis; — neque etiam secundum scientias quæ sunt de rebus infimis, quum oporteat felicitatem esse in operatione intellectus per comparationem ad nobilissima intelligibilia. Relinquitur igitur quod in contemplatione sa-

l'homme trouve son bonheur souverain dans la contemplation de la sagesse, selon qu'elle s'attache aux choses divines.

Nous tirons donc de là, par voie d'induction, cette conclusion, dont la vérité est prouvée par tous les arguments qui précèdent, que le souverain bonheur de l'homme consiste uniquement dans la contemplation de Dieu.

CHAPITRE XXXVIII.

1° Vanum enim est quod est ad finem quem non potest consequi. Quum igitur finis hominis sit felicitas, in quam tendit naturale ipsius desiderium, non potest poni felicitas hominis in eo ad quod homo pervenire non



fin qui lui est assignée. Donc, puisque la fin de l'homme est le bonheur vers lequel tend son désir naturel, on ne doit pas le placer dans une chose située hors de sa portée; car il s'ensuivrait que l'existence de l'homme n'aurait aucun but, et que le désir naturel qui est en lui serait vain; ce qui répugne. Or, nous avons prouvé avec évidence qu'il est impossible à l'homme de connaître les substances séparées, de la manière indiquée par les auteurs des opinions précédentes. Donc la souveraine félicité de l'homme n'est pas dans la connaissance des substances séparées ainsi entendue.

2° Pour que l'intellect actif s'unisse à nous comme une forme, en sorte que nous connaissions par lui les substances séparées, il est nécessaire, d'après Alexandre, que l'intellect habituel soit complétement produit (1); et selon Averrhoès, que toutes les choses qui entrent dans la science spéculative nous deviennent actuellement connues : ce qui revient au même; car l'intellect habituel prend naissance en nous en tant que les choses spéculatives sont en nous à l'état d'acte. Or, toutes les espèces [intelligibles] des êtres sensibles sont connues en puissance. Il faut donc, pour que l'intellect actif se trouve uni à tel individu, que cet individu connaisse en acte, par l'intellect spéculatif, toutes les natures des êtres sensibles, et généralement leurs vertus, leurs opérations et leurs mouvements. Or, nul homme ne peut acquérir cette science par les principes des sciences spéculatives, lesquelles, selon les mêmes auteurs, préparent notre union avec l'intellect possible, puisque nous ne saurions arriver à la connaissance des choses

(1) L'intellect habituel est complet, dans le sentiment d'Alexandre, lorsque l'intellect actif a fait passer dans l'intellect possible toutes les espèces ou formes intelligibles qu'il est capable de recevoir. — Voyez le ch. 42.

potest; alioquin, sequeretur quod homo esset in vanum et naturale ejus desiderium esset inane; quod est impossibile. Quod autem intelligere substantias separatas homini sit impossibile secundum prædictas positiones, ex dictis est manifestum. Non est igitur in tali cognitione substantiarum separatarum felicitas hominis constituta.

2° Præterea, Ad hoc quod intellectus agens uniatur nobis ut forma, ita quod per ipsum intelligamus substantias separatas, requiritur quod generatio intellectus in habitu sit completa, secundum Alexandrum (*De Anima Paraphr.*, l. III), vel quod omnia intellecta speculativa sint facta in nobis in actu, secundum Averrhoem; quæ duo in idem redeunt; nam secundum hoc intellectus in habitu generatur in nobis secundum quod intellecta speculativa fiunt in nobis in actu. Omnes autem species rerum sensibilium sunt intellectæ in potentia. Ad hoc igitur quod intellectus agens copuletur alicui, oportet quod intelligat in actu per intellectum speculativum omnes naturas rerum sensibilium et omnes virtutes et operationes et motus earum. Quod non est possibile aliquem hominem scire per principia scientiarum speculativarum, per quas movemur ad continuationem intellectus agentis, ut ipsi dicunt; quum ex his quæ nostris sensibus subsunt, ex quibus sumuntur principia scientiarum speculativa-

que nous venons d'énumérer au moyen des objets qui tombent sous les sens et d'où se tirent les principes des sciences spéculatives. Donc l'homme ne peut arriver à cette union de la manière indiquée par ces philosophes. Donc cette union ne peut faire le bonheur de l'homme.

3° En supposant que l'homme puisse s'unir à l'intellect actif comme le veulent les philosophes, il n'en est pas moins certain que le très petit nombre seulement est capable d'une telle perfection; et cela est si vrai, que ni ces auteurs ni d'autres, quelque application qu'ils aient d'ailleurs apportée et quelques succès qu'ils aient obtenus dans les sciences spéculatives, n'ont osé se dire parfaits à ce point. Bien plus, ils conviennent eux-mêmes qu'ils ignorent beaucoup de choses. C'est ainsi qu'Aristote nous dit, dans son traité *Du ciel* [liv. II], qu'on ne peut donner que des raisons probables (2) lorsqu'on traite de la quadrature du cercle et qu'on veut expliquer l'ordre des corps célestes; et, dans sa *Métaphysique* [liv. XII, c. 8], il ajoute qu'il laisse à d'autres de décider sous quel rapport ces corps et leurs moteurs sont nécessaires. Or, selon la doctrine du Philosophe, le bonheur est un bien commun que le plus grand nombre peut posséder, si rien ne s'y oppose (3); et il faut en dire autant de toute fin naturelle propre à une espèce; car les êtres qu'elle comprend arrivent pour la plupart à

(2) Nous traduisons *topicas rationes* par *raisons probables*, d'après Aristote lui-même qui dit au commencement de son livre des *Topiques* : « Hujus tractationis propositum est viam atque rationem invenire qua et de omni quæstione proposita probabili argumentatione poterimus disserere..... Dialectica vero ratiocinatio est quæ ex probabilibus concluditur. » — L'argument *probable* est opposé à l'argument *apodictique*, qui repose toujours sur un principe certain.

(3) Et vero si quod aliud a diis munus est hominibus datum, profecto consentaneum est beatitudinem quoque a diis immortalibus donari, eoque maxime quod rerum humanarum est optima..... Eadem etiam in medio erit posita ut cum multis communicetur... Rem porro omnium maximam et pulcherrimam arbitrio fortunæ permittere valde nefarium, contumeliosum ac flagitiosum fuerit (Arist. *Ethic.*, I, c. 10).

---

rum, non possit perveniri ad omnia prædicta cognoscenda. Est igitur impossibile quod aliquis homo ad illam continuationem perveniat per modum ab eis assignatum. Non est igitur possibile quod in tali continuatione sit hominis felicitas.

3° Adhuc, Dato quod talis continuatio hominis ad intellectum agentem sit possibilis qualem ipsi describunt, planum est quod talis perfectio paucissimis hominum advenit, in tantum quod nec ipsi nec aliqui, quantumcumque in scientiis speculativis studiosi et periti, ausi sunt talem perfectionem de se profiteri; quin imo omnes plurima a se asserunt ignorata, sicut Aristoteles quadraturam circuli et rationes ordinis corporum cœlestium, in quibus, ut ipsemet dicit (de Cœlo, II), nonnisi topicas rationes reddere potest; et quid sit in eis necessarium et eorum motoribus, aliis reservat (Metaphys., XII, c. 8). Felicitas autem est quoddam commune bonum, ad quod plures pervenire possunt, nisi sint orbati, ut Aristoteles dicit (Ethic., I, c. 10); et hoc etiam verum est de omni fine naturali alicujus speciei, quia ipsum consequuntur ea quæ sunt illius speciei, ut in pluribus. Non est ergo possibile quod ulti-

cette fin. Donc le souverain bonheur de l'homme ne peut consister dans l'union dont il s'agit.

Il est bien certain qu'Aristote, que nos philosophes veulent prendre pour guide dans cette question, ne place pas la félicité suprême de l'homme dans cette union. Il établit, en effet, que le bonheur de l'homme consiste dans celle de ses opérations qui découle d'une vertu parfaite (4), et ce principe le conduit logiquement à parler des vertus, qu'il divise en vertus morales et en vertus intellectuelles. Il prouve encore que le souverain bonheur de l'homme est dans la contemplation (5); d'où il résulte qu'il ne se trouve dans aucun acte des

(4) Quum bona tres in partes sint distributa, aliaque externa, alia animi, alia corporis dicantur, animi bona in primis et maxime propria bona dicimus. Actiones autem et functiones muneris animi in animo collocamus. Itaque quum ex hac sententia et vetere et a philosophis uno ore comprobata recte hoc a nobis dicitur, tum vero propterea quod actiones et functiones muneris nonnullæ ipsius finis rationem vicemque obtinent; sic enim efficitur ut beatitudo in animi bonis, non in externis, numeretur. Cum hac ratione congruit et illud, bene vivere et bene rem gerere virum beatum [facere]; nam prope modum beatitudo vita quædam bene acta et bona actio dicta est (Arist. *Ethic.*, I, c. 8). — Sed quoniam beatitudo functio quædam muneris animi est, virtuti undique absolutæ congruens, de virtute videndum est..... Virtutem porro humanam appellamus, non corporis, sed animi virtutem; etenim beatitudinem functionem muneris animi dicebamus..... Dicitur [alibi] unam esse animi partem rationis expertem, participem alteram..... Atque ex hac animi divisione ac differentia virtutis quoque distinctio partitioque nascitur. Alias enim virtutes in cogitatione ac ratione positas esse dicimus; alias ad mores pertinere, quas morales appellamus. In ratione positæ sunt : sapientia, intelligentia, prudentia; in moribus : liberalitas, temperantia. Nam quum de moribus alicujus loquimur, non illum sapientem aut intelligentem dicimus, sed clementem ac lenem, aut temperantem. Laudamus autem sapientem quoque ex habitu; at habitus eos qui sunt laudabiles virtutum nominibus nuncupamus (id., ibid., I, c. 13).

(5) Quod si beatitudo muneris functio est virtuti consentanea, probabile est eam præstantissimæ virtuti esse consentaneam. Atque hæc fuerit ejus quod in homine est optimum..... Esse autem in contemplatione rerum positam supra diximus..... Præstantissima enim hæc est muneris functio; nam et eorum quæ sunt in nobis mens quiddam est longe optimum, et omnium quæ cognosci possunt ea quæ mente complectimur longe sunt optima. Præterea vero et maxime assidua; nam res assidue contemplari magis quam quidvis agere possumus. Et quum beatitudini admixtam et quasi implicatam esse voluptatem arbitremur, tum omnium muneris functionum, quæ virtuti congruunt, eam quæ ex sapientia est jucundissimam esse omnes uno ore consentiunt. Videtur itaque sapientia mirabiles quasdam, tum sinceritate, tum stabilitate voluptates continere. Probabile est autem eos qui sciunt, quam eos qui quærunt, vitam traducere jucundiorem, etc. (Arist. *Ethic.*, X, c. 8).

---

ma hominis felicitas in continuatione prædicta consistat.

Patet autem quod nec Aristoteles, cujus sententiam sequi conantur prædicti philosophi, in tali continuatione hominis ultimam felicitatem opinatus est esse. Probat enim (Ethic., I, c. 8) quod felicitas hominis est operatio ipsius secundum virtutem perfectam; unde necesse fuit quod de virtutibus determinaret, quas divisit in virtutes morales et intellectuales. Ostendit autem (Ethic., X, c. 8) quod ultima felicitas hominis est in speculatione; unde patet quod non est in actu alicujus virtutis moralis, nec prudentiæ nec artis, quæ tamen sunt intellectuales. Relinquitur igitur quod sit operatio secundum sapientiam, quæ est

vertus morales, ni dans un acte de prudence ou dans l'exercice d'un art, qui, cependant, appartiennent à l'ordre intellectuel. Donc ce bien n'est autre que l'opération de la sagesse, la principale des opérations intellectuelles, qui, selon Aristote, sont au nombre de trois : la sagesse, la science, l'intelligence (6); et il prononce ensuite que le sage est heureux (7). Or, le Philosophe, dans le livre *Des mœurs*, met la sagesse au premier rang des sciences spéculatives, et au commencement de sa *Métaphysique* il donne le nom de sagesse à la science qu'il se propose d'enseigner (8). Il ressort donc clairement de tout cela qu'Aristote fait consister dans la connaissance des choses divines, telle que peuvent nous la donner les sciences spéculatives, le plus grand bonheur dont l'homme est capable ici-bas. Quant à cette manière de connaître les choses divines, non par les sciences spéculatives, mais en suivant un certain ordre naturel dans la génération [de l'intellect], c'est une invention due à quelques-uns de ses commentateurs.

(6) Sapientis est nonnullarum rerum demonstrationem expedire posse. Si igitur nihil est quo verum enuntiemus nunquamque mentiamur, tum in iis rebus quæ possunt non aliter sese habere, tum in iis quæ possunt, præter scientiam, prudentiam, sapientiam et mentem seu intelligentiam; nullum autem ex his tribus principiorum esse potest (tria dico : prudentiam, sapientiam, scientiam), relinquitur ut mens sit principiorum. — Sapientiam autem, in artibus, iis attribuimus qui cujusque artis sunt peritissimi..... Quapropter perspicuum est scientiarum omnium limatissimam et absolutissimam esse sapientiam. Sapientem igitur oportet non ea solum intelligere quæ ex principiis colliguntur, sed etiam in principiis versantem de iis vere loqui, vereque sentire. Itaque sapientiam dicere licebit esse, tum mentem, tum scientiam, ac scientiam quidem rerum honoratissimarum, quasi capitis instar obtinentem (Arist. *Ethic.*, VI, c. 6 et 7).

(7) Voyez la fin de la note 5 qui précède.

(8) Dictum est in moralibus (*Ethic.*, VI, c. 7) quænam sit artis et scientiæ differentia, ac cæterorum quæ ejusdem generis sunt. Cujus autem gratia nunc sermonem facimus illud est quod appellatam sapientiam circa primas causas et principia omnes arbitrantur versari (Arist. *Metaphys.*, I, c. 1). — Voyez aussi la note 6 qui précède.

---

præcipua inter tres residuas intellectuales, quæ sunt sapientia, scientia et intellectus, ut ostendit (Ethic., VI, c. 6); unde et sapientem judicat esse felicem (Ethic., X, c. 8). Sapientia autem, secundum ipsum, est una de scientiis speculativis, caput aliarum, ut dicitur in sexto Ethicorum (c. 7), et in principio Metaphysicæ, scientiam, quam in illo libro tradere intendit, sapientiam nominat. Patet ergo quod opinio Aristotelis fuit quod ultima felicitas quam homo in hac vita acquirere potest sit cognitio de rebus divinis, qualis per scientias speculativas haberi potest. Ille autem posterior modus cognoscendi res divinas, non per viam scientiarum speculativarum, sed quodam generationis ordine naturali, est confictus ab expositoribus quibusdam.

CHAPITRE XLV.

Pendant cette vie, nous ne pouvons en aucune manière connaître les substances séparées.

Puisque, durant la vie présente, nous sommes dans l'impossibilité de connaître les substances séparées suivant les diverses manières que nous venons d'examiner, il nous faut rechercher maintenant si nous avons ici-bas quelque autre moyen d'acquérir cette connaissance (1).

Thémistius s'efforce de prouver que nous le pouvons par cet argument *a minori* : Les substances séparées sont plus intelligibles que les êtres matériels; car ceux-ci ne sont intelligibles qu'autant que l'intellect actif les fait actuellement connaître, tandis que celles-là sont intelligibles en elles-mêmes. Si donc notre intelligence comprend les êtres matériels, il est capable, à plus forte raison, de connaître les substances séparées.

La manière d'apprécier ce raisonnement doit varier suivant les diverses opinions qui se sont produites touchant l'intellect possible. S'il est vrai que l'intellect possible est une vertu indépendante de la matière, et que son *être* est distinct de celui du corps, selon le sentiment d'Averrhoès, il s'ensuit qu'il n'existe entre lui et les choses matérielles aucune relation nécessaire. Par conséquent, les êtres qui sont plus intelligibles en eux-mêmes seront plus intelligibles pour lui. Mais il semble résulter de là que, puisque dès le commencement nous con-

(1) Connaissance est ici synonime d'intelligence.

CAPUT XLV.

Quod non possumus aliquo modo in hac vita intelligere substantias separatas.

Quia igitur, secundum modos prædictos, substantiæ separatæ non possunt cognosci a nobis in vita ista, inquirendum restat utrum aliquo modo in vita ista substantias ipsas separatas intelligere possimus.

Quod autem hoc sit possibile, nititur ostendere Themistius (l. III, c. 50) per locum a minori. Substantiæ enim separatæ sunt magis intelligibiles quam materialia; hæc enim sunt intelligibilia in quantum sunt facta intellecta in actu per intellectum agentem, illa vero sunt secundum seipsa intelligibilia. Si ergo intellectus noster comprehendit hæc materialia, multo magis natus est intelligere illas substantias separatas.

Hæc autem ratio, secundum diversas opiniones de intellectu possibili, diversimode judicanda est.

Si enim intellectus possibilis non sit virtus a materia dependens et sit iterum secundum esse a corpore separatus, ut Averrhoes ponit, sequetur quod nullum necessarium ordinem ad res materiales habeat; unde quæ sunt magis intelligibilia in seipsis erunt ei magis intelligibilia. Sed tunc sequi videtur quod, quum nos a principio per intellectum possibilem intelligamus, a principio intelligamus substantias

naissons par l'intellect possible, nous devons aussi, dès le principe, connaître les substances séparées; ce qui est évidemment faux. C'est pourquoi, comme nous l'avons vu en discutant son opinion [ch. 43], Averrhoès essaie d'éluder cette conséquence, et nous avons prouvé qu il est dans l'erreur.

Si, au contraire, l'intellect possible n'a pas un *être* distinct de celui du corps, par là même qu'il est uni à tel [corps quant à l'*être*, il y a entre lui et les êtres matériels une relation nécessaire, en sorte qu'il ne peut arriver que par eux à en connaître d'autres. Il ne suit donc pas, de ce que les substances séparées sont plus intelligibles en elles-mêmes, qu'elles sont aussi plus intelligibles pour notre intelligence. Aristote est du même sentiment lorsqu'il dit que « la difficulté de « connaître ces choses ne vient pas d'elles; mais de nous, parce que « notre intelligence est, à l'égard des choses les plus claires, dans la « même disposition que l'œil du hibou relativement aux rayons du « soleil (1). » Ainsi que nous venons de le prouver [ch. 44], on ne peut donc arriver à connaître les substances séparées par la connaissance des êtres matériels. Donc notre intellect possible n'a aucun moyen de connaître les substances séparées.

Nous avons une preuve de ceci dans l'ordre qui rattache l'intellect possible à l'intellect actif. Une puissance passive n'est réellement en puissance que pour les choses qui sont du ressort de son principe actif correspondant; car à toute puissance passive correspond, dans la nature, une puissance active; et, s'il en était autrement, la puissance passive serait vaine, puisqu'elle ne saurait passer à l'acte sans

(1) Voyez, pour la reproduction exacte du texte d'Aristote, la note 2 du ch. 77, liv. II, p. 170.

---

separatas; quod patet esse falsum. Sed hoc inconveniens evitare Averrhoes nititur secundum ea quæ de ejus opinione dicta sunt (c. 43), quæ patet esse falsa ex præmissis.

Si autem intellectus possibilis non est a corpore separatus secundum esse, ex hoc ipso quod est tali corpori unitus secundum esse, habet quemdam necessarium ordinem ad materialia, ut nonnisi per ista ad aliorum cognitionem pervenire possit; unde non sequitur, si substantiæ separatæ in seipsis sint magis intelligibiles, quod propter hoc sint magis intelligibiles intellectui nostro. Et hoc demonstrant verba Aristotelis; dicit enim (Metaphys., II, c. 1) quod « difficultas intelligendi res illas accidit ex « nobis, non ex illis; nam intellectus noster « se habet ad manifestissima rerum sicut « se habet oculus vespertilionis ad lucem « solis. » Unde per materialia intellecta non possunt intelligi substantiæ separatæ, ut supra (c. 44) ostensum est. Sequitur itaque quod intellectus possibilis noster nullo modo possit intelligere substantias separatas.

Hoc etiam apparet ex ordine intellectus possibilis ad agentem. Potentia enim passiva ad illa solum est in potentia in quæ potest proprium ejus activum; omni enim



la puissance active, ainsi que nous le voyons par le sens de la vue, qui ne peut être affecté que des couleurs auxquelles la lumière a donné naissance. Or, l'intellect possible étant, sous quelque rapport, une vertu passive, il y a un agent particulier qui lui correspond, et cet agent est l'intellect actif, qui est, relativement à lui, ce qu'est la lumière pour la vue. Donc l'intellect possible n'est en puissance que pour les intelligibles que l'intellect actif a rendus tels. C'est pour cette raison qu'Aristote, en expliquant la nature des deux intellects, dit que « l'intellect possible a la puissance de devenir toutes choses, et « que l'intellect actif a le pouvoir de faire toutes choses » (2). En sorte que la puissance active de l'un et la puissance passive de l'autre se terminent aux mêmes objets. Donc, puisque l'intellect actif ne produit pas la connaissance actuelle des substances séparées, mais seulement des êtres matériels, la capacité de l'intellect possible ne s'étend pas plus loin que ces êtres. Donc nous ne pouvons connaître par lui les substances séparées. L'exemple d'Aristote que nous venons de rapporter est donc parfaitement juste dans le cas présent; car jamais l'œil du hibou ne peut voir la lumière du soleil. Averrhoès cherche pourtant à l'accommoder à son système, en disant que la ressemblance signalée par le Philosophe entre les dispositions qui sont dans notre intelligence, par rapport aux substances séparées, et dans l'œil du hibou, relativement à la lumière du soleil, ne consiste pas dans une impossibilité absolue, mais seulement dans une grande difficulté; et il s'appuie sur cette raison, que si nous étions tout-à-fait incapables

(2) Voyez la note 5 du ch. 43, p. 470.

potentiæ passivæ respondet potentia activa in natura; alias, potentia passiva esset frustra, quum non possit reduci in actum nisi per activam; unde videmus quod visus non est susceptivus nisi colorum qui illuminantur per lucem. Intellectus autem possibilis, quum sit virtus quodammodo passiva, habet proprium agens sibi respondens, scilicet intellectum agentem, qui ita se habet ad intellectum possibilem sicut se habet lux ad visum. Non est igitur intellectus possibilis in potentia nisi ad illa intelligibilia quæ sunt facta per intellectum agentem. Unde et Aristoteles, describens utrumque intellectum, dicit quod « intellec- « tus possibilis est quo est omnia fieri, agens « vero quo est omnia facere (de Anima, III, « c. 5), » ut ad eadem utriusque potentia referri intelligatur, hujus activa, illius passiva. Quum ergo substantiæ separatæ non sint factæ intellectæ in actu per intellectum agentem, sed solum materialia, ad hæc sola se extendit possibilis intellectus. Non igitur per ipsum possumus intelligere substantias separatas. Propter quod Aristoteles congruo exemplo usus est (Metaphys., II, c. 1); nam oculus vespertilionis nunquam potest videre lucem solis; quamvis Averrhoes hoc exemplum depravare nitatur, dicens quod simile non est de intellectu nostro ad substantias separatas et oculo vespertilionis ad lucem solis quantum ad impossibilitatem, sed solum quantum ad difficultatem; quod tali ratione probat ibidem: Quia, si illa quæ sunt intellecta secundum se, scilicet substantiæ separatæ, essent

de connaître les êtres qui sont intelligibles en eux-mêmes, c'est-à-dire les substances séparées, elles seraient telles inutilement, comme serait un objet visible que nul œil ne peut apercevoir. — On voit, dès le premier abord, combien cette raison est peu sérieuse. Lors même, en effet, que nous ne connaîtrions jamais les substances séparées, elles ne se connaîtraient pas moins elles-mêmes. Par conséquent elles ne seraient pas inutilement intelligibles, de même que, pour suivre la comparaison d'Aristote, le soleil n'est pas visible inutilement par cela seul que le hibou ne peut le regarder, puisqu'il se découvre à l'œil de l'homme et des autres animaux. Donc, si l'intellect possible est uni au corps quant à l'*être*, il ne peut connaître les substances séparées.

Il importe cependant de savoir ce que l'on pense de sa substance. Si, comme l'ont enseigné quelques-uns, l'intellect possible est une vertu matérielle produite par voie de génération et sujette à la destruction (3), c'est sa substance même qui détermine en lui la connaissance des choses matérielles; d'où il suit nécessairement qu'il n'a aucun moyen de connaître les substances séparées, parce qu'il répugne qu'il soit séparé lui-même. Si, au contraire, nonobstant son union avec le corps, l'intellect possible est indestructible et indépendant de la matière par son *être*, ainsi que nous l'avons démontré [liv. II, ch. 59 et 60], son union avec le corps est le principe d'où découle pour lui la necessité de connaître les êtres composés de matière. C'est pourquoi, dès l'instant où l'âme sera séparée de tel corps, l'intellect possible jouira de la faculté de connaître les êtres qui sont intelligibles en eux-mêmes, ou les substances séparées, par la lumière

(3) L'opinion d'Alexandre d'Aphrodisée et celle de Galien sur l'intellect possible paraissent revenir à celle-ci. —Voyez à ce sujet les ch. 62 et 63 du livre II, p. 85 et 90.

---

nobis impossibiles ad intelligendum, frustra essent, sicut si esset aliquod visibile quod a nullo visu videri possit. — Quæquidem ratio quam frivola sit apparet. Etsi enim a nobis nunquam illæ substantiæ intelligerentur, tamen intelligerentur a seipsis; unde nec frustra intelligibiles essent, sicut nec sol frustra visibilis est, ut Aristotelis exemplum prosequamur, quia non potest ipsum videre vespertilio, quum possit ipsum videre homo et alia animalia. Sic ergo intellectus possibilis, si ponitur corpori unitus secundum esse, non potest intelligere substantias separatas.

Interest tamen qualiter de substantia ipsius sentiatur. Si enim ponatur esse quædam virtus materialis generabilis et corruptibilis, ut quidam posuerunt, sequitur quod ex sua substantia determinatur ad intelligendum materialia; unde necesse est quod nullo modo possit intelligere substantias separatas, quia impossibile erit ipsum esse separatum. Si autem intellectus possibilis, quamvis sit corpori unitus, est tamen incorruptibilis et a materia non dependens secundum suum esse, sicut supra (l. II, c. 59 et 60) ostendimus, sequitur quod obligatio ad intelligendas res materiales accidat ei ex unione ad corpus; unde, quum anima a corpore tali fuerit separata, intellectus possibilis intelligere poterit ea quæ secundum se sunt intelligibilia, scilicet

de l'intellect actif, qui remplace dans notre âme la lumière intellectuelle propre aux substances séparées.

Ce sentiment est conforme à ce qu'enseigne notre foi, que nous ne connaîtrons pas les substances séparées durant cette vie, mais après la mort.

CHAPITRE XLVI.

Pendant cette vie l'âme ne se connaît pas par elle-même.

Il existe un passage de saint Augustin qui semble renverser la doctrine que nous venons d'établir. Il importe donc de peser avec soin ses paroles. Le saint Docteur s'exprime ainsi : « De même que l'âme « acquiert par les sens du corps la connaissance des choses corpo- « relles, ainsi elle connaît les êtres incorporels par elle-même. Donc « elle se connaît aussi par elle-même, parce qu'elle est incorpo « relle (1). »

Ce texte paraît prouver que notre âme se connaît par elle-même, et que la connaissance qu'elle a d'elle-même lui fait connaître les substances séparées; ce qui détruirait la proposition précédemment prouvée.

Nous avons donc à examiner comment notre âme se connaît par

(1) Voici en entier le texte de saint Augustin : « Mens amare seipsam non potest, nisi etiam se noverit; nam quomodo amat quod nescit? Aut si quisquam dicit ex notitia generali vel speciali mentem credere se esse talem, quales alias experta est, et ideo

substantias separatas, per lumen intellectus agentis, quod est similitudo in anima intellectualis luminis quod est in substantiis separatis.

Et hæc est sententia nostræ fidei de intelligendo substantias separatas a nobis post mortem, et non in hac vita.

CAPUT XLVI.

Quod anima in hac vita non intelligit seipsam per seipsam.

Videtur autem difficultas quædam contra prædicta afferri ex quibusdam Augustini verbis, quæ diligenter pertractanda sunt. Dicit enim quod « mens, sicut corporearum « rerum notitias per sensus corporis col- « ligit, sic incorporearum rerum per semet- « ipsam. Ergo et seipsam per seipsam no- « vit, quoniam ipsa est incorporea (de « Trinit., l. IX, c. 3). »

Ex his enim verbis videtur quod mens nostra se per seipsam intelligat, et, intelligendo se, intelligat substantias separatas; quod est contra prædicta.

Inquirere ergo oportet quomodo anima nostra per seipsam intelligat se. Impossibile est autem dici quod per seipsam intelligat de se quid est.

1° Per hoc enim fit potentia cognosci-

elle-même, et nous disons qu'elle ne peut savoir par elle-même quelle est son essence. En effet :

1° Ce qui fait qu'une puissance intelligente connaît en acte, c'est qu'elle renferme en elle la chose par laquelle la connaissance lui arrive. Si elle renferme cette chose en puissance, elle connaît en puissance ; si c'est en acte, sa connaissance est actuelle ; enfin, si elle la possède d'une manière intermédiaire, elle n'a qu'une connaissance habituelle. Or, l'âme est toujours actuellement présente à elle-même et jamais en puissance, ou seulement d'une manière habituelle. Si donc l'âme connaît par elle-même sa propre essence, elle aura toujours de sa propre essence une connaissance actuelle ; conséquence dont la fausseté est manifeste.

2° Si l'âme connaît par elle-même son essence propre, comme tout homme a une âme, tout homme connaît l'essence de l'âme ; ce qui est évidemment faux.

3° La connaissance est naturelle lorsqu'elle nous arrive par une chose qui est naturellement en nous : tels sont les principes indémontrables que nous connaissons par la lumière de l'intellect actif. Si donc nous savons par l'âme même quelle est son essence, cette notion nous est naturelle. Or, nul ne peut se tromper sur les choses naturellement connues ; car la connaissance des principes indémontrables n'est jamais entachée d'erreur. Donc personne ne s'égarerait dans la

amare seipsam, insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquam mentem novit, si se non novit? Neque enim ut oculus corporis videt alios oculos et se non videt, ita mens novit alias mentes et ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora videmus, quia radios, qui per eos emicant et quidquid cernimus tangunt, refringere ac retorquere in ipsos non possumus, nisi quum specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeque disseritur, donec apertissime demonstretur vel ita se rem habere, vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per oculos cernimus, ipsam certe vim, sive sint radii, sive aliud aliquid, oculis cernere non valemus, sed mente quærimus et, si fieri potest, etiam hoc mente comprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum per semetipsam. Ergo et semetipsam per seipsam novit, quoniam est incorporea ; nam si non se novit, non se amat (*De Trinit.*, IX, c. 3). »

---

tiva actu cognoscens, quod est in ea id quo cognoscitur. Et, si quidem sit in ea in potentia, cognoscit in potentia ; si autem in actu, cognoscit in actu ; si autem medio modo, cognoscit in habitu. Ipsa autem anima semper adest sibi actu et nunquam in potentia vel in habitu tantum. Si igitur per seipsam anima seipsam cognoscit quid est, semper actu intelliget de se quid est ; quod patet esse falsum.

2° Adhuc, Si anima per seipsam cognoscit de se quid est, omnis autem homo animam habet, omnis igitur homo cognoscit de anima quid est ; quod patet esse falsum.

3° Amplius, Cognitio quæ fit per aliquid naturaliter nobis inditum, est naturalis, sicut principia indemonstrabilia, quæ cognoscuntur per lumen intellectus agentis. Si igitur nos de anima scimus quid est per ipsam animam, hoc erit naturaliter notum. In his autem quæ naturaliter nota sunt, nullus potest errare ; in cognitione enim

question de la nature de l'âme, si l'âme connaissait par elle-même son essence; et l'expérience nous prouve clairement qu'il n'en est point ainsi, puisque plusieurs ont considéré l'âme comme étant tel ou tel corps, et que d'autres en ont fait un nombre ou une harmonie. Donc l'âme ne connaît pas par elle-même sa propre essence.

4° L'être qui existe par lui-même vient avant celui qui existe par un autre, et le premier est le principe du second, de quelque ordre qu'il s'agisse. Donc la connaissance d'une chose connue par elle-même précède la connaissance des choses qui sont connues par une autre, et la première est le principe qui fait connaître celles-ci, comme sont les premières propositions relativement aux conclusions. Si donc l'âme connaît par elle-même quelle est sa nature, cette connaissance lui est essentielle, et conséquemment c'est la première de toutes et le principe des autres. Or, nous voyons tout le contraire; car on ne suppose pas tout d'abord que l'éssence de l'âme est connue, mais on cherche à la connaître à l'aide d'autres principes. Donc l'âme ne connaît pas par elle-même sa propre essence.

Il est clair que saint Augustin n'a pas voulu parler dans ce sens; car il dit plus loin que « l'âme, lorsqu'elle s'étudie pour se connaître, « ne cherche pas à se voir comme si elle était absente, mais elle s'ap- « plique à s'examiner elle-même qui est présente pour elle-même, « non parce qu'elle veut se connaître comme si elle s'ignorait, mais « afin de se distinguer de ce qu'elle connaît et qui n'est pas elle (2). »

(2) Dans cet endroit, saint Augustin explique comment l'âme procède pour se connaître elle-même et ce qui peut l'induire en erreur. — Ergo seipsam quemadmodum quærat et inveniat mirabilis quæstio est, quo tendat ut quærat, aut quo veniat ut inveniat. Quid enim tam in mente quam mens est? Sed quia in iis est quæ cum amore cogitat, sensibilibus autem, id est corporalibus, cum amore assuefacta est, non valet sine

---

principiorum indemonstrabilium nullus errat. Nullus igitur erraret circa animam quid est, si hoc anima per seipsam cognosceret; quod patet esse falsum, quum multi opinati sint animam esse hoc vel illud corpus, et aliqui numerum vel harmoniam. Non igitur anima per seipsam cognoscit de se quid est.

4° Amplius, In quolibet ordine, quod est per se est prius eo quod est per aliud, et principium ejus. Quod ergo est per se notum est prius notum omnibus quæ per aliud cognoscuntur, et principium cognoscendi ea, sicut primæ propositiones conclusionibus. Si igitur anima per seipsam de se cognoscit quid est, hoc erit per se notum, et per consequens, primo notum et principium cognoscendi alia. Hoc autem patet esse falsum; nam quid est anima non supponitur in scientia, quasi notum, sed proponitur ex aliis inquirendum. Non igitur anima de seipsa cognoscit quid est, per seipsam.

Patet autem quod nec ipse Augustinus hoc voluit; dicit enim quod « anima, quum « sui notitiam quærit, non velut absentem « se quærit cernere, sed præsentem se « curat discernere; non ut cognoscat se « quasi non norit, sed ut dignoscat ab eo « quod alterum novit (de Trinitate, x,

Il nous donne à entendre par là que l'âme se connaît elle-même par elle-même comme présente, mais non comme distincte des autres êtres ; c'est ce qui lui fait ajouter que d'autres ont erré en confondant l'âme avec les choses qui sont distinctes d'elle. Or, dès que l'on sait ce qu'est une chose, on la connaît en tant que distincte des autres ; c'est pourquoi la définition qui détermine la quiddité de la chose distingue l'objet défini de tout le reste. Donc saint Augustin n'a pas voulu dire que l'âme connaît par elle-même sa propre essence.

Telle n'est pas non plus la pensée d'Aristote, lorsqu'il nous dit que l'intellect possible se connaît aussi bien que les autres choses (3) ; car

imaginibus eorum esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus, dum rerum sensarum imagines secernere a se non potest, ut se solam videat. Cohæserunt enim mirabiliter glutino amoris ; et hæc est ejus immunditia, quoniam dum se solam nititur cogitare, hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Quum igitur ei præcipitur ut seipsam cognoscat, non se tanquam sibi detracta sit quærat, sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa, non solum quam ista sensibilia quæ manifeste foris sunt, sed etiam quam imagines eorum quæ in parte quadam sunt animæ quam habent et bestiæ, quamvis intelligentia careant, quæ mentis est propria. Quum ergo sit mens interior, quodam modo exit a semetipsa, quum in hæc quasi vestigia multarum intentionum exserit amoris affectum. Quæ vestigia tanquam imprimuntur memoriæ, quando hæc quæ foris sunt corporalia sentiuntur, ut etiam quum absunt ista, præsto sint tamen imagines eorum cogitantibus. Cognoscat ergo semetipsam, nec quasi absentem se quærat, sed intentionem voluntatis, qua per alia vagabatur, statuat in semetipsam et se cogitet. Ita videbit quod nunquam se non amaverit, nunquam nescierit, sed aliud secum amando, cum eo se confudit et concrevit quodam modo ; atque ita dum sicut unum diversa complectitur, unum putavit esse quæ diversa sunt. Non itaque velut absentem se quærat cernere, sed præsentem se curet discernere. Nec quasi se non norit cognoscat, sed ab eo quod alterum novit dignoscat..... Sic ergo se esse et vivere scit, quomodo est et vivit intelligentia (*De Trinit.*, x, c. 8, 9 et 10).

(3) De animæ ea parte qua cognoscit atque sapit, sive sit separabilis, sive non separabilis magnitudine, sed ratione, considerandum est deinceps quam differentiam habet, quoque pacto tandem sit intelligere. Si igitur intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipsam passione, sed formæ susceptivam esse oportet, et potentia talem, sed non illam esse, et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus. Quare necesse est ipsum, quum universa intelligat, non mixtum esse, sicut Anaxagoras dixit, ut superet atque vincat, id est, ut cognoscat atque percipiat ; alienum namque, quum apparet juxta, prohibet atque sejungit. Quo fit ut neque ulla sit ipsius natura, nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur (dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima et existimat), nihil est actu prorsus eorum quæ sunt, antea quam intelligat ipse. Quocirca neque cum corpore ipsum mixtum esse consentaneum est rationi..... Factus autem unumquodque, perinde atque is qui dicitur actu sciens, quod quidem tum accidit, quum ipse per seipsum operari potest, est quidem et tunc quodam modo potentia, sed non perinde ut erat antea quam

« c. 9). » Ex quo dat intelligere quod anima per se cognoscit seipsam quasi præsentem, non quasi ab aliis distinctam ; unde et in hoc dicit alios errare quod animam non distinxerunt ab illis quæ sunt ab ipsa diversa. Per hoc autem quod scitur de re quid est, scitur res prout est ab aliis distincta ; unde et diffinitio, quæ signat quid est res, distinguit diffinitum ab omnibus aliis. Non igitur voluit Augustinus quod anima de se cognoscat quid est per seipsam.

Nec Aristoteles hoc voluit ; dicit enim (de Anima, III, c. 4) quod intellectus pos-

cet intellect se connaît par une espèce intelligible, au moyen de laquelle il se trouve placé en acte dans le genre des êtres intelligibles; mais, considéré en lui-même, il est seulement en puissance pour l'*être* intelligible. Or, nul être n'est connu parce qu'il est en puissance, mais parce qu'il est en acte. C'est pourquoi les substances séparées, dont les substances sont comme à l'état d'être actuel dans le genre des intelligibles, connaissent leurs natures par leurs propres substances, tandis que notre intellect possible connaît la sienne par une espèce intelligible qui le rend actuellement intelligent. Aussi Aristote s'appuie-t-il sur l'opération même de connaître pour prouver qu'il est dans la nature de l'intellect possible d'être sans mélange et indestructible, comme nous l'avons déjà observé [liv. II, ch. 62] (4).

Ainsi donc, dans le sens de saint Augustin, notre âme se connaît elle-même, en tant qu'elle sait qu'elle existe; car, par là même qu'elle a conscience de son action, elle a conscience de son existence, et comme elle agit par elle-même, elle connaît par elle-même qu'elle existe. La connaissance que l'âme a d'elle-même lui fait donc connaître aussi les substances séparées, mais cette dernière connaissance se borne à savoir qu'elles sont, sans découvrir quelles elles sont; ce qui serait la même chose que comprendre leurs substances. Nous ne saurions, en effet, arriver par aucun moyen à découvrir ce que nous savons des substances séparées, soit par la démonstration, soit par l'enseigne-

didicisset, vel invenisset; atque tunc etiam seipsum intelligere potest..... Est etiam intelligibilis et ipse, ut intelligibilia cuncta. Nam in hisce quidem quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia et id quod sub scientiam cadit..... In iis autem quæ materiam habent unumquodque intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus; nam intellectus talium potentia sine materia est; ipse autem intelligibilis rationem subibit (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(4) Voyez la note 3 qui précède.

---

sibilis intelligit se sicut alia; intelligit enim se per speciem intelligibilem, qua fit actu in genere intelligibilium; in se enim consideratus, est solum in potentia ad esse intelligibile. Nihil autem cognoscitur secundum quod est in potentia, sed secundum quod est in actu; unde substantiæ separatæ, quarum substantiæ sunt ut aliquid actu ens in genere intelligibilium, de se intelligunt quid sunt per suas substantias; intellectus vero possibilis noster per speciem intelligibilem, per quam fit actu intelligens. Unde et Aristoteles (de Anima, III, c. 4) ex ipso intelligere demonstrat naturam intellectus possibilis, scilicet quod sit immixtus et incorruptibilis, ut ex præmissis (l. II, c. 62) patet.

Sic igitur, secundum intentionem Augustini, mens nostra per seipsam novit seipsam, in quantum de se cognoscit quod est; ex hoc enim ipso quod percipit se agere, percipit se esse; agit autem per seipsam; unde per seipsam de se cognoscit quod est. Sic ergo et de substantiis separatis anima, cognoscendo seipsam, cognoscit quia sunt, non autem quid sunt, quod est earum substantias intelligere. Quum enim de substantiis

ment de la foi, c'est-à-dire que ce sont de certaines substances intellectuelles, si notre âme ne connaissait pas par elle-même ce que c'est qu'un être intellectuel; par où l'on voit que la connaissance que nous avons de l'intelligence qui est dans notre âme est nécessairement le principe sur lequel repose tout ce que nous savons des substances séparées. Cependant on aurait tort de conclure de ce que nous pouvons découvrir par les sciences spéculatives la nature de notre âme, que ces mêmes sciences nous feront également découvrir quelle est la nature des substances séparées; car l'acte de notre intelligence qui nous fait voir ce qu'est notre âme est à une très grande distance de l'intelligence d'une substance séparée. Cette connaissance de la nature de notre âme peut toutefois nous amener à apercevoir en quelque manière le genre éloigné des substances séparées; mais ce n'est pas là connaître leurs substances. De même aussi que nous savons par notre âme elle-même qu'elle existe, parce que nous avons la perception de ses actes et que nous recherchons, d'après ses actes et les objets auxquels elle s'attache et par les principes des sciences spéculatives, quelle est sa nature, de même nous connaissons ce qui est dans notre âme, c'est-à-dire les puissances [ou facultés] et les habitudes (5), parce que nous en saisissons les actes et nous jugeons de leur nature sur le caractère des actes qui en découlent.

(5) Qui tiennent le milieu entre la puissance ou faculté et l'acte.

---

separatis hoc quod sint intellectuales quædam substantiæ cognoscamus, vel per demonstrationem vel per fidem, neutro modo hanc cognitionem accipere possemus, nisi hoc ipsum quod est intellectuale anima nostra ex seipsa cognosceret; unde et scientia de intellectu animæ oportet uti ut principio ad omnia quæ de substantiis separatis cognoscimus. Non autem oportet quod, si per scientias speculativas possumus pervenire ad sciendum de anima quid est, possimus ad sciendum quid est de substantiis separatis per hujusmodi scientias devenire; nam intelligere nostrum, per quod pervenimus ad sciendum de anima nostra quid est, multum est remotum ab intelligentia substantiæ separatæ. Potest tamen, per hoc quod scitur de anima nostra quid est, perveniri ad sciendum aliquod genus remotum substantiarum separatarum; quod non est earum substantias intelligere. Sicut autem de anima scimus quia est per seipsam, in quantum ejus actus percipimus, quid autem sit inquirimus ex actibus et objectis per principia scientiarum speculativarum, ita etiam de his quæ sunt in anima nostra, scilicet potentiis et habitibus, scimus quidem quia sunt, in quantum actus percipimus; quid vero sint, ex ipsorum actuum qualitate invenimus.

CHAPITRE XLVII.

Il nous est impossible, dans cette vie, de voir Dieu par son essence.

Si, durant cette vie, il ne nous est pas possible de connaître les substances séparées à cause du besoin naturel que notre intelligence a des images, nous sommes beaucoup plus incapables encore, dans notre condition présente, de voir l'essence divine, qui surpasse toutes les substances séparées.

Nous en avons une preuve en ce que plus notre esprit s'élève dans la contemplation des choses spirituelles et plus il se détache des objets sensibles. Or, la substance de Dieu est le dernier terme de la contemplation. Donc l'esprit a besoin, pour voir la substance divine, d'être complétement affranchi des sens corporels par la mort ou dans l'extase. Aussi l'Écriture fait dire à Dieu ces paroles : *Aucun homme ne me verra et vivra* [Exod., XXXIII, 20].

Si les livres saints rapportent que plusieurs personnages ont vu Dieu, cette vision ne peut consister que dans la perception d'images, et même de corps, et c'était simplement une manifestation de la vertu divine qui révélait sa présence au moyen de certaines apparences corporelles extérieurement sensibles ou formées à l'intérieur dans l'imagination, ou encore la connaissance intelligible de Dieu acquise par des substances spirituelles.

Quelques passages de saint Augustin semblent nous contredire et

---

CAPUT XLVII.

Quod non possumus in hac vita videre Deum per essentiam.

Si autem substantias separatas in hac vita intelligere non possumus propter connaturalitatem intellectus nostri ad phantasmata, multo minus in hac vita divinam essentiam videre possumus, quæ transcendit omnes substantias separatas.

Hujus autem signum hinc etiam accipi potest quia, quanto magis mens nostra ad contemplanda spiritualia elevatur, tanto magis abstrahitur a sensibilibus. Ultimus autem terminus quo contemplatio pertingere potest est divina substantia. Unde oportet mentem quæ divinam substantiam videt totaliter a corporeis sensibus esse absolutam, vel per mortem vel per aliquem raptum. Hinc est quod dicitur ex persona Dei : *Non videbit me homo, et vivet* (*Exod.*, XXXIII, 20).

Quod autem in sacra Scriptura aliqui Deum vidisse dicuntur, oportet intelligi hoc fuisse per aliquam imaginariam visionem seu etiam corporalem, prout scilicet per aliquas corporeas species, vel exterius apparentes vel interius formatas in imaginatione, divinæ virtutis præsentia demonstrabatur, vel etiam secundum quod aliquæ spirituales substantiæ aliquam cognitionem de Deo intelligibilem perceperunt.

Difficultatem autem afferunt quædam

prouver que pendant cette vie nous pouvons comprendre Dieu lui-même.

Il s'exprime ainsi dans son traité *De la Trinité* [liv. IX, ch. 7] : « Nous « apercevons, par une vue de l'esprit, dans la vérité éternelle, d'où « procèdent toutes les créatures qui sont dans le temps, la forme qui « est le type de notre existence et d'après laquelle nous réalisons nos « opérations en nous-mêmes ou dans les corps, suivant la vérité et « conformément à la règle. De là vient cette notion vraie des choses « que nous possédons en nous comme un verbe et que nous engen- « drons par le discours. » — On lit aussi dans ses *Confessions* [liv. XII, ch. 25] : « Quand nous voyons l'un et l'autre que ce que vous dites « est vrai, et aussi l'un et l'autre que ce que je dis est vrai, où le « voyons-nous? Assurément ce n'est pas en vous que je le vois, et ce « n'est pas en moi que vous le voyez. Nous le voyons tous deux dans « l'immuable vérité qui domine nos esprits. » — Il dit encore que nous jugeons toutes choses d'après la vérité divine (1) ; — et ailleurs, qu'il faut connaître tout d'abord la vérité même, par laquelle on peut ensuite connaître ces choses (2) ; et il semble désigner ainsi la vérite divine. On peut donc conclure de ses paroles que nous voyons Dieu lui-même, qui est sa propre vérité, et que par lui nous connaissons les

Cognoscit tamen substantia separata per suam substantiam de Deo quia est, et quod est omnium causa et eminens omnibus et remotus ab omnibus, non solum quæ sunt, sed etiam quæ mente creata concipi possunt. Ad quam etiam cognitionem de Deo nos utcumque pertingere possumus; per effectus enim de Deo cognoscimus quia est, et quod causa aliorum est et aliis supereminens et ab omnibus remotus; et hoc est ultimum et perfectissimum nostræ cognitionis in hac vita. Unde Dionysius dicit (de Myst. Theol., c. 2) quod Deo quasi ignoto conjungimur; quodquidem contingit dum de Deo quid non sit cognoscimus, quid vero sit penitus manet ignotum. Unde et, ad hujus sublimissimæ cognitionis ignorantiam demonstrandam, de Moyse dicitur quod *accessit ad caliginem in qua erat Deus* (*Exod.*, XX, 21). Quia vero natura inferior in sui summo nonnisi ad infimum superioris naturæ attingit, oportet quod hæc cognitio ipsa sit eminentior in substantiis separatis quam in nobis; quod per singula patet.

1° Nam quanto propinquior et expressior alicujus causæ effectus cognoscitur, tanto evidentius apparet de causa ejus quod sit. Substantiæ autem separatæ, quæ per se-

substances séparées, qui connaissent Dieu par elles-mêmes, sont plus près de Dieu comme effets et lui ressemblent beaucoup plus que les effets qui nous servent de moyens pour connaître Dieu. Donc les substances séparées savent avec plus de certitude et d'évidence que nous que Dieu existe.

2° Puisque l'on parvient à acquérir à quelque degré la propre connaissance d'un être en procédant par voie de négation [ch. 39], plus sont nombreuses et rapprochées d'elle les choses qu'une intelligence sait être étrangères à un autre être, et plus elle est près de le connaître tel qu'il est : par exemple, celui qui sait que l'homme n'est ni inanimé ni insensible est plus près de le connaître tel qu'il est que celui qui sait seulement qu'il n'est pas un être inanimé, bien qu'ils ignorent tous les deux la nature de l'homme. Or, la science des substances séparées, qui sont plus rapprochées de Dieu, est beaucoup plus étendue que la nôtre, et, par conséquent, leur intelligence éloigne de Dieu plus de choses que nous ne le pouvons faire et des choses qui les touchent davantage. Donc elles sont plus près que nous de la connaissance propre de Dieu, et cependant en se connaissant elles-mêmes elles ne voient pas l'essence divine.

3° On connaît d'autant mieux combien un être est élevé, que l'on voit dans une plus grande élévation ceux au-dessus desquels on le sait placé : ainsi, quoique un paysan sache que le roi est le plus grand personnage du royaume, comme il connaît seulement quelques-uns de ses officiers d'un grade inférieur avec qui il est en rapport, il n'apprécie pas aussi bien l'éminence de cette position que celui qui sait que le roi vient avant tous les princes dont il connaît les rangs, sup-

---

ipsas Deum cognoscunt, sunt propinquiores effectus et expressius Dei similitudinem gerentes quam effectus per quos nos Deum cognoscimus. Certius ergo sciunt substantiæ separatæ et clarius quam nos quod Deus est.

2° Rursus, Quum per negationes ad propriam cognitionem rei quoquo modo perveniatur, ut supra [c. 39] dictum est, quanto plura et magis propinqua quis ab aliquo remota esse cognoverit, tanto magis ad propriam cognitionem ipsius accedit; sicut magis accedit ad propriam hominis cognitionem qui scit eum non esse neque inanimatum neque insensibilem quam qui scit solum eum non esse inanimatum, licet neuter sciat de homine quid sit. Substantiæ autem separatæ plura cognoscunt quam nos, ut quæ sunt Deo magis propinquæ, et per consequens suo intellectu plura et magis propinqua a Deo removent quam nos. Magis igitur accedunt ad propriam ipsius cognitionem quam nos, licet nec ipsæ, per hoc quod seipsas intelligunt, divinam essentiam videant.

3° Item, Tanto aliquis alicujus altitudinem magis novit quanto altioribus scit eum esse prælatum ; sicut, etsi rusticus sciat regem summum esse in regno, quia tamen non cognoscit nisi quosdam regni infimos officiales cum quibus aliquid habet negotii, non ita cognoscit regis eminentiam sicut aliquis qui omnium principum regni dignitatem novit, quibus scit regem esse præ-

posé qu'ils ne comprennent ni l'un ni l'autre la grandeur de la dignité royale. Or, nous ne connaissons que certains êtres et des plus vils. Donc, quoique nous sachions que Dieu domine tout ce qui existe, nous avons une idée moins complète de son excellence que les substances séparées, dont la connaissance embrasse les êtres les plus nobles, et qui voient que Dieu leur est supérieur à tous.

4° Plus les effets que l'on connaît comme procédant d'une cause sont nombreux et considérables, et plus, évidemment, est exact le jugement que l'on porte sur l'étendue de sa causalité et de sa vertu. D'où il suit clairement que les substances séparées connaissent mieux que nous quelles sont la causalité de Dieu et sa puissance, quoique nous n'ignorions pas qu'il est la cause de tous les êtres.

CHAPITRE L.

Le désir naturel des substances séparées n'est pas satisfait par la connaissance qu'elles ont naturellement de Dieu.

La connaissance de Dieu, telle que nous venons de la définir, est incapable de satisfaire le désir naturel des substances séparées. En effet :

1° Tout ce qui est imparfait dans une espèce tend à arriver à la per-

---

latum, quamvis neuter altitudinem regiæ dignitatis comprehendat. Nos autem non scimus nisi quædam infima entium. Licet ergo sciamus Deum omnibus entibus eminere, non tamen ita cognoscimus eminentiam divinam sicut substantiæ separatæ, quibus altissimi rerum ordines noti sunt et [quæ] eis omnibus superiorem Deum esse cognoscunt.

4° Ulterius, Manifestum est quod causalitas alicujus causæ et virtus ejus tanto magis cognoscitur quanto plures et majores ejus effectus innotescunt Ex quo manifestum fit quod substantiæ separatæ causalitatem Dei et ejus virtutem magis cognoscunt quam nos, licet nos omnium entium eum esse causam sciamus.

CAPUT L.

Quod, in naturali cognitione quam habent substantiæ separatæ de Deo, non quiescit earum naturale desiderium.

Non potest autem esse quod in tali Dei cognitione quiescat naturale desiderium substantiæ separatæ.

1° Omne enim quod est imperfectum in aliqua specie desiderat consequi perfectionem illius speciei; qui enim habet opinionem de re aliqua, quæ imperfecta illius rei est notitia, ex hoc ipso incitatur ad desiderandum illius rei scientiam. Prædicta autem cognitio quam substantiæ separatæ habent de Deo, non cognoscentes ipsius

fection qui convient à cette espèce; et nous en avons la preuve en ce que si quelqu'un a conçu d'une chose une opinion qui n'en est que la notion imparfaite, il sent pour cela même augmenter en lui le désir de la pleine connaissance de cette chose. Or, la connaissance de Dieu que possèdent les substances séparées, et qui ne leur donne pas une notion complète de sa substance, est imparfaite dans son espèce; car. pour ce qui nous concerne, nous ne pensons pas connaître réellement une chose si sa substance nous est cachée; d'où il suit que la science d'une chose consiste principalement dans la connaissance de sa nature. Donc la manière dont les substances séparées connaissent Dieu n'apaise pas leur désir naturel, mais leur fait désirer davantage de voir la substance divine.

2° La connaissance des effets excite le désir de connaître aussi la cause, et les hommes ont commencé à être philosophes lorsqu'ils se sont mis à la recherche des causes. Donc le désir de savoir, que la nature a inspiré à toutes les substances intellectuelles, ne sera satisfait que si, après avoir connu la substance de chacun des effets, elles connaissent aussi la substance de la cause. Donc, dès lors que les substances séparées savent que Dieu est la cause de tous les êtres, dont les substances leur sont connues, le désir naturel qu'elles éprouvent ne pourra être comblé qu'autant qu'elles verront également la substance de Dieu lui-même.

3° La question *pourquoi* est à la question *parce que* comme la question *quel est-il* est à la question *est-il;* car la question *pourquoi* demande que l'on démontre ce qui fait qu'une chose existe : par exemple, ce qui cause une éclipse de la lune; et pareillement on pose la question *quel est-il* pour arriver à prouver si la chose existe, conformément à ce

---

substantiam plene, est imperfecta cognitionis species; non enim arbitramur nos aliquid cognoscere, si substantiam ejus non cognoscamus; unde et præcipuum in cognitione alicujus rei est scire de ea quid est. Ex hac igitur cognitione quam habent substantiæ separatæ de Deo, non quiescit naturale desiderium, sed incitatur magis ad divinam substantiam videndam.

2° Item, Ex cognitione effectuum incitatur desiderium ad cognoscendum causam; unde et homines philosophari inceperunt, causas rerum inquirentes. Non quiescit igitur sciendi desiderium, naturaliter omnibus substantiis intellectualibus inditum, nisi, cognitis substantiis effectuum, etiam substantiam causæ cognoscant. Per hoc igitur quod substantiæ separatæ cognoscunt omnium rerum quarum substantias vident esse Deum causam, non quiescit naturale desiderium in ipsis, nisi etiam ipsius Dei substantiam videant.

3° Adhuc, Sicut se habet quæstio *propter quid* ad quæstionem *quia*, ita se habet quæstio *quid est* ad quæstionem *an est;* nam quæstio *propter quid* quærit medium ad demonstrandum *quia* est aliquid, puta quia luna eclipsatur; et similiter quæstio *quid est* quærit medium ad demonstrandum *an est*. secundum doctrinam traditam in secundo Posteriorum Analyticorum (c. 1). Videmus autem quod videntes naturaliter quia

qu'enseigne Aristote (1). Or, l'expérience nous apprend que ceux qui savent naturellement qu'une chose existe désirent aussi savoir ce qu'elle est, c'est-à-dire connaître sa substance. Donc il ne suffit pas de connaître Dieu en sachant seulement qu'il existe pour que le désir naturel de la science soit satisfait.

4° Rien de ce qui est fini ne peut apaiser le désir de l'intelligence; ce qui le prouve, c'est qu'après tout objet fini l'intelligence s'efforce de saisir encore quelque chose : ainsi, une ligne finie étant donnée, quelle que soit son étendue, elle en cherche une autre d'une étendue plus grande; et c'est en cela que consiste l'addition infinie [ou indéfinie] dans les nombres et les lignes mathématiques. Or, l'élévation et la puissance active de toute substance créée ont leur terme. Donc l'intelligence d'une substance séparée ne trouve pas le repos dans la connaissance des substances créées, quelle que soit leur excellence; mais elle cède encore au désir naturel de connaître une substance qui, comme celle de Dieu [liv. I, ch. 43], est infiniment élevée au-dessus des autres.

5° Si toutes les natures intellectuelles désirent naturellement la

(1) Quæstionum tot sunt quot rerum quæ sciuntur genera. Quatuor autem generibus continentur omnes quæstiones : an ita sit, cur ita sit, sit necne et quid sit. Quum enim quærimus sitne hoc an illud, non in verbo simplici, sed conjuncto jam aliquo verborum numero, verbi gratia, an sol deficiat an non, tum fit quæstio an ita sit. Quod autem sic res habeat argumento est, quod statim ubi invenimus deficere solem conquiescimus, et si jam ab initio sciremus deficere solem, non quæreremus an ita sit. Postquam autem quod ita sit cognovimus, proximum est ut quam ob rem ita sit investigemus; ut postquam scimus aut solem deficere, aut terræ motum fieri, tum deinde quærimus quam ob causam deficiat et quæ sit terræ motus causa. Atque illæ quidem quæstiones hujusmodi sunt. Aliæ autem sunt in quibus quærendi ratio est diversa; veluti sint necne centauri aut dii. Hic autem quum quæritur sit necne, in verbo simplici quæstionem accipi volo, non autem conjuncte, sitne albus quispiam an non. Postquam autem esse rem nobis compertum est, illud proxime sequitur ut quæratur quid sit : verbi causa, quid Deus sit, aut quid sit homo. Quæstionum igitur et rerum quæ per quæstionem inveniuntur ac percipiuntur genera tot et talia sunt, quot et qualia diximus (Arist. *Analytic. poster.*, II, c. 1).

---

est aliquid scire desiderant quid est ipsum, quod est intelligere ejus substantiam. Non igitur quietatur naturale sciendi desiderium in cognitione Dei, qua scitur de ipso solum quia est.

4° Amplius, Nihil finitum desiderium intellectus quietare potest; quod exinde ostenditur quod intellectus, quolibet finito dato, aliquid ultra molitur apprehendere; unde, qualibet linea finita data, aliquam majorem molitur apprehendere, et similiter in numeris; et hæc est ratio infinitæ additionis in numeris et lineis mathematicis. Altitudo autem et virtus est finita cujuslibet substantiæ creatæ. Non igitur intellectus substantiæ separatæ quiescit per hoc quod cognoscit substantias creatas quantumcumque eminentes, sed adhuc naturali desiderio tendit ad intelligendum substantiam quæ est altitudinis infinitæ, ut ostensum est de substantia divina (l. I, c. 43).

5° Præterea, Sicut naturale desiderium inest omnibus intellectualibus naturis ad sciendum, ita inest eis naturale desiderium

science, elles ont par là même le désir naturel de sortir de l'ignorance ou du défaut de science. Or, les substances séparées connaissent, de la manière que nous avons indiquée [ch. 49], que la substance de Dieu leur est supérieure à elles-mêmes ainsi qu'à tous les êtres qu'elles connaissent, et, par conséquent, elles savent qu'elles ignorent la nature de la substance divine. Donc leur désir naturel tend à acquérir la connaissance de la substance divine.

6° Plus un être est près de sa fin, et plus s'accroît en lui le désir de l'atteindre; aussi voyons-nous que le mouvement naturel des corps acquiert vers sa fin une intensité plus grande. Or, les intelligences des substances séparées sont plus près que la nôtre de connaître Dieu. Donc le désir de cette connaissance est plus fort en elles qu'en nous. Or, si loin que s'étende notre science sur l'existence de Dieu et tout ce qui le concerne, ce n'est pas assez pour combler notre désir, mais nous désirons encore le connaître par son essence. Donc, à beaucoup plus forte raison, ce même désir est naturel aux substances séparées. Donc la manière dont elles connaissent Dieu ne les satisfait pas.

Nous concluons donc de tout cela que la félicité suprême des substances séparées ne consiste pas à connaître Dieu par leurs propres substances, puisque leur désir s'étend jusqu'à la substance divine elle-même. Il est clair également qu'il ne faut pas chercher le bonheur souverain ailleurs que dans une opération de l'intelligence, puisque nul désir ne tend aussi haut que celui de connaître la vérité; car tout désir qui a pour objet, soit la délectation, soit un autre bien que l'homme recherche, peut être contenté par la possession des autres êtres; mais il n'y a de satisfaction possible pour ce désir dont

---

ignorantiam seu nescientiam pellendi. Substantiæ autem separatæ, sicut jam dictum est [c. 49], cognoscunt, prædicto cognitionis modo, substantiam Dei esse supra se et supra omne id quod ab eis intelligitur; et per consequens, sciunt divinam substantiam sibi esse ignotam. Tendit igitur naturale ipsorum desiderium ad intelligendam divinam substantiam.

6° Item, Quanto aliquid est fini propinquius, ex majori desiderio tendit ad finem; unde videmus quod motus naturalis corporum in fine intenditur. Intellectus autem substantiarum separatarum propinquiores sunt divinæ cognitioni quam noster intellectus. Intensius igitur desiderant Dei cognitionem quam nos. Nos autem, quantumcumque sciamus Deum esse et alia quæ supra dicta sunt, non quiescimus desiderio, sed adhuc desideramus Deum per essentiam suam cognoscere. Multo igitur magis substantiæ separatæ hoc naturaliter desiderant. Non igitur in cognitione Dei prædicta eorum desiderium quietatur.

Ex quibus concluditur quod ultima felicitas substantiæ separatæ non est in illa cognitione Dei qua Deum cognoscunt per suas substantias, quum adhuc earum desiderium ducat eas usque ad Dei substantiam. In quo etiam satis apparet quod in nullo alio quærenda est ultima felicitas quam in operatione intellectus, quum nullum desiderium tam in sublime feratur sicut desiderium intelligendæ veritatis; omnia namque desideria

nous parlons que dans le premier des êtres, sur qui tout repose et qui a tout créé.

La Sagesse dit donc avec raison d'elle-même : *J'habite dans les plus grandes hauteurs, et mon trône est dans une colonne de nuée* [*Eccl.*, XXIV, 7]; et encore : *La Sagesse appelle ses suivantes près de la citadelle* (2).

Que ceux-là restent donc confondus qui cherchent dans les choses les plus viles le bonheur de l'homme situé dans une région si élevée.

CHAPITRE LI.

Comment on voit Dieu par son essence.

Puisqu'il répugne qu'un désir naturel reste stérile, comme le désir naturel commun à tous les esprits serait vain s'il était impossible d'arriver à connaître la substance divine, nous sommes forcés d'admettre que les substances intellectuelles séparées, et aussi nos âmes, peuvent voir la substance de Dieu par leur intelligence. Nous avons, en effet, démontré [ch. 49] qu'on ne saurait voir la substance divine par l'intelligence dans aucune espèce créée. Il s'ensuit donc, si l'on

(2) *Sapientia..... misit ancillas suas ut vocarent ad arcem* (*Prov.* IX, 3). — Toutes les intelligences sont appelées à la connaissance de la sagesse, qui est leur véritable nourriture : *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis* (ibid., 5). Mais la sagesse substantielle, qui est Dieu, se tient dans une sorte de forteresse inexpugnable, que nul ne saurait pénétrer, quelles que soient ses lumières. Elle nous convoque autour des murailles où elle se renferme, afin de ne se manifester qu'autant qu'il convient à chacun des êtres; mais elle ne permet à aucun esprit d'entrer dans le mystère de son essence.

---

nostra, vel delectationis vel cujuscumque alterius quod ab homine desideratur, in aliis rebus quiescere possunt; desiderium autem prædictum non quiescit, nisi ad summum rerum cardinem et factorem pervenerit.

Propter quod convenienter Sapientia dicit : *Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis* (*Eccli.*, XXIV, 7), et dicitur quod *Sapientia ancillas suas vocat ad arcem* (*Proverb.*, IX, 3).

Erubescant igitur qui felicitatem hominis, tam altissime sitam, in infimis rebus quærunt.

CAPUT LI.

Quomodo Deus per essentiam videatur.

Quum autem impossibile sit naturale desiderium esse inane (quod quidem esset, si non esset possibile pervenire ad divinam substantiam intelligendam, quod naturaliter omnes mentes desiderant), necesse est dicere quod possibile est substantiam Dei videri per intellectum, et a substantiis intellectualibus separatis et animabus nostris. Modus autem hujus visionis satis jam ex dictis qualis esse debeat apparet. Ostensum

voit réellement l'essence de Dieu, que l'intelligence l'aperçoit dans l'essence divine elle-même, en sorte que cette essence est à la fois l'objet et le moyen de la vision. Mais parce que l'intelligence ne connaît une substance qu'autant qu'elle en vient à l'acte relativement à une espèce dont elle reçoit en quelque manière sa forme, espèce qui est la ressemblance de la chose connue, il paraîtra peut-être impossible qu'une intelligence créée voie la substance de Dieu au moyen de l'essence divine, comme par une espèce intelligible, puisque l'essence divine subsiste par elle-même et que Dieu ne peut devenir la forme d'aucun être [liv. I, ch. 27].

Pour bien comprendre cette vérité, il faut observer qu'une substance qui subsiste par elle-même est ou une forme pure, ou bien un être composé d'une matière et d'une forme. L'être composé d'une matière et d'une forme ne peut devenir la forme d'un autre, parce que la forme est tellement restreinte en lui à une matière déterminée qu'elle ne peut s'appliquer à une autre chose. Quant à l'être qui subsiste comme étant seulement une forme, il peut devenir la forme d'un autre, à la condition, toutefois, que son *être* soit tel qu'il puisse se communiquer à un autre par participation, comme celui de l'âme humaine [liv. II, ch. 68]. Dans le cas où son *être* ne peut se communiquer ainsi, il est incapable de devenir la forme d'aucune chose ; car il est circonscrit en lui-même par son *être*, de même que les choses matérielles le sont par la matière. Nous devons appliquer à l'*être* intelligible ce que nous venons de remarquer dans l'*être* substantiel ou na-

---

enim est supra (c. 49) quod divina substantia non potest videri per intellectum in aliqua specie creata; unde oportet, si Dei essentia videatur, quod per ipsammet essentiam divinam intellectus ipsam videat, ut sic, in tali visione, divina essentia sit et quod videtur et quo videtur. Quum autem intellectus substantiam aliquam intelligere non possit, nisi fiat actu secundum aliquam speciem informantem ipsum, quæ sit similitudo rei intellectæ, impossibile potest alicui videri quod per essentiam divinam intellectus creatus possit videre ipsam divinam substantiam, quasi per quamdam speciem intelligibilem, quum divina essentia sit quoddam per seipsum subsistens et ostensum sit (l. I, c. 27) quod Deus nullius potest esse forma.

Ad hujusmodi igitur intelligentiam veritatis, considerandum est quod substantia quæ est per seipsam subsistens, est vel forma tantum vel compositum ex materia et forma. Illud igitur quod est ex materia et forma compositum non potest alteri esse forma, quia forma in eo jam est contracta ad illam materiam ut alterius rei forma esse non possit. Illud autem quod sic est subsistens ut solum tamen sit forma potest alteri esse forma, dummodo esse suum sit tale quod ab aliquo alio participari possit, sicut ostendimus (l. II, c. 68) de anima humana. Si vero esse suum ab altero participari non possit, nullius rei forma esse potest; sic enim per suum esse determinatur in seipso, sicut quæ sunt materialia per materiam. Hoc autem, sicut in esse substantiali vel naturali invenitur, sic et in esse intelligibili considerandum est; quum enim intellectus perfectio sit verum, illud intelligibile erit ut forma tantum in genere

turel. Si le vrai perfectionne l'intelligence, l'être intelligible qui est la vérité même, c'est-à-dire Dieu seul, sera une forme pure dans le genre des intelligibles; car, puisque le vrai est la conséquence de l'*être*, celui-là seulement est sa propre vérité, qui est son *être* propre; ce qui ne convient qu'à Dieu [liv. II, ch. 15]. Les autres êtres intelligibles subsistants ne sont pas dans le genre des intelligibles à l'état de forme pure, mais comme ayant une forme reçue dans un sujet; car chacun d'eux est vrai, mais il n'est pas la vérité, de même qu'il est un être, mais non l'*être* même. L'essence divine peut donc évidemment devenir, pour une intelligence créée, comme l'espèce intelligible par laquelle elle connaît, et l'essence d'aucune autre substance séparée ne possède cette faculté.

Cependant l'essence divine ne peut devenir la forme d'une autre chose, quant à l'*être* naturel; car, s'il en était ainsi, son union avec le sujet constituerait une nature unique; ce qu'on doit rejeter, parce que l'essence divine, parfaite en elle-même, a une nature qui lui est propre; d'ailleurs, l'espèce intelligible en s'unissant à l'intelligence ne constitue aucune nature, mais elle lui donne simplement le degré de perfection nécessaire pour connaître, et il n'y a en cela rien qui répugne à la perfection de l'essence divine.

La Sainte-Écriture nous promet que nous jouirons de cette vision immédiate de Dieu. *Nous voyons maintenant dans un miroir et en énigme,* dit saint Paul, *mais alors nous verrons face à face* [*I Cor.*, XIII, 12]. Il ne peut être question ici du corps, et nous ne devons pas nous représenter la divinité avec un visage corporel, puisque Dieu n'a point de corps [liv. I, ch. 20]. Il ne nous sera pas possible non plus de voir

---

intelligibilium quod est veritas ipsa, quod convenit soli Deo; nam, quum verum sequatur ad esse, illud tantum sua veritas est quod est suum esse; quod est proprium soli Deo, ut ostensum est (l. II, c. 15). Alia igitur intelligibilia subsistentia non sunt ut pura forma in genere intelligibilium, sed ut formam in subjecto aliquo habentes; est enim unumquodque eorum verum, non veritas, sicut et est ens, non autem ipsum esse. Manifestum est igitur quod essentia divina potest comparari ad intellectum creatum ut species intelligibilis qua intelligit; quod non contingit de essentia alicujus alterius substantiæ separatæ.

Nec tamen potest esse forma alterius rei secundum esse naturale; sequeretur enim quod simul cum aliquo unita constitueret unam naturam; quod esse non potest, quum essentia divina in se perfecta sit in sui natura; species autem intelligibilis unita intellectui non constituit aliquam naturam, sed perficit ipsum ad intelligendum; quod perfectioni divinæ essentiæ non repugnat.

Hæc igitur visio immediata Dei repromittitur nobis in Scriptura: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* (I *Cor.*, XIII, 12); quod corporali modo nefas est intelligere, ut in ipsa Divinitate corporalem faciem imaginemur, quum ostensum sit (l. I, c. 20) Deum incorporeum esse, neque etiam sit possibile ut nostra corporali facie Deum videamus, quum visus corporalis, qui in facie nostra residet,

Dieu avec le visage de notre corps, puisque le sens corporel de la vue qui réside dans le visage n'a pas d'autres objets que les corps. Nous verrons donc Dieu face à face, en ce sens que cette vision sera immédiate, comme lorsque nous voyons un homme en face de nous. Or c'est surtout cette vision qui nous assimile à Dieu et nous rend participants de son bonheur; car Dieu lui-même connaît sa substance par sa propre essence, et en cela consiste la félicité. Aussi nous lisons encore dans les livres saints : *Lorsqu'il nous apparaîtra nous serons semblables à lui et nous le verrons tel qu'il est* [I Joan., III, 2]; et Jésus-Christ nous dit : *Je prépare votre règne comme mon Père a préparé le mien, afin que vous mangiez et que vous buviez à ma table dans mon royaume* [Luc, XXII, 29 et 30]; ce qu'on ne peut entendre de la nourriture et du breuvage qui conviennent au corps, mais de ceux que l'on prend à la table de la Sagesse et dont elle nous parle en ces termes : *Mangez de mon pain et buvez le vin que j'ai mélangé pour vous* [*Prov.* IX, 5]. Ceux-là donc mangent et boivent à la table de Dieu, qui jouissent du même bonheur dont il est heureux, en le voyant comme il se voit lui-même.

CHAPITRE LII.

Aucune substance créée ne peut parvenir par sa vertu naturelle à voir Dieu dans son essence.

Il est impossible qu'une substance créée s'élève par sa propre vertu à la vision divine telle que nous la concevons. En effet :

1° Une nature inférieure ne peut obtenir que par l'action d'une na-

---

nonnisi rerum corporalium esse possit. Sic igitur facie Deum videbimus quia immediate eum videbimus, sicut hominem quem facie ad faciem videmus. Secundum autem hanc visionem maxime Deo assimilamur et ejus beatitudinis participes sumus; nam ipse Deus per suam essentiam suam substantiam intelligit, et hæc est felicitas; unde dicitur : *Quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* (I *Joan.*, III, 2); et Dominus dicit : *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo* (*Luc.*, XXII, 29 et 30). Quod quidem de corporali cibo vel potu non potest intelligi, sed de eo qui in mensa sapientiæ sumitur, de quo a Sapientia dicitur : *Comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis* (*Prov.*, IX, 5). Super mensam ergo Dei manducant et bibunt, quia eadem felicitate fruuntur qua Deus felix est, videntes eum illo modo quo ipse videt seipsum.

ture supérieure ce qui est propre à cette dernière : ainsi, l'eau ne saurait s'échauffer sans l'action du feu. Or, voir Dieu par sa propre essence est l'attribut exclusif de la nature divine, et le propre de chaque agent est d'agir conformément à sa forme spéciale. Donc nulle substance intellectuelle ne peut voir Dieu par l'essence divine, si Dieu lui-même ne produit cette vision.

2° La forme d'un être ne devient la forme propre d'un autre que par l'action du premier; car l'agent produit son semblable en tant qu'il communique sa forme. Or, il est impossible de voir la substance de Dieu, si l'essence divine elle-même ne devient pas la forme au moyen de laquelle l'intelligence connaît [ch. 51]. Donc une substance créée ne saurait parvenir à cette vision autrement que par une action divine.

3° Si deux choses, dont l'une est formelle et l'autre matérielle, doivent s'unir ensemble, cette union s'effectuera nécessairement par l'action du principe formel, et non par l'action du principe matériel; car la forme est un principe actif et la matière est un principe passif. Or, il est indispensable, pour qu'une intelligence créée voie la substance de Dieu, que l'essence divine elle-même s'unisse à l'intelligence comme une forme intelligible [ch. 51]. Donc nulle intelligence créée ne peut s'élever à cette vision sans une action divine.

4° L'être qui existe par lui-même est la cause de celui qui existe par un autre. Or, l'intelligence de Dieu voit par elle-même l'essence

---

CAPUT LII.

Quod nulla creata substantia potest sua naturali virtute pervenire ad videndum Deum per essentiam.

Non est autem possibile quod ad istum visionis divinæ modum aliqua creata substantia ex virtute propria possit attingere.

1° Quod enim est superioris naturæ proprium non potest consequi natura inferior, nisi per actionem superioris naturæ cujus est proprium, sicut aqua non potest esse calida nisi per actionem ignis. Videre autem Deum per ipsam divinam essentiam est proprium naturæ divinæ; operari autem secundum propriam formam est proprium cujuslibet operantis. Nulla igitur intellectualis substantia potest videre Deum per ipsam divinam essentiam, nisi Deo hoc faciente.

2° Amplius, Forma alicujus propria non fit altèrius, nisi eo agente; agens enim facit sibi simile, in quantum formam suam alteri communicat. Videre autem substantiam Dei impossibile est nisi ipsa divina essentia sit forma intellectus quo intelligit, ut probatum est (c. 51). Impossibile est igitur quod aliqua substantia creata ad illam visionem perveniat nisi per actionem divinam.

3° Adhuc, Si aliqua duo debeant ad invicem copulari, quorum unum sit formale et aliud materiale, oportet quod copulatio eorum copuletur per actionem quæ est ex parte ejus quod est formale, non autem per actionem ejus quod est materiale; forma enim est principium agendi, materia vero principium patiendi. Ad hoc autem quod intellectus creatus videat Dei substantiam, oportet quod ipsa divina essentia copuletur intellectui ut forma intelligibilis, sicut probatum est (c. 51). Non est igitur possibile ad hanc visionem perveniri ab aliquo intellectu creato, nisi per actionem divinam.

divine, puisque l'intelligence divine est l'essence même de Dieu dans laquelle on aperçoit sa substance [liv. I, ch. 45]. D'un autre côté, l'intelligence créée voit la substance de Dieu dans son essence, comme dans un milieu qui est distinct d'elle-même. Donc une intelligence créée est incapable de cette vision indépendamment de l'action de Dieu.

5° Aucune nature ne devient susceptible d'une chose qui excède sa capacité qu'en vertu d'une action étrangère : l'eau, par exemple, ne s'élève pas en haut si elle n'est pas soumise à une force motrice extrinsèque. Or, la vision de la substance de Dieu excède la capacité de toute nature créée ; car le propre d'une nature intellectuelle créée, c'est que sa connaissance soit proportionnée au mode de sa substance ; et la nature divine ne saurait être ainsi connue [ch. 49]. Donc nulle intelligence créée ne peut arriver à voir la substance divine, si ce n'est par l'action de Dieu qui surpasse en excellence toute créature.

C'est pourquoi l'Apôtre nous enseigne que *la vie éternelle est une grâce de Dieu* [*Rom.*, VI, 23]. Nous avons prouvé, en effet, que le bonheur de l'homme consiste dans la vision divine [ch. 37], que nous appelons la vie éternelle. C'est la grâce de Dieu qui nous y conduit et nous y fait parvenir, parce qu'une telle vision dépasse les facultés [naturelles] de toutes les créatures, et il est impossible d'y arriver si Dieu ne nous en fait le don. Or, nous considérons comme une grâce tout ce que Dieu accorde ainsi à ses créatures, selon ce qu'il nous dit dans l'Évangile : *Je me manifesterai moi-même à lui* [Joan., XIV, 21].

4° Item, Quod est per se est causa ejus quod est per aliud. Intellectus autem divinus per seipsum divinam essentiam videt ; nam intellectus divinus est ipsa essentia divina, qua Dei substantia videtur, ut probatum est (l. I, c. 45). Intellectus autem creatus videt divinam substantiam per essentiam Dei quasi per aliud a se. Hæc igitur visio non potest advenire intellectui creato, nisi per actionem Dei.

5° Præterea, Quidquid excedit limites alicujus naturæ non potest sibi advenire nisi per actionem alterius, sicut aqua non tendit sursum nisi ab aliquo alio mota. Videre autem Dei substantiam transcendit limites omnis naturæ creatæ ; nam cuilibet naturæ intellectuali creatæ proprium est ut intelligat secundum modum suæ substantiæ ; substantia autem divina non potest sic intelligi, ut supra ostensum est (c. 49). Impossibile est igitur perveniri ab aliquo intellectu creato ad visionem divinæ substantiæ, nisi per actionem Dei, qui omnem creaturam transcendit.

Hinc est quod dicitur : *Gratia Dei vita æterna* (*Rom.*, VI, 23). In ipsa enim divina visione ostendimus esse hominis beatitudinem (c. 37), quæ vita æterna dicitur ; ad quam sola Dei gratia ducimur et dicimur pervenire, quia talis visio omnem creaturæ facultatem excedit, nec est possibile ad eam pervenire nisi divino munere ; quæ autem sic adveniunt creaturæ Dei gratiæ deputantur. Et dicitur : *Ego manifestabo ei meipsum* (Joan., XIV, 21).

CHAPITRE LIII.

Toute intelligence créée a besoin, pour voir Dieu dans son essence, de l'influence de la lumière divine.

Ce n'est qu'en vertu d'une certaine influence de la bonté divine qu'une intelligence créée peut s'élever à cette vision si noble. En effet :

1° Une chose qui est la forme propre d'un être ne peut devenir la forme d'un autre être, à moins que ce dernier ne participe, sous quelque rapport, à la ressemblance de l'être auquel la forme appartient en propre : la lumière ne devient jamais l'acte d'un corps sans que ce corps participe, dans un certain degré, à la diaphanéité. Or, l'essence divine est la propre forme intelligible proportionnée à l'intelligence de Dieu ; car en lui ces trois choses, le sujet, le moyen et l'objet de la connaissance, sont une seule et même chose [liv. I, ch. 44-48]. Donc l'essence même de Dieu ne peut devenir la forme intelligible d'une intelligence créée qu'autant que cette intelligence reçoit en quelque manière la ressemblance divine. Donc cette participation à la ressemblance divine est nécessairement requise pour voir la substance de Dieu.

2° Aucun être n'est susceptible d'une forme plus noble, s'il n'en devient capable en vertu d'une certaine disposition; car l'acte propre se réalise dans la propre puissance correspondante. Or, l'essence divine est une forme trop élevée pour toute intelligence créée. Donc,

---

CAPUT LIII.

Quod intellectus creatus aliqua influentia luminis indiget ad hoc ut Deum per essentiam videat.

Oportet autem quod ad tam nobilem visionem intellectus creatus per aliquam divinæ bonitatis influentiam elevetur.

1° Impossibile enim est quod id quod est forma alicujus rei propria, fiat alterius rei forma, nisi res illa participet aliquam similitudinem illius cujus est forma propria, sicut lux non fit actus alicujus corporis nisi aliquid participet de diaphano. Essentia autem divina est propria forma intelligibilis intellectus divini et ei proportionata ; nam hæc tria in Deo sunt unum, intellectus, quo intelligitur, et quod intelligitur [liv. I, c. 44-48]. Impossibile est igitur quod ipsa essentia Dei fiat intelligibilis forma alicujus intellectus creati, nisi per hoc quod aliquam divinam similitudinem intellectus creatus participet. Hæc igitur divinæ similitudinis participatio necessaria est ad hoc quod Dei substantia videatur.

2° Adhuc, Nihil est susceptivum formæ sublimioris nisi per aliquam dispositionem ad illius capacitatem elevetur; proprius enim actus in propria potentia fit. Essentia autem divina est forma altior omni intellectu creato. Ad hoc igitur quod essentia

pour que l'essence divine devienne l'espèce intelligible d'une intelligence créée, et c'est là une condition indispensable à la vision de la substance divine, il faut nécessairement qu'une disposition supérieure élève à ce point cette intelligence créée.

3° Lorsque deux choses sont tout d'abord séparées et ensuite unies, leur union est le résultat d'un changement survenu dans toutes les deux ou seulement dans l'une d'elles. — Dans le cas où une intelligence créée commencerait à voir pour la première fois la substance de Dieu, d'après les principes que nous venons de poser, il faut que l'essence divine commence à s'unir à elle en qualité d'espèce intelligible. Or, l'essence divine est absolument immuable [liv. I, c. 13]. Donc cette union commence par un changement produit dans l'intelligence créée; et ce changement ne peut consister que dans une disposition nouvelle survenue dans cette intelligence. — La conclusion reste la même, si nous supposons qu'une intelligence créée jouit de cette vision dès le premier instant de sa création; car si toute nature créée est incapable d'arriver par elle-même à cet état [ch. 52], nous concevons très bien qu'une intelligence créée se trouve constituée dans l'espèce à laquelle appartient sa nature, sans voir la substance de Dieu. C'est pourquoi, soit qu'elle voie Dieu dès le premier moment de son existence, soit qu'elle commence plus tard à le voir, dans les deux hypothèses il s'ajoute quelque chose à sa nature.

4° Un agent ne peut réaliser une opération plus élevée, si sa vertu active ne prend pas de l'accroissement. Or, une vertu active s'accroît de deux manières. D'abord si la vertu elle-même devient simplement plus intense; ainsi la vertu active du sujet de la chaleur augmente

---

divina fiat intelligibilis species alicujus intellectus creati (quod requiritur ad hoc quod divina substantia videatur), necesse est quod intellectus creatus aliqua dispositione sublimiori ad hoc elevetur.

3° Amplius, Si aliqua duo prius fuerint non unita et postmodum uniantur, oportet quod hoc fiat per mutationem utriusque vel alterius tantum. — Si autem ponatur quod intellectus aliquis creatus de novo incipiat Dei substantiam videre, oportet, secundum præmissa, quod divina essentia copuletur ei de novo ut intelligibilis species. Impossibile est autem quod divina essentia moveatur, sicut supra ostensum est (l. I, c. 13). Oportet igitur quod talis unio incipiat esse per mutationem intellectus creati; quæquidem mutatio aliter esse non potest, nisi per hoc quod intellectus creatus aliquam dispositionem de novo acquirat. — Idem autem sequitur, si detur quod, a principio suæ creationis, tali visione aliquis intellectus creatus potiatur. Nam, si talis visio facultatem naturæ creatæ excedit, ut probatum est (c. 52), potest intelligi aliquis intellectus creatus in specie suæ naturæ consistere absque hoc quod Dei substantiam videat; unde, sive a principio sive postmodum Deum videre incipiat, oportet ejus naturæ aliquid superaddi.

4° Item, Nihil potest ad altiorem operationem elevari, nisi per hoc quod ejus virtus fortificatur. Contingit autem dupliciter alicujus virtutem fortificari : Uno modo, per



avec l'intensité du calorique, en sorte que ce sujet devient capable d'une action plus énergique dans la même espèce. Cet accroissement résulte, en second lieu, de l'adjonction d'une forme nouvelle : la vertu d'un corps diaphane augmente jusqu'à ce qu'il puisse éclairer, parce que la forme de la lumière qu'il reçoit en lui, après en avoir été privé, le rend actuellement lumineux ; et la vertu active ne peut produire une opération d'une autre espèce sans s'accroître de cette seconde manière. Or, nous avons vu [ch. 52] que la vertu naturelle d'une intelligence créée ne lui suffit pas pour voir la substance divine. Donc la vision divine exige l'accroissement de cette vertu. Or, il ne suffit pas, pour ce résultat, que l'intensité naturelle de la vertu augmente, parce que la vision divine n'est pas du même ordre que la vision naturelle à une intelligence créée, et l'on en peut juger par la distance qui sépare les objets. Donc la vertu intellectuelle doit s'accroître, en ce sens qu'elle entrera dans une disposition nouvelle.

Parce que nous arrivons à connaître les choses intelligibles par les objets sensibles, nous transportons à la connaissance intelligible les termes qui désignent la connaissance sensible, principalement en ce qui concerne la vue, qui est de tous les sens le plus noble et le plus spirituel, et, par là même, ressemble davantage à l'intelligence. C'est pour cette raison que nous donnons le nom de vision à la connaissance intellectuelle, et comme la lumière est le principe nécessaire qui perfectionne la vision corporelle, nous appelons également lumière tout ce qui est requis pour la perfection de la vision intellectuelle. Aristote fait de même, lorsqu'il assimile l'intellect actif à la lumière¹, parce que, sous quelque rapport, cet intellect rend actuels

---

simplicem ipsius virtutis intensionem, sicut virtus activa calidi augetur per intensionem caloris, ut possit efficere vehementiorem actionem in eadem specie ; alio modo, per novæ formæ appositionem, sicut diaphani virtus augetur ad hoc ut possit illuminare, per hoc quod fit lucidum actu per formam lucis receptam in ipso de novo ; et hoc quidem virtutis augmentum requiritur ad alterius speciei operationem consequendam. Virtus autem intellectus creati naturalis non sufficit ad divinam substantiam videndam, ut ex prædictis (c. 52) patet. Ergo oportet quod augeatur ei virtus ad hoc quod ad talem visionem perveniat. Non sufficit autem augmentum per intensionem naturalem virtutis, quia talis visio non est ejusdem rationis cum visione naturali intellectus creati ; quod ex distantia visorum patet. Oportet igitur quod fiat augmentum virtutis intellectivæ per alicujus novæ dispositionis adeptionem.

Quia vero in cognitionem intelligibilium ex sensibilibus pervenimus, etiam sensibilis cognitionis nomina ad intelligibilem cognitionem transsumimus, et præcipue quæ pertinent ad visum, qui inter cæteros sensus nobilior est et spiritualior ac per hoc intellectui affinior, et inde est quod ipsa intellectualis cognitio nominatur visio ; et, quia corporalis visio non completur nisi per lucem, ea a quibus intellectualis visio perficitur lucis nomen assumunt ; unde et Aristoteles (*De anima*, III, c. 5) intellectum

les êtres intelligibles, comme la lumière rend les objets actuellement visibles (1). Donc on s'exprime avec exactitude en désignant sous le nom de lumière de la gloire cette disposition en vertu de laquelle une intelligence créée s'élève jusqu'à la vision intellectuelle de la substance divine, non parce qu'elle donne l'acte à l'objet intelligible, comme le fait la lumière de l'intellect actif, mais parce qu'elle donne la connaissance actuelle à l'intellect passif.

C'est de cette lumière qu'il est dit: *Dans votre lumière nous verrons la lumière* [*Ps.* XXXV, 10]; ce qui s'entend de la substance divine. — *Il ne faut à la cité* des bienheureux *ni le soleil, ni la lune; car la lumière de Dieu l'éclaire* [*Apoc.*, XXI, 23]. — *Vous n'aurez plus le soleil pour luire pendant le jour, et la lune ne vous éclairera plus de ses rayons; mais le Seigneur sera votre lumière pendant l'éternité et votre Dieu sera votre gloire* [Isaïe, LX, 19]. Parce que pour Dieu être et connaître sont une même chose et qu'il est cause de la connaissance de toute intelligence, l'Écriture appelle Dieu une lumière : *Il était la vraie lumière qui éclaire tout homme venant en ce monde* [Joan., I, 9]. — *Dieu est lumière* [I Joan., I, 5]. — *Il est environné de lumière comme d'un vêtement* [*Ps.* CIII, 2]. C'est encore pour la même raison qu'elle nous représente Dieu, aussi bien que les anges, sous la figure du feu, à cause de la clarté qu'il répand.

(1) Voyez la note 2 du ch. 80, p. 192.

---

agentem luci assimilat., ex eo quod intellectus agens facit intelligibilia in actu, sicut lux quodammodo facit visibilia in actu. Illa igitur dispositio qua intellectus creatus ad intellectualem divinæ substantiæ visionem extollitur congrue lux gloriæ dicitur, non propter hoc quod faciat intelligibile in actu, sicut lux intellectus agentis, sed per hoc quod facit intellectum patientem actu intelligere.

Hoc autem est lumen de quo dicitur : *In lumine tuo videbimus lumen* (*Psal.* XXXV, 10), scilicet divinæ substantiæ; et dicitur : *Civitas*, scilicet beatorum, *non eget sole neque luna; nam claritas Dei illuminavit illam* (*Apoc.*, XXI, 23); et dicitur : *Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lunæ illuminabit te ; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam* (Isai., LX, 19). Inde est etiam, quia Deo est idem esse quod intelligere et est omnibus causa intelligendi, quod dicitur esse lux : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (Joan., I, 9) : et : *Deus lux est* (I Joan., I, 5); et : *Amictus lumine sicut vestimento* (*Psal.* CIII, 2); et propter hoc etiam tam Deus quam Angeli, in sacra Scriptura, in figuris ignis describuntur, propter ignis claritatem.

CHAPITRE LIV.

Objections contre la démonstration précédente. Réponse.

On pourra nous adresser les objections suivantes :

1° Quelque lumière que l'on suppose, jamais elle ne mettra le sens corporel de la vue en état de voir les choses qui dépassent sa faculté naturelle, car l'œil ne peut voir que les objets colorés. Or, la substance divine excède beaucoup plus la capacité de toute intelligence créée que l'intelligence n'excède la capacité de ce sens. Donc une intelligence créée ne peut arriver par aucune lumière nouvelle au point de voir la substance divine.

2° La lumière que reçoit en elle l'intelligence créée est elle-même créée. Donc elle est à une distance infinie de Dieu. Donc cette lumière ne saurait élever une intelligence créée jusqu'à la vision de l'essence divine.

3° Si cette lumière créée avait la vertu de produire un tel effet parce qu'elle est la ressemblance de la substance divine, comme toute substance intellectuelle, par cela seul qu'elle est intellectuelle, porte cette ressemblance, toute substance intellectuelle sera capable, en raison même de sa nature, de s'élever à la vision divine.

4° Si cette lumière est créée, puisque rien ne s'oppose à ce qu'une chose créée soit naturelle à une créature, on peut admettre l'existence d'une intelligence créée qui voit la substance divine en vertu d'une lumière naturelle, et le contraire a été démontré [ch. 52].

CAPUT LIV.

Rationes contra prædictam determinationem, et earum solutiones.

Objiciet autem aliquis contra prædicta.

1° Nullum enim lumen adveniens visui potest visum elevare ad videndum ea quæ naturalem facultatem visus corporalis excedunt; non enim potest visus videre nisi colorata. Divina autem substantia excedit omnem intellectus creati capacitatem magis quam intellectus excedat capacitatem sensus. Nullo igitur lumine superveniente, intellectus creatus elevari poterit ad divinam substantiam videndam.

2° Præterea, Lumen illud quod in intellectu creato recipitur creatum aliquid est. Ipsum ergo in infinitum a Deo distat. Non sic igitur per hujusmodi lumen intellectus creatus ad divinæ essentiæ visionem elevari potest.

3° Item, Si hoc quidem potest facere lumen prædictum, propter hoc quod est divinæ substantiæ similitudo, quum omnis intellectualis substantia, ex hoc ipso quod intellectualis est, divinam similitudinem gerat, ipsa natura cujuslibet intellectualis substantiæ ad visionem divinam sufficiet.

4° Adhuc, Si lumen illud creatum est, nihil autem prohibet [id] quod est creatum alicui rei creatæ connaturale esse, poterit

(2) Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. Id autem est bonum quo quis adepto, nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum, cunctaque intra se bona continens, cui si quid abforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum..... Non est aliud quod æque perficere beatitudinem possit, quam copiosus bonorum omnium status (*Consolat. philos.*, l. III, prosa 2).

(3) Voyez la note 5 du ch. 44, p. 475.

---

nem sui desiderant, secundum quod possibile est; per cujus immoderantiam homines timidi redduntur et nimis a laboribus sibi parcentes; quodquidem desiderium tunc omnino complebitur quando beati perfectam sempiternitatem consequentur, ab omni nocumento securi, secundum illud : *Non esurient neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol* (*Isai.*, XLIX, 10; *Apoc.*, VII, 16).

Sic igitur patet quod per divinam visionem consequuntur substantiæ intellectuales veram felicitatem, in qua omnino desiderium quietatur; in quo est plena sufficientia omnium bonorum, quæ, secundum Aristotelem (Ethic., X, c. 7), ad felicitatem requiritur; unde et Boetius dicit (*Consol. philos.*, l. III, pros. 2) quod beatitudo est « status omnium bonorum congrega- « tione perfectus. » Hujus autem perfectæ et ultimæ felicitatis in hac vita nihil est adeo simile sicut vita contemplantium veritatem, secundum quod est possibile in hac

met la vie contemplative au-dessus des autres; car le Seigneur a dit: *Marie a choisi la meilleure part*, savoir la contemplation de la vérité, *et elle ne lui sera point enlevée* [Luc, x, 42]. La contemplation de la vérité commence, en effet, dès cette vie; mais, dans la vie future, elle sera parfaite : la vie active et la vie politique, au contraire, ne s'étendent pas au-delà des bornes de la vie présente.

CHAPITRE LXIV.

Dieu gouverne l'univers par sa Providence.

D'après les principes que nous venons d'exposer, il est suffisammen prouvé que Dieu est la fin de tous les êtres. D'où l'on peut ultérieurement conclure qu'il gouverne et régit l'univers par sa Providence. En effet :

1° Quand plusieurs agents sont coordonnés en vue d'une fin spéciale, celui qui en est la cause principale doit disposer de tout ce qui s'y rapporte. Prenons pour exemple une armée. Tous les corps qui la composent, ainsi que leurs opérations, tendent, comme à leur fin dernière, au bien que recherche le général, savoir la victoire; et c'est pour cela que le commandement supérieur lui revient de droit. De

---

vita. Et ideo philosophi, qui de illa felicitate ultima plenam notitiam habere non potuerunt, in contemplatione quæ est possibilis in hac vita ultimam felicitatem hominis posuerunt (Ethic., x, c. 8). Propter hoc etiam inter alias vitas in Scriptura divina magis contemplativa commendatur, dicente Domino : *Maria optimam partem elegit*, scilicet contemplationem veritatis, *quæ non auferetur ab ea* (Luc., x, 42); incipit enim contemplatio veritatis in hac vita, sed in futura consummatur; activa vero et civilis vita hujus vitæ terminos non transcendunt.

CAPUT LXIV.

Quod Deus sua Providentia gubernat universa.

Ex his autem quæ præmissa sunt sufficienter habetur quod Deus rerum omnium est finis; ex quo haberi potest ulterius quod ipse sua Providentia gubernat et regit universa.

1° Quandocumque enim aliqua ordinantur ad aliquem finem, omnia dispositioni illius subjacent ad quem principaliter pertinet ille finis, sicut in exercitu apparet; omnes enim partes exercitus et earum opera ordinantur ad bonum ducis, quod est victoria, sicut in ultimum finem, et propter hoc ad ducem pertinet totum exercitum gubernare; similiter ars quæ est de fine imperat et dat leges arti quæ est de his quæ sunt ad finem, ut civilis militari, militaris equestri, et ars gubernatoria navifactivæ. Quum igitur omnia ordinentur ad bonitatem divinam sicut in finem, ut ostensum est (c. 17 et 18), oportet quod Deus, ad quem principaliter illa bonitas pertinet

même, la science qui s'occupe du but final est supérieure et donne des lois à la science qui se borne aux moyens : telle est la science de l'administration civile relativement à l'art militaire, celui-ci pour l'équitation, et l'art nautique comparé à l'art de construire les vaisseaux. Si donc tous les êtres ont pour fin la divine bonté [ch. 17 et 18], Dieu, à qui appartient principalement cette perfection, puisqu'il la possède, la connaît et l'aime substantiellement (1), doit régir tous les êtres.

2° Quiconque produit une chose pour une fin l'emploie en vue de cette fin. Or, nous avons démontré, d'un côté, que Dieu est la cause de tout ce qui a l'*être*, à quelque degré que ce soit [liv. II, ch. 15], et d'un autre côté, que Dieu fait tout pour une fin, qui est lui-même [liv. III, ch. 17]. Donc Dieu use de tous les êtres en les dirigeant vers leur fin. Or, c'est là ce qui s'appelle gouverner. Donc Dieu gouverne tout par sa Providence.

3° Nous avons prouvé [liv. I, ch. 13] que Dieu est le premier moteur immobile. Or, le mouvement imprimé par le premier moteur n'est pas moins énergique que celui que donnent les moteurs secondaires; mais il a une énergie plus grande, parce que sans lui ceux-ci restent dans l'inertie. Tout ce qui a le mouvement est mû pour une fin [ch. 2]. Donc Dieu, par son intelligence, conduit tous les êtres à leur fin; car il n'agit pas par nécessité de nature, mais il se détermine par un acte de son intelligence et de sa volonté [liv. II, ch. 23 et 24]. Or, la direction et le gouvernement de la Providence consistent à conduire avec intelligence des êtres à leur fin. Donc Dieu régit et gouverne par sa Providence tous les êtres qui se meuvent vers une fin,

(1) C'est-à-dire que la bonté de Dieu est l'essence de sa nature, de son intelligence et de sa volonté.

---

sicut substantialiter habita et intellecta et amata, sit gubernator omnium rerum.

2° Adhuc, Quicumque facit aliquid propter finem utitur illo ad finem. Ostensum est autem supra (l. II, c. 15) quod omnia quæ habent esse quocumque modo sunt effectus Dei, et (l. III, c. 17) quod Deus omnia facit propter finem, qui est ipse. Ipse igitur utitur omnibus, dirigendo ea in finem. Hoc autem est gubernare. Est igitur Deus per suam Providentiam omnium gubernator.

3° Amplius, Ostensum est (l. I, c. 13) quod Deus est primum movens non motum. Primum autem movens non minus movet quam secunda moventia, sed magis, quia sine eo non movent alia; omnia autem quæ moventur moventur propter finem, ut supra (c. 2) ostensum est. Movet igitur Deus omnia ad fines suos, et per intellectum; ostensum est enim supra (l. II, c. 23 et 24) quod non agit per necessitatem naturæ, sed per intellectum et voluntatem. Nihil autem [aliud] est regere et gubernare per Providentiam quam movere per intellectum aliqua ad finem. Deus igitur per suam Providentiam gubernat et regit omnia quæ moventur in finem, sive moveantur corporaliter, sive spiritualiter, sicut desiderans dicitur moveri a desiderato.

que ce mouvement soit corporel ou spirituel ; car on dit que l'objet du désir conduit le sujet qui éprouve ce désir.

4° Les mouvements et les opérations des corps qui sont dans la nature tendent à une fin, bien qu'ils l'ignorent [ch. 2 et 3] : nous le concluons de ce que toujours, ou du moins le plus souvent, il en résulte ce qui leur convient davantage, et de ce que ce résultat serait le même s'il était la conséquence d'un dessein préconçu. Or, il est impossible que des êtres qui ignorent leur fin tendent à cette fin et l'atteignent en suivant un ordre, s'ils ne sont mus par un principe qui la connaît, comme l'archer dirige la flèche vers son but. Il faut donc que toute opération naturelle soit ordonnée par une intelligence, et médiatement ou immédiatement cet ordre vient de Dieu ; car tout art et toute science d'un degré inférieur tire ses principes de plus haut, ainsi qu'on le voit dans les sciences spéculatives et pratiques. Donc Dieu gouverne le monde par sa Providence.

5° Des êtres distincts par leur nature ne s'harmonisent dans un ordre commun que dans le cas où un seul ordonnateur les réunit ensemble. Or, l'univers se compose d'êtres distincts et doués de natures opposées, qui, cependant, se réunissent dans un ordre commun ; car les uns subissent les opérations des autres, et il en est qui empruntent un secours étranger et ont eux-mêmes leurs opérations. Donc, nécessairement, une seule intelligence coordonne et gouverne l'univers.

6° On ne peut expliquer par une nécessité naturelle les phénomènes relatifs aux mouvements des corps célestes, puisque certains corps en ont plusieurs qui ne ressemblent nullement aux autres. Donc l'ordre de ces mouvements et, par conséquent, de tous les mouvements infé-

---

4° Item, Probatum est (c. 2 et 3) quod corpora naturalia moventur et operantur propter finem, licet finem non cognoscant, ex hoc quod semper vel frequentius accidit in eis quod melius est et non aliter fierent per artem. Impossibile est autem quod aliqua non cognoscentia finem operentur propter finem et ordinate perveniant in ipsum, nisi sint mota ab aliquo habente cognitionem finis, sicut sagitta dirigitur ad signum a sagittante. Oportet ergo quod tota operatio naturæ ab aliqua cognitione ordinetur ; et hoc quidem mediate vel immediate oportet reducere in Deum ; oportet enim quod omnis inferior ars et cognitio a superiori principia accipiat, sicut in scientiis operativis et speculativis apparet. Deus igitur sua Providentia mundum gubernat.

5° Adhuc, Ea quæ sunt secundum suam naturam distincta in unum ordinem non conveniunt nisi ab uno ordinante colligantur in unum. In universitate autem rerum sunt res distinctæ et contrarias naturas habentes, quæ tamen omnes in unum ordinem conveniunt, quum quædam operationes quorumdam excipiant, quædam autem a quibusdam juventur vel etiam operentur. Oportet igitur quod sit universorum unus ordinator et gubernator.

6° Amplius, Eorum quæ circa cœlestium corporum motus apparent ratio assignari non potest ex necessitate naturæ, quum quædam eorum habeant plures quibusdam et omnino difformes. Oportet igitur quod illorum motuum ordinatio sit ab aliqua providentia, et per consequens omnium in-

rieurs et des opérations qui en résultent, ne peut être réglé que par une action providentielle.

7° Plus une chose est près de la cause, et plus elle participe à son effet. Si donc certains êtres participent davantage à telle qualité, à mesure qu'ils s'approchent de tel objet, c'est une preuve que cet objet est la cause [originelle] de la qualité ainsi communiquée : par exemple, la chaleur d'un corps étant en raison inverse de sa distance du feu, il est clair que le feu est la cause de la chaleur. Or, on remarque que l'ordre des êtres est d'autant plus parfait qu'ils sont plus près de Dieu ; car on trouve souvent dans les corps inférieurs, qui s'éloignent davantage de Dieu par leur nature, des défectuosités qui dérogent aux lois naturelles, ainsi qu'on le voit dans les monstres et autres productions fortuites ; et cela n'arrive jamais dans les corps célestes, qui ne sont cependant pas immuables, à la différence des substances intellectuelles séparées. Il est évident que Dieu est la cause de l'ordre universel tout entier. Donc Dieu gouverne tout l'univers par sa Providence.

8° Nous avons montré [liv. II, ch. 23 et 24] que Dieu a donné l'existence à tous les êtres, non en vertu d'une nécessité de sa nature, mais par un acte de son intelligence et de sa volonté. Or, il ressort des principes précédemment posés [ch. 16-19] que l'intelligence et la volonté de Dieu ne peuvent avoir d'autre fin dernière que sa bonté, pour la communiquer. Le plus grand bien consiste, pour les créatures, dans l'ordre de l'univers, qui constitue la souveraine perfection selon le Philosophe (2), d'accord en cela avec la Sainte-Ecriture, qui dit : *Dieu*

(2) Perscrutandum etiam hoc est, quonam modo natura universi habeat ipsum bonum et ipsum optimum ; utrum separatum quiddam, et ipsum an per se, an ipso ordine, an

---

feriorum motuum et operationum quæ per illos motus disponuntur.

7° Item, Quanto aliquid propinquius est causæ, tanto plus participat de effectu ipsius ; unde, si aliquid tanto participatur perfectius ab aliquibus quanto alicui rei magis appropinquat, signum est quod illa res sit causa illius quod diversimode participatur ; sicut, si aliqua sint magis calida secundum quod magis appropinquant igni, signum est quod ignis sit causa caloris. Inveniuntur autem aliqua tanto perfectius ordinata esse quanto sunt Deo magis propinqua ; nam, in corporibus inferioribus, quæ sunt maxime a Deo distantia, naturæ similitudine, invenitur esse defectus aliquando ab eo quod est secundum cursum naturæ, sicut patet in monstruosis et aliis casualibus ; quod nunquam accidit in corporibus cœlestibus, quæ tamen sunt aliquo modo mutabilia ; quod non accidit in substantiis intellectualibus separatis. Manifestum est autem quod Deus est causa totius ordinis rerum. Est igitur Ipse per suam Providentiam gubernator totius universitatis rerum.

8° Adhuc, Sicut supra (l. II, c. 23 et 24) probatum est, Deus res omnes in esse produxit, non ex necessitate naturæ, sed per intellectum et voluntatem. Intellectus autem et voluntatis Ipsius non potest esse alius finis ultimus nisi bonitas ejus, ut scilicet eam rebus communicet, sicut ex præmissis (c. 16-19) apparet. Res autem participant divinam bonitatem per modum similitudinis, in quantum ipsæ sunt bonæ. Id autem quod est maxime bonum in rebus

considéra toutes ses œuvres, et elles étaient très bonnes (Gen., I, 31), après avoir dit simplement de chacune en particulier qu'*elle était bonne*. Dieu a donc eu en vue et voulu principalement le bien qui consiste dans l'ordre de ses créatures. Or, gouverner n'est autre chose qu'ordonner. Donc Dieu gouverne toutes choses par un acte de son intelligence et de sa volonté.

9° Tout agent ayant en vue une fin s'occupe de préférence du moyen qui est le plus près de la fin dernière, parce que ce moyen est la fin des autres. Or, la bonté divine est la fin dernière de la volonté de Dieu, et dans la création le bien qui s'en rapproche le plus, c'est celui de l'ordre universel, puisque tout bien particulier qui est dans tel ou tel être se rapporte à celui-là comme à sa fin, de même que ce qui est moins parfait à ce qui l'est davantage. D'où il suit que la partie existe pour le tout. Donc Dieu s'occupe, avant tout, de l'ordre général de la création. Donc il règle cet ordre.

10° Tout être créé atteint sa perfection par son opération propre; car la fin dernière ou la perfection d'une chose ne peut être que son opération même, ou bien le terme ou l'effet de cette opération. Quant à la forme sous laquelle une chose existe, elle en est la perfection première, ainsi que le prouve le Philosophe (3). Or, l'ordre des créa-

utroque modo, quemadmodum exercitus; etenim bene esse ejus in ordine, et dux ipse est, ac magis ipse; non enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est. Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, verum non similiter et natantia, et volatilia, et plantæ; nec ita se habent ut sit ullum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam; ad unum namque coordinata sunt omnia (Arist. *Metaphys.*, XII, c. 10).

(3) Dicimus genus unum quoddam eorum quæ sunt ipsam substantiam esse; atque hujus aliud ut materiam, quod quidem per se non est hoc aliquid, aliud formam et speciem, qua quidem jam hoc aliquid dicitur; et tertium id quod ex istis constat atque

---

creatis est bonum ordinis universi, quod est maxime perfectum, ut Philosophus dicit (Metaphys., XII, c. 10), cui etiam consonat divina Scriptura, quum dicitur : *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona* (*Gen.*, I, 31), quum de singulis operibus dixisset simpliciter quod *erant bona*. Bonum igitur ordinis rerum creatarum a Deo est id quod est præcipue volitum et intentum a Deo. Nihil autem aliud est gubernare aliquam rem quam ei ordinem imponere. Ipse igitur Deus omnia suo intellectu et voluntate gubernat.

9° Amplius, Unumquodque intendens aliquem finem magis curat de eo quod est propinquius fini ultimo, quia hoc est etiam finis aliorum. Ultimus autem finis divinæ voluntatis est bonitas Ipsius, cui propinquissimum in rebus creatis est bonum ordinis totius universi, quum ordinetur ad ipsum, sicut ad finem, omne particulare bonum hujus vel illius rei, sicut minus perfectum ordinatur ad id quod est perfectius; unde et quælibet pars invenitur esse propter suum totum. Id igitur quod maxime curat Deus in rebus creatis est ordo universi. Est igitur gubernator ipsius.

10° Item, Quælibet res creata consequitur suam ultimam perfectionem per operationem propriam; nam oportet quod ultimus finis et perfectio rei sit vel ipsa operatio vel operationis terminus aut effectus. Forma vero, secundum quam res est, est perfectio prima, ut patet in secundo de



tures, qui consiste dans la distinction des natures et de leurs degrés divers, découle de la divine sagesse [liv. II, ch. 24]. Donc il en est de même de l'ordre des opérations qui conduisent les créatures à leur fin dernière. Or, coordonner les actions de certains êtres en vue d'une fin, c'est les gouverner. Donc Dieu, par sa Providence infiniment sage, gouverne et dirige tous les êtres.

Voilà pourquoi la Sainte-Écriture donne à Dieu les titres de Seigneur et de Roi, en disant : *Le Seigneur est Dieu* [Ps. XCIX, 3]; *Dieu est le Roi de toute la terre* [Ps. XLVI, 8]. C'est, en effet, au Roi et au Seigneur qu'il appartient de régir et de gouverner ceux qui sont soumis à son autorité; et, en vertu de ce principe, les livres sacrés attribuent à une loi divine le cours des choses. *Il commande au soleil*, disent-ils, *et il ne se lève pas; il enferme les étoiles comme sous un sceau* [Job, IX, 7]; *il a donné ses ordres, et ils ne passeront paint* [Ps. CXLVIII, 6].

Par là se trouve réfutée l'erreur des anciens naturalistes, qui expliquaient tout par le développement nécessaire de la matière (4); d'où il suivait que tout arrive fortuitement, et non suivant l'ordre de la Providence.

componitur. Est autem materia quidem potentia; forma vero actus atque perfectio..... Necesse est animam substantiam esse, perinde atque formam corporis naturalis potentia vitam habentis; substantia vero actus est et perfectio. Talis igitur corporis est perfectio atque actus..... Quapropter anima primus est actus perfectioque corporis naturalis potentia vitam habentis (Arist. *De anima*, II, c. 1).

(4) Au nombre de ces philosophes naturalistes, dont les systèmes reposent sur une nécessité naturelle, sont : Anaximène, Diogène, Héraclite, Empédocle, Anaxagore, Leucippe, Démocrite, et les Pythagoriciens Parménide, Xénophane, Mélissus et d'autres, dont Aristote expose les opinions dans sa *Physique* (l. II, c. 8) et dans sa *Métaphysique* (l. I, c. 3-5). Ces systèmes ont été renouvelés depuis, particulièrement par certains matérialistes du XVIII[e] siècle qui ont parfaitement vérifié, en matière de doctrine, ce proverbe : *Nihil sub sole novum.*

Anima (c. 1). Ordo autem rerum creatarum, secundum distinctionem naturarum et graduum ipsarum, procedit ex divina sapientia, sicut ostensum est (l. II, c. 24). Ergo et ordo operationis, per quam res creatæ magis appropinquant ad ultimum finem. Ordinare autem actiones aliquarum rerum ad finem est gubernare ipsas. Deus igitur per suæ sapientiæ Providentiam rebus gubernationem et regimen præstat.

Hinc est quod Scriptura Deum Dominum et Regem profitetur, secundum illud : *Dominus ipse est Deus* (*Psalm.* XCIX, 3); et item : *Rex omnis terræ Deus* (*Psalm.* XLVI, 8). Regis enim est et Domini suo imperio regere et gubernare subjectos; unde et rerum cursum sacra Scriptura divino præcepto adscribit : *Qui præcipit soli, et non oritur; et stellas claudit quasi sub signaculo* (*Job*, IX, 7); et : *Præceptum posuit, et non præteribit* (*Psalm.* CXLVIII, 6).

Per hoc autem excluditur error antiquorum naturalium, qui dicebant omnia ex necessitate materiæ provenire; ex quo sequebatur omnia a casu accidere, et non ex aliquo Providentiæ ordine.



CHAPITRE LXV.

Dieu conserve l'existence aux créatures.

De ce principe que Dieu gouverne tous les êtres par sa Providence, il suit qu'il leur conserve l'existence. En effet :

1° Le gouvernement des êtres comprend tout ce qui est pour eux un moyen d'atteindre leur fin; aussi on dit qu'ils sont régis ou gouvernés quand ils sont coordonnés pour une fin. Or, ce ne sont pas seulement les opérations des créatures, mais encore leur existence, qui les met en rapport avec la fin dernière que Dieu se propose, savoir sa bonté; car cette existence constitue pour elle une ressemblance de la bonté divine, et c'est là leur fin [ch. 19 et 20]. Donc il appartient à la Providence de Dieu de conserver l'existence aux créatures.

2° La même cause qui produit un être doit le conserver; car sa conservation n'est que son existence continuée. Or, c'est par un acte de son intelligence et de sa volonté que Dieu donne l'existence à tous les êtres [liv. II, ch. 23 et 24]. Donc il leur conserve l'existence par un acte de son intelligence et de sa volonté.

3° Aucun agent particulier univoque ne peut, rigoureusement parlant, être la cause de son espèce. Ainsi, tel homme ne peut produire l'espèce humaine; car dans ce cas il produirait l'homme, et, par conséquent, lui-même, ce qui répugne; mais en prenant les choses absolument, tel homme produit tel homme. Or, tel individu est un homme,

---

CAPUT LXV.

Quod Deus conservat res in esse.

Ex hoc autem quod Deus res sua Providentia regit, sequitur quod [eas] in esse conservet.

1° Ad gubernationem enim aliquorum pertinet omne illud per quod suum finem consequuntur; secundum hoc etiam aliqua regi vel gubernari dicuntur quod ordinantur in finem. In finem autem ultimum quem Deus intendit, scilicet bonitatem divinam, ordinantur res, non solum per hoc quod operantur, sed per hoc quod sunt; quia, in quantum sunt, divinæ bonitatis similitudinem gerunt, quod est finis rerum, ut supra ostensum est (c. 19 et 20). Ad divinam igitur Providentiam pertinet quod res conserventur in esse.

2° Item, Oportet quod idem sit causa rei et conservationis ipsius; nam conservatio rei non est nisi continuatio esse ipsius. Ostensum est autem supra (l. II, c. 23 et 24) quod Deus, per suum intellectum et voluntatem, est causa essendi omnibus rebus. Igitur, per suum intellectum et voluntatem, conservat res omnes in esse.

3° Item, Nullum particulare agens univocum potest simpliciter esse causa speciei, sicut hic homo non potest esse causa speciei humanæ; esset enim causa hominis, et per consequens suiipsius, quod est impossibile; est autem causa hic homo hujus hominis per se loquendo. Hic autem homo est per hoc quod natura humana est

parce que la nature humaine est inhérente à cette matière déterminée, comme principe d'individuation. Cet homme donc ne produit l'homme qu'en ce sens, que par lui la forme humaine est appliquée à cette matière; et c'est être le principe de la génération de tel homme. Évidemment donc, tel homme, ou tout autre agent univoque dans la nature, n'est que le principe de la génération de tel ou tel individu. Or, il faut nécessairement que l'espèce humaine elle-même vienne d'une cause active qui la produise essentiellement; ce que démontrent sa composition et la disposition de ses parties, qui demeure la même dans tous les individus, à moins d'un obstacle accidentel, et ceci s'applique également à toutes les autres espèces qui sont dans la nature. Cette cause est Dieu, qui agit médiatement ou immédiatement; car il est la cause première de tous les êtres [liv. II, ch. 6]. Dieu doit donc avoir, par rapport à la conservation des espèces, le même rôle que le principe générateur dans la nature relativement à la génération dont il est la cause essentielle. Or, la génération cesse lorsque cesse l'opération génératrice. Donc toutes les espèces des êtres disparaîtraient, si l'opération divine était interrompue. Donc Dieu conserve par son opération l'existence aux créatures.

4° Quoique le mouvement survienne dans un être existant déjà, ce mouvement est en dehors de son *être*. Or, nul corps ne produit qu'autant qu'il est mû, parce que nul corps n'agit que par un mouvement, comme le prouve Aristote au premier livre de sa *Physique*. Nul corps donc n'est cause de l'*être* d'une chose en tant qu'il est l'*être*, mais il est cause de ce qui constitue le mouvement vers l'*être*, c'est-à-dire de la formation de la chose. Or, l'*être* de tout ce qui existe est un *être* com-

---

in hac materia, quæ est individuationis principium. Hic igitur homo non est causa hominis, nisi in quantum est causa quod forma humana fiat in hac materia. Hoc autem est esse principium generationis hujus hominis. Patet ergo quod nec hic homo nec aliquod aliud agens univocum in natura est causa nisi generationis vel hujus vel illius rei. Oportet autem ipsius speciei humanæ esse aliquam per se causam agentem; quod ipsius compositio ostendit et ordinatio partium, quæ eodem modo se habet in omnibus, nisi per accidens impediatur; et eadem ratio est de omnibus aliis speciebus rerum naturalium. Hæc autem causa est Deus, vel mediate vel immediate; ostensum est enim (l. II, c. 6) quod ipse est omnium rerum causa prima. Oportet ergo quod Ipse se hoc modo habeat ad conservationem specierum sicut se habet hoc generans in natura ad generationem cujus est per se causa. Generatio autem cessat, cessante operatione generantis. Ergo et omnes rerum species cessarent, cessante operatione divina. Igitur Ipse per suam operationem conservat res in esse.

4° Adhuc, Licet alicui existenti accidat motus, tamen motus est præter esse rei. Nullum autem corporeum est causa alicujus rei, nisi in quantum movetur, quia nullum corpus agit nisi per motum, ut Aristoteles probat (Physic., I). Nullum igitur corpus est causa esse alicujus rei in quantum est esse, sed est causa ejus quod est moveri ad esse, quod est fieri rei. Esse autem cujuslibet rei est esse participatum,

muniqué, puisque rien, excepté Dieu, n'est son *être* propre [liv. I. ch. 22]. D'où il suit que Dieu, qui est à lui-même son *être*, est la cause première et essentielle de tout l'*être*. Donc l'opération divine est, relativement à l'*être* des choses, ce qu'est l'impulsion du corps moteur pour la formation et le mouvement des choses, tandis qu'elles sont formées et mues. Or, la formation ou le mouvement d'une chose ne peut se continuer si l'impulsion du moteur vient à cesser. Donc l'*être* de tout ce qui existe ne peut se conserver que par une opération divine.

5° Comme l'œuvre de l'art présuppose l'œuvre de la nature, ainsi l'œuvre de la nature présuppose l'œuvre de Dieu créateur; car la matière des œuvres de l'art vient de la nature, et la matière des œuvres de la nature vient de Dieu par la création. Or, les œuvres de l'art conservent leur existence par la vertu des œuvres de la nature : ainsi, une maison reste debout par la solidité des pierres. Donc toutes les œuvres de la nature ne continuent d'exister que par la puissance de Dieu.

6° L'impression de l'agent ne persévère dans l'effet, l'action de l'agent cessant, qu'autant qu'elle se change en la nature de cet effet : ainsi, les formes des êtres engendrés et leurs propriétés leur restent après la génération, parce qu'elles leur sont naturelles; et pareillement les habitudes sont difficiles à changer, parce qu'elles se convertissent en la nature du sujet, au lieu que les dispositions et les passions, soit du corps, soit de l'âme, demeurent quelque temps après l'action de l'agent, mais ne se perpétuent pas, parce qu'elles ne sont [en quelque manière] que la préparation de la nature. S'il s'agit, au contraire, de la nature qui appartient à un genre supérieur, l'impression ne dure pas plus longtemps que l'action de l'agent : par exemple,

---

quum non sit res aliqua, præter Deum, suum esse, ut supra (l. I, c. 22) probatum est; et sic oportet quod ipse Deus, qui est suum esse, sit primo et per se causa omnis esse. Sic igitur se habet ad esse rerum operatio divina sicut motio corporis moventis ad fieri et moveri rerum factarum vel motarum. Impossibile autem est quod fieri vel moveri alicujus rei maneat, cessante motione moventis. Impossibile est igitur quod esse alicujus rei maneat, nisi per operationem divinam.

5° Amplius, Sicut opus artis præsupponit opus naturæ, ita opus naturæ præsupponit opus Dei creantis; nam materia artificialium est a natura, naturalium vero per creationem a Deo. Artificialia autem conservantur in esse virtute naturalium, sicut domus per soliditatem lapidum. Omnia igitur naturalia non conservantur in esse nisi virtute Dei.

6° Item, Impressio agentis non remanet in effectu, cessante actione agentis, nisi vertatur in naturam effectus; formæ enim generatorum et proprietates ipsorum remanent in eis post generationem, quia efficiuntur eis naturales; et similiter habitus sunt difficile mobiles, quia vertuntur in naturam; dispositiones autem et passiones, sive corporales sive animales, manent aliquantulum post actionem agentis, sed non semper, quia insunt ut in via ad naturam. Quod autem pertinet ad naturam superioris generis nullo modo post actionem agentis manet, sicut lumen non manet in diaphano, recedente illuminante. Esse autem

un corps diaphane ne retient pas la lumière lorsque le flambeau d'où elle émane a disparu. Or, l'*être* ne constitue la nature ou l'essence d'aucune créature, mais de Dieu seul [liv. I, ch. 21 et 22]. Donc nul être ne peut continuer d'exister si l'opération divine vient à cesser.

7° Il existe sur l'origine des choses une double affirmation : l'une, de la foi, que Dieu a donné l'existence aux êtres qui en étaient privés; l'autre, de certains philosophes, que les êtres émanent de Dieu de toute éternité. Or, que l'on adopte la première ou la seconde, on est forcé d'admettre que Dieu conserve à tout l'existence. En effet, si Dieu a produit toutes ces choses, qui auparavant n'étaient pas, leur *être*, aussi bien que leur *non-être*, dépend nécessairement de la volonté de Dieu; car, tant qu'il l'a voulu, il a permis qu'elles n'existassent pas, et quand il l'a voulu, il les a fait exister. Donc elles sont aussi longtemps que Dieu veut qu'elles soient. Donc sa volonté conserve leur être. Si, au contraire, les créatures émanent de Dieu de toute éternité, on ne peut assigner l'époque ou l'instant où elles ont commencé à émaner de Dieu. Donc, ou bien Dieu ne les a jamais produites, ou bien leur *être* procède de Dieu perpétuellement et autant qu'elles durent. Donc Dieu conserve par son opération l'existence aux créatures.

De là cette parole de l'Écriture : *Il soutient tout par la puissance de son Verbe* (1) [Hébr., I, 3].

Saint Augustin dit aussi : « La cause qui fait subsister toute créature, « c'est la puissance du Créateur, c'est la force de Celui qui peut tout « et tient tout dans sa main. Si cette force cessait un instant de régir

(1) Dieu a tout créé par la puissance de son Verbe, qui est sa parole substantielle : *In principio erat Verbum..... Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil* (Joann., I. 1 et 3); c'est par la même puissance qu'il doit tout conserver, puisque la conservation d'une créature n'est que sa création continuée.

---

non est natura vel essentia alicujus rei creatæ, sed solius Dei, ut ostensum est (l. I, c. 21 et 22). Nulla igitur res remanere potest in esse, cessante operatione divina.

7° Adhuc, Circa rerum originem duplex est positio : una fidei, quod res de novo fuerunt a Deo productæ in esse; et positio quorumdam philosophorum, quod res ab æterno a Deo fluxerunt. Secundum autem utramque positionem, oportet dicere quod res conserventur a Deo in esse. Nam, si res a Deo productæ sunt in esse postquam non fuerunt, oportet quod esse rerum divinam voluntatem consequatur, et similiter non esse; quia permisit res non esse quando voluit, et fecit res esse quum voluit; tamdiu igitur sunt quamdiu Deus eas esse vult; sua igitur voluntas conservatrix est rerum. Si autem res ab æterno a Deo fluxerunt, non est dare tempus aut instans in quo primo a Deo effluxerunt; aut igitur nunquam a Deo productæ sunt, aut semper a Deo earum esse procedit quamdiu sunt; sua igitur operatione res in esse conservat.

Hinc est quod dicitur : *Portans omnia Verbo virtutis suæ* (*Hebr.*, I, 3).

Et Augustinus dicit : « Creatoris namque potentia et omnipotentis atque « omnitenentis virtus causa est subsis- « tendi omni creaturæ; quæ virtus ab eis « quæ creata sunt regendis si aliquando

« la création, aussitôt les espèces disparaîtraient et la nature entière « serait anéantie. Lorsque l'architecte a construit son édifice, il se re- « tire, et son œuvre n'en demeure pas moins, quoique son action « cesse et malgré son absence; mais il n'en est pas ainsi du monde : « il ne pourrait durer, même pendant un clin d'œil, si Dieu lui retirait « sa direction providentielle [*super Genesim ad litteram*, liv. IV, ch. 12]. »

Ces principes renversent le sentiment de certains philosophes musulmans. Afin d'établir que l'action conservatrice de Dieu est nécessaire au monde, ils prétendirent que toutes les formes sont des accidents, et que nul accident ne peut durer deux instants de suite; en sorte que les êtres sont perpétuellement dans le travail de la formation, comme si l'être ne réclamait l'action de sa cause que lorsqu'il est en formation. Partant de là, plusieurs d'entre eux affirmèrent, dit-on, que l'existence des atomes, qui, selon eux, composent toutes les substances et ont seuls de la consistance, pourrait se prolonger pendant quelques moments, lors même que Dieu abandonnerait le gouvernement des êtres. Quelques-uns vont jusqu'à dire que rien ne cesserait d'exister si Dieu ne produisait pas l'accident de la séparation des atomes. Toutes choses évidemment absurdes.

CHAPITRE LXVI.

L'agent ne donne l'existence que parce qu'il participe à la puissance divine.

Il ressort manifestement du principe précédemment posé que les

---

« cessaret, simul et cessaret illorum species, « omnisque natura consideret. Neque enim, « sicut structor ædium, quum fabricaverit, « abscedit, atque, illo cessante atque abscedente, stat opus ejus, ita mundus vel « ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen sui subtraxerit (*super Genesim ad litteram*, l. IV, c. 12). »

Per hoc autem excluditur quorumdam loquentium in lege Maurorum positio, qui, ad hoc quod sustinere possent mundum Dei conservatione indigere, posuerunt omnes formas esse accidentia, et quod nullum accidens durat per duo instantia, ut sic semper rerum formatio esset in fieri, quasi res non indigeret causa agente, nisi dum est in fieri. Unde et aliqui eorum dicuntur ponere quod corpora indivisibilia, ex quibus omnes substantias dicunt esse compositas, quæ sola secundum eos firmitatem habent, possunt ad horam aliquam remanere, si Deus suam gubernationem rebus subtraxerit. Quorum etiam quidam dicunt quod res esse non desineret, nisi Deus in ipsa accidens decisionis causaret. Quæ omnia patet esse absurda.

agents inférieurs ne donnent l'existence qu'autant qu'ils participent à la puissance divine. En effet :

1° L'agent ne peut produire que parce que lui-même existe actuellement. Or, c'est Dieu qui, par sa Providence, conserve *l'être* aux créatures [ch. 65]. C'est donc par la puissance divine que l'agent a le pouvoir de produire.

2° Lorsque plusieurs agents subalternes dépendent d'un agent supérieur, nécessairement le résultat commun de leurs opérations doit être rapporté à leur union avec l'agent principal qui leur communique l'action et la puissance. En effet, plusieurs agents distincts n'atteignent à un but unique qu'autant qu'ils ont l'unité d'action : ainsi, tous les soldats d'une armée ont pour but la victoire ; mais ils ne l'atteignent que par leur union sous la direction du général, à qui elle appartient en propre. Or, Dieu est le premier de tous les agents [liv. I, ch. 13]. Donc, puisque le résultat commun des opérations des agents est de produire, car tout agent, par son action, produit actuellement, ils doivent atteindre à ce résultat par leur union, sous la direction de l'agent suprême, et ils agissent par sa puissance.

3° Quand plusieurs causes actives sont coordonnées, le résultat produit en dernier lieu et voulu principalement appartient en propre au premier agent. Ainsi, on doit rapporter à l'architecte et la réalisation du plan d'un édifice, et les préparatifs des éléments nécessaires, tels que le ciment, les pierres et le bois, faits par les employés inférieurs placés sous ses ordres. Or, tout agent tend principalement à la réalisation d'un être actuel, et ce résultat est produit le dernier ; car, ce but

---

CAPUT XLVI.

Quod nihil dat esse, nisi in quantum agit in virtute divina.

Ex hoc autem manifestum est quod omnia inferiora agentia non dant esse, nisi in quantum agunt in virtute divina.

1° Nihil enim dat esse, nisi in quantum est ens actu. Deus autem conservat res in esse per suam Providentiam, ut ostensum est (c. 65). Ex virtute igitur divina est quod aliquid det esse.

2° Amplius, Quando aliqua agentia diversa sub uno agente ordinantur, necesse est quod effectus qui ab eis communiter fit sit eorum secundum quod uniuntur in participando motum et virtutem illius agentis; non enim plura faciunt unum, nisi in quantum unum sunt ; sicut patet quod omnes qui in exercitu sunt operantur ad victoriam causandam, quam causant secundum quod sunt sub ordinatione ducis, cujus proprius effectus victoria est. Ostensum est autem (l. I, c. 13) quod primum agens est Deus. Quum igitur esse sit communis effectus omnium agentium (nam omne agens facit esse actu), oportet quod hunc effectum producant, in quantum ordinantur sub primo agente et agunt in virtute ipsius.

3° Item, In omnibus causis agentibus ordinatis, quod est ultimum in generatione et primum in intentione est proprius effectus primi agentis, sicut forma domus, quæ est proprius effectus ædificatoris, posterius provenit quam præparatio cæmenti et lapidum et lignorum, quæ fiunt per artifices inferiores qui subsunt ædificatori. In omni

atteint, l'agent se repose et l'œuvre n'est plus soumise au travail. C'est donc à l'agent premier, à Dieu, qu'il appartient vraiment de produire, et nul agent ne communique l'existence que parce qu'il participe à la puissance divine.

4° Parmi les opérations de l'agent inférieur, celle-là atteint le plus haut degré de bonté et de perfection, qu'il réalise avec le secours de l'agent supérieur, parce que la puissance de cet agent supérieur vient compléter celle de l'agent inférieur. Or, l'*être* constitue le plus haut point de la perfection pour un agent; car toute substance ou forme est parfaite par là même qu'elle est en acte, et il y a le même rapport entre elle et l'*être* en acte qu'entre la puissance [passive] et l'acte même. Donc l'*être* est le résultat de l'action que les agents secondaires exercent, parce qu'ils participent à la puissance de l'agent premier.

5° L'ordre des effets correspond à l'ordre des causes. Or, l'*être* est le premier de tous les effets, et tous les autres n'en sont que des modifications. La production de l'*être* appartient donc en propre au premier agent; les autres agents n'ont le pouvoir de produire que parce qu'ils participent à sa puissance, et les agents secondaires, qui, pour ainsi dire, particularisent et déterminent l'action du premier agent, sont la cause propre des autres perfections qui fixent les conditions de l'existence.

6° L'être qui possède une propriété en vertu de son essence doit être regardé comme la cause propre de celui qui possède cette même propriété par participation : ainsi, le feu est le principe de la chaleur qui se trouve dans les objets ignés. Or, Dieu seul est un être en vertu de son essence, et tous les autres êtres sont tels par participation; car

---

autem actione, esse in actu est principaliter intentum, et ultimum in generatione; nam, eo habito, quiescit agentis actio et motus patientis. Est igitur esse proprius effectus primi agentis, scilicet Dei; et omnia quæ dant esse hoc habent, in quantum agunt in virtute Dei.

4° Amplius, Ultimum in bonitate et perfectione, inter ea in quæ potest agens secundum, est illud in quod potest ex virtute agentis primi; nam complementum virtutis agentis secundi est ex virtute agentis primi. Quod autem est in omnibus agentibus perfectissimum, est esse; quælibet enim natura vel forma perficitur per hoc quod est actu, et comparatur ad esse in actu sicut potentia ad actum ipsum. Igitur esse est quod agentia secunda agunt in virtute primi agentis.

5° Item, Secundum ordinem causarum est ordo effectuum. Primum autem in omnibus effectibus est esse; nam omnia alia sunt determinationes ipsius. Igitur esse est proprius effectus primi agentis, et omnia alia agunt ipsum, in quantum agunt in virtute primi agentis; secunda autem agentia, quæ sunt quasi particulantia et determinantia actionem primi agentis, agunt, sicut proprios effectus, alias perfectiones quæ determinant esse.

6° Præterea, Quod est per essentiam tale est propria causa ejus quod est per participationem tale, sicut ignis est causa omnium ignitorum. Deus autem solus est

pour Dieu seul l'essence est l'*être*. Donc l'*être* de tout ce qui existe est l'effet propre de Dieu; en sorte que toute cause qui produit ne le fait que parce qu'elle participe à la puissance divine.

De là ce mot de l'Écriture : *Dieu a créé pour que toutes choses soient* [Sag., I, 14]; et dans plusieurs autres endroits elle nous rappelle encore que Dieu a tout fait. — On lit aussi, au livre *Des Causes*, que l'intelligence ne peut produire que si elle est divine ou bien si elle participe à la puissance divine.

CHAPITRE LXVII.

Dieu est la cause des opérations de tout agent.

Il est clair, par ces raisons, que Dieu est la cause des opérations de tous les agents. En effet :

1° Tout agent est en quelque manière la cause de l'existence, parce qu'il produit l'*être* essentiel ou bien l'*être* accidentel. Or, comme il a été démontré [ch. 66], l'agent ne donne l'existence que parce qu'il participe à la puissance divine. Donc tout agent opère par la puissance divine.

2° Toute opération résultant d'une puissance se rapporte, comme à sa cause, au principe de cette puissance : par exemple, la nature du mouvement des corps pesants et légers est en raison de leur forme, en tant qu'ils sont pesants et légers, et conséquemment nous considérons comme la cause de ce mouvement le principe générateur qui déter-

---

ens per essentiam suam, omnia autem alia sunt entia per participationem; nam in solo Deo esse est sua essentia. Esse igitur cujuslibet exsistentis est proprius effectus ejus, ita quod omne quod producit aliquid in esse hoc facit in quantum agit in virtute Dei.

Hinc est quod dicitur : *Creavit* Deus, *ut essent omnia* (*Sap.*, I, 14); et in pluribus Scripturæ locis dicitur quod Deus omnia facit. — Et in Libro de Causis dicitur quod nec intelligentia dat esse, nisi in quantum est divina et in quantum agit in virtute divina.

CAPUT LXVII.

Quod Deus est causa operandi omnibus operantibus.

Ex hoc autem apparet quod Deus est causa omnibus operantibus ut operentur.

1° Omne enim operans est aliquo modo causa essendi, vel secundum esse substantiale vel accidentale. Nihil autem est causa essendi, nisi in quantum agit in virtute divina, ut ostensum est (c. 66). Omne igitur operans operatur per virtutem Dei.

2° Adhuc, Omnis operatio quæ conse-

mine leur forme. Or, la puissance de tout agent vient de Dieu, comme de la source de toute perfection. Donc, puisque toute opération résulte d'une puissance, la cause générale des opérations ne peut être que Dieu.

3° Il est manifeste que tout phénomène qui cesse nécessairement lorsque s'arrête l'action de l'agent doit être attribué à cet agent. Ainsi, les couleurs disparaissant aussitôt que l'action du soleil qui illumine l'atmosphère ne se fait plus sentir, il est indubitable que le soleil est la cause du phénomène des couleurs; et il en est de même du mouvement forcé qui s'épuise avec l'impulsion violente de la cause. Or, de même que Dieu n'a pas produit les êtres seulement au premier instant de leur existence, mais qu'il les produit constamment, tant qu'ils continuent d'exister, en leur conservant l'existence [ch. 65], de même ce n'est pas seulement à leur formation que Dieu communique aux êtres la puissance d'action, mais il la renouvelle continuellement en eux, et si cette influence divine vient à s'arrêter, toute opération cesse à l'instant. C'est donc à Dieu, comme à leur cause, que se rapportent toutes les opérations.

4° Toutes les fois qu'une cause porte une puissance active à agir, c'est à elle que l'on renvoie l'action : ainsi, on attribue à l'ouvrier, parce qu'il l'a déterminée, l'opération d'un agent naturel, comme on rapporte au cuisinier la cuisson des aliments, qui se fait par le feu. Or, c'est Dieu qui détermine premièrement et principalement les opérations des puissances actives; car elles réalisent leurs opérations propres au moyen d'un mouvement du corps ou de l'âme ; et Dieu est

---

quitur aliquam virtutem attribuitur, sicut causæ, illi rei quæ dedit illam virtutem; sicut motus gravium et levium naturalis consequitur formam ipsorum secundum quod sunt gravia et levia, et ideo causa ipsorum motus dicitur esse generans qui dedit formam. Omnis autem virtus uniuscujusque agentis est a Deo sicut a principio omnis perfectionis. Ergo, quum omnis operatio consequatur aliquam virtutem, oportet quod cujuslibet operationis causa sit Deus.

3° Amplius, Manifestum est quod omnis actio quæ non potest permanere, cessante impressione alicujus agentis, est ab illo agente; sicut manifestatio colorum non posset esse, cessante actione solis, quæ aerem illustrat; unde non est dubium quin sol sit causa manifestationis colorum; et similiter patet de motu violento, qui cessat, cessante violentia impellentis. Sicut autem Deus non solum dedit esse rebus quum primo esse inceperunt, sed quamdiu sunt esse in eis causat, res in esse conservans, ut ostensum est (c. 65), ita, non solum quum res primo conditæ sunt eis virtutes operativas indidit, sed semper eas in rebus causat ; unde, cessante influentia divina, omnis operatio cessaret. Omnis igitur rei operatio in Ipsum reducitur, sicut in causam.

4° Item, Quidquid applicat virtutem activam ad agendum dicitur esse causa illius actionis ; artifex enim applicans virtutem rei naturalis ad aliquam actionem dicitur esse causa illius actionis, sicut coquus decoctionis, quæ est per ignem. Sed omnis applicatio virtutis ad operationem est principaliter et primo a Deo ; applicantur enim

le premier principe de ce double mouvement, en sa qualité de premier moteur absolument immobile [liv. I, ch. 13], de même que tout mouvement de la volonté, d'où résulte l'opération d'une puissance, revient à Dieu, comme à l'objet principal de tout amour et au premier des êtres doués de volonté. Toute opération se rapporte donc à Dieu, comme au premier et au principal agent.

3° Il y a dans les causes nombre et diversité, en vertu d'un ordre de la Providence et d'une disposition de Dieu. Or, les causes étant ainsi disposées, elles seront nécessairement quelquefois en concurrence, de telle sorte que l'une entravera l'action de l'autre, ou bien l'aidera dans la réalisation de son effet. Or, un cas fortuit naît du concours de deux ou de plusieurs causes, lorsque ce concours amène un résultat inattendu : par exemple, une personne se rend à la place publique pour y acheter quelque chose et rencontre son débiteur, parce que ce dernier va, de son côté, au même lieu. Donc il ne répugne pas à la Providence de Dieu que certaines choses dépendent du hasard et de la fortune.

4° Ce qui n'existe pas ne peut être cause de rien ; d'où il suit que l'aptitude d'une chose à devenir cause est en raison directe de son rapport avec l'*être* (1). Donc les divers degrés, dans l'ordre des causes, doivent correspondre aux divers degrés de l'échelle des êtres. Or, la perfection de l'univers demande, non-seulement qu'il existe des êtres qui soient tels par essence, mais encore qu'il y ait des êtres accidentels ; car ceux dont la substance n'est pas aussi parfaite que possible doi-

(1) C'est-à-dire que la puissance d'action est proportionnée dans chaque cause à la perfection de la forme, qui est le principe de l'existence. Dieu étant l'être par excellence, sa forme, qui est sa propre substance, est absolument parfaite : par conséquent, Dieu est la première et la plus puissante de toutes les causes. Le *non-être* est totalement dépourvu de forme ; aussi sa causalité est nulle.

---

patet. Ex hoc autem quod aliquod agens propter finem deficit ab eo quod intendit, sequitur aliqua casu contingere. Esset igitur contra rationem Providentiæ et perfectionis rerum, si non essent aliqua casualia.

3° Adhuc, Multitudo et diversitas causarum ex ordine Providentiæ divinæ et dispositionis procedit. Supposita autem causarum dispositione, oportet unam alteri quandoque concurrere, per quam impediatur vel juvetur ad suum effectum producendum. Ex concursu autem duarum causarum vel plurium contingit aliquid casualiter evenire, dum finis non intentus ex concursu alicujus causæ provenit ; sicut inventio debitoris ab eo qui ibat ad forum, causa emendi aliquid, provenit ex hoc quod debiter etiam ad forum venit. Non est igitur divinæ Providentiæ contrarium quod sint aliqua fortuita et casualia in rebus.

4° Item, Quod non est non potest esse alicujus causa ; unde oportet quod unumquodque, sicut se habet ad esse, ita se habeat ad hoc quod sit causa. Oportet igitur quod, secundum diversitatem ordinis in entibus, sit diversitas etiam ordinis in causis. Ad perfectionem autem rerum requiritur quod non solum sint in rebus entia per se, sed etiam entia per accidens ; res enim quæ non habent in sua substantia ultimam perfectionem oportet quod perfectionem aliquam conse-

vent arriver à une certaine perfection au moyen des accidents, et les accidents doivent se multiplier en proportion de ce que ces êtres s'éloignent davantage de la simplicité de Dieu. Dès lors que plusieurs accidents sont réunis dans un sujet, tel être existe par accident; car le sujet et l'accident, et même deux accidents inhérents à un sujet, sont accidentellement une seule chose : par exemple, un homme blanc, ou encore un homme à la fois musicien et blanc. Donc l'univers serait imparfait, s'il n'y avait aucune cause accidentelle. Or, on attribue au hasard et à la fortune tout ce qui provient d'une cause par accident. Donc il ne répugne pas à la Providence, qui conserve la perfection des êtres, que certains effets arrivent fortuitement et par hasard.

5° L'ordre de la Providence divine exige que les causes soient coordonnées et graduées. Or, plus une cause est élevée, plus sa puissance d'action est grande, et, par conséquent, sa causalité s'étend à un plus grand nombre d'effets. Or, aucune cause naturelle ne cherche à dépasser les bornes de sa puissance d'action; car ce serait en vain. Donc l'activité d'une cause particulière ne peut pas s'étendre à tous les effets possibles. Or, on appelle cas fortuit ce qui arrive en dehors de l'intention des agents. Donc il entre dans l'ordre de la divine Providence que le hasard et la fortune aient une place dans le monde.

Aussi les livres saints nous disent : *J'ai vu que, sous le soleil, le prix n'est point pour les plus légers à la course, ni la victoire pour les plus vaillants, ni le pain pour les plus sages, ni les richesses pour les plus habiles, ni la faveur pour les meilleurs ouvriers; mais tout arrive suivant les circonstances et par hasard* [Ecclés., IX, 11]; ce qui s'entend des choses d'un ordre inférieur.

---

quantur per accidentia, et tanto per plura quanto magis a Dei simplicitate distant. Ex hoc autem quod aliquod subjectum habet multa accidentia, sequitur quod sit aliquod ens per accidens; nam subjectum et accidens, et etiam duo accidentia unius subjecti, sunt unum per accidens; sicut homo albus, et musicum album. Oportet igitur ad perfectionem rerum quod sint etiam quædam causæ per accidens. Ea autem quæ ex causis aliquibus procedunt per accidens dicuntur accidere a casu vel a fortuna. Non est igitur contra rationem Providentiæ, quæ perfectionem rerum conservat, ut aliqua fiant vel casu vel fortuna.

5° Præterea, Ad ordinem divinæ Providentiæ pertinet ut sit ordo et gradus in causis. Quanto autem est aliqua superior causa, tanto est majoris virtutis; unde ejus causalitas ad plura se extendit. Nullius autem causæ naturalis intentio se extendit ultra virtutem ejus; esset enim frustra. Oportet ergo quod intentio causæ particularis non se extendat ad omnia quæ contingere possunt. Ex hoc autem contingit aliquid casualiter vel fortuito quod eveniunt aliqua præter intentionem agentium. Ordo igitur divinæ Providentiæ exigit quod sit casus et fortuna in rebus.

Hinc est quod dicitur : *Vidi nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam; sed tempus casumque in omnibus* (*Eccle.*, IX, 11), scilicet inferioribus.

CHAPITRE LXXV.

La divine Providence s'étend à chacun des être contingents.

Il est évident, par tout ce que nous avons démontré, que la Providence de Dieu s'étend en particulier à chacun des êtres produits par voie de génération et sujets à la destruction. En effet :

1° Il semble que la Providence ne s'occupe pas de ces êtres parce qu'ils sont contingents, et que beaucoup d'entre eux doivent leur existence à un cas fortuit ; car c'est en cela seulement qu'ils diffèrent des substances indestructibles et des universaux des êtres impérissables (1), que l'on considère comme relevant de la Providence. Or, ni la contingence des êtres, ni le hasard et la fortune, ni même la liberté de la volonté ne détruisent la Providence [ch. 72, 73 et 74]. Donc rien ne l'empêche de s'occuper de chacun des êtres contingents, aussi bien que des substances indestructibles et des universaux.

2° Si Dieu ne comprend pas dans le gouvernement de sa Providence chacun des individus en particulier, c'est parce qu'il ne les connaît pas, ou bien parce qu'il ne peut pas ou ne veut pas en prendre soin. — Or, on ne peut pas dire que Dieu ne connaît pas les individus ; car nous avons prouvé le contraire [liv. I, ch. 65]. — Il est faux, d'abord, que Dieu ne puisse pas en prendre soin, puisque sa puissance est infinie

(1) Ces universaux sont les genres et les espèces, qui se composent des seules essences. Il est clair qu'il n'y a rien de fortuit dans les universaux, puisque les essences sont immuables, et le hasard ne se rencontre que dans les individus.

CAPUT LXXV.

Quod Providentia divina sit singularium contingentium.

Ex his autem quæ ostensa sunt manifestum fit quod divina Providentia provenit usque ad singularia generabilium et corruptibilium.

1° Non enim videtur horum non esse Providentiam, nisi propter eorum contingentiam, et quia in eis multa casualiter et fortuito eveniunt ; in hoc enim solum differunt ab incorruptibilibus et universalibus corruptibilium, quorum dicunt Providentiam esse. Providentiæ autem non repugnat contingentia et casus et fortuna, et neque voluntarium, ut ostensum est (c. 72, 73 et 74). Nihil igitur prohibet horum Providentiam esse, sicut incoruptibilium et universalium.

2° Adhuc, Si Deus horum singularium providentiam non habet, aut hoc est quia non cognoscit ea, aut quia non potest, aut quia non vult horum curam habere. — Non autem potest dici quod Deus singularia non cognoscat ; ostensum enim est supra (l. I, c. 65) quod Deus eorum notitiam habet. — Nec etiam potest dici quod Deus eorum curam habere non possit, quum ejus potentia sit infinita, ut supra probatum est (l. I, c. 28) ; neque etiam hæc singularia

[liv. I, ch. 28]; ensuite, que les individus soient incapables d'être régis, puisque nous voyons qu'ils se laissent conduire par la raison, comme les hommes, et aussi par l'instinct naturel, comme les abeilles et beaucoup d'autres animaux privés d'intelligence, qui obéissent à l'inclination de leur nature. — Il répugne également de supposer que Dieu ne veut pas les régir, puisque sa volonté s'étend généralement à tout ce qui est bien, et que le bien des êtres consiste principalement dans l'ordre qu'établit entre eux le gouvernement qui en dispose. Donc on n'est pas en droit d'affirmer que Dieu ne s'occupe pas de chaque être contingent en particulier.

3° Toutes les causes secondes, dès lors qu'elles sont causes, ressemblent à Dieu [ch. 21]. Or, nous voyons communément que les causes prennent soin des effets qu'elles produisent : tels sont les animaux, qui, par instinct, nourrissent leurs petits. Donc Dieu s'occupe des êtres dont il est la cause. Or, il est aussi la cause de tous les individus [liv. II, ch. 15]. Donc il s'occupe de chacun d'eux.

4° Nous avons vu que Dieu n'est pas forcé de créer par la nécessité de sa nature, mais qu'il s'y détermine par un acte de sa volonté et de son intelligence [liv. II, ch. 23 et 24]. Or, tous les effets provenant d'une cause libre et intelligente sont soumis à une direction providentielle, qui n'est que la dispensation raisonnée de certaines choses. Donc toutes les œuvres de Dieu sont régies par sa Providence. Or, nous avons prouvé [ch. 70] que Dieu opère dans toutes les causes secondes, et que tous les effets se rapportent à lui comme à leur cause [première]; d'où il suit que tout ce qui arrive dans chacun des êtres est,

---

gubernationis non capacia sunt, quum videamus ea gubernari rationis industria, sicut patet in hominibus, et per naturalem instinctum, sicut patet in apibus et multis animalibus brutis, quæ quodam naturali instinctu gubernantur. — Neque etiam potest dici quod Deus non velit ea gubernare, quum voluntas ipsius sit universaliter omnis boni; bonum autem eorum quæ gubernantur in ordine gubernationis maxime consistit. Non igitur potest dici quod Deus horum singularium curam non habet.

3° Amplius, Omnes causæ secundæ, in hoc quod causæ exsistunt, divinam similitudinem consequuntur, ut ex supradictis (c. 21) patet. Invenitur autem hoc communiter, in causis producentibus aliquid, quod curam habent eorum quæ producunt; sicut animalia naturaliter nutriunt fœtus suos. Deus igitur curam habet eorum quorum causa exsistit. Est autem causa etiam istorum particularium, ut ex supradictis (l. II, c. 15) patet. Habet igitur eorum curam.

4° Item, Ostensum est supra (l. II, c. 23 et 24) quod Deus in rebus creatis non ex necessitate naturæ agit, sed per voluntatem et intellectum. Ea autem quæ aguntur per voluntatem et intellectum curæ providentiæ subduntur, quæ in hoc consistere videtur quod per intellectum aliqua dispensentur. Divinæ ergo Providentiæ subduntur ea quæ ab Ipso aguntur. Ostensum est autem supra (c. 70) quod Deus operatur in omnibus causis secundis, et omnes rerum effectus reducuntur in Deum sicut in causam; et sic oportet quod ea quæ in istis singularibus aguntur sint sicut ipsius opera. Igitur hæc singularia, et motus et

pour ainsi dire, son œuvre. Donc chaque être en particulier, ses mouvements et ses opérations dépendent de la Providence divine.

5° Une providence qui ne pourvoirait pas aux conditions essentielles de l'existence des êtres qu'elle gouverne agirait sans intelligence. Or, il est certain que si tous les individus venaient à périr, leurs universaux ne pourraient pas subsister. Donc, si Dieu ne s'occupe que des universaux et néglige complétement les individus, sa Providence est inintelligente et imparfaite. — Il y aurait contradiction à affirmer que Dieu prend soin des individus autant que cela est nécessaire pour leur conserver l'existence, et qu'il n'a aucun égard aux accidents; car tous les accidents qui peuvent survenir dans un individu concourent à sa conservation ou amènent sa destruction. Donc, si Dieu pourvoit à la conservation des individus, il s'occupe également de tout ce qu'il y a de contingent en eux. — On peut encore faire cette objection, qu'il suffit de prendre soin des universaux pour conserver l'existence aux individus, pour cette raison que chaque espèce est pourvue des moyens de conservation nécessaires aux individus qu'elle comprend : ainsi, les animaux ont reçu des organes propres à prendre et à digérer les aliments, et certains ont des cornes pour se défendre. Comme ces moyens ne leur sont que rarement inutiles, puisque les causes naturelles produisent toujours, ou du moins le plus souvent, leurs effets, tous les individus ne peuvent pas périr, bien que quelques-uns disparaissent. — Mais d'après ce raisonnement même, les soins de la Providence s'étendent aux accidents qui s'attachent aux individus, aussi bien qu'à la conservation de leur existence; car l'individu de telle espèce n'est affecté d'aucun accident qui ne provienne des principes constitutifs de

---

operationes ipsorum, divinæ Providentiæ subjacent.

5° Præterea, Stulta est Providentia alicujus qui non curat ea sine quibus ea quæ curat non possunt esse. Constat autem quod, si omnia deficerent particularia, universalia eorum remanere non possunt. Si igitur Deus universalia tantum curat, singularia vero ista omnino derelinquit, stulta et imperfecta erit ejus Providentia. — Si autem dicat aliquis quod horum singularium Deus curam habet usque ad hoc quod conserventur in esse, non autem quantum ad alia, hoc omnino esse non potest. Nam omnia alia quæ circa singularia accidunt ad eorum conservationem vel corruptionem ordinantur. Si ergo Deus habet curam singularium quantum ad eorum conservationem, habet etiam curam omnium circa ea contingentium. — Potest autem aliquis dicere quod sola cura universalium sufficit ad particularium conservationem in esse; provisa sunt enim cuilibet speciei ea per quæ quodlibet individuum illius speciei potest conservari in esse; sicut data sunt animalibus organa ad cibum sumendum et digerendum, et cornua ad protegendum se; utilitates autem horum non deficiunt nisi in minori parte, quum ea quæ sunt a natura producant effectus suos vel semper vel frequenter; et sic non possunt omnia individua deficere, etsi aliquod deficiat. — Sed, secundum hanc rationem, omnia quæ circa individua contingunt Providentiæ subjec-

l'espèce elle-même. Par conséquent, les individus dépendent de la Providence, et sous le rapport de leur conservation, et sous tout autre rapport.

6° En étudiant le rapport des êtres avec leur fin, on voit que les accidents existent pour les substances et sont destinés à les perfectionner. Or, dans les substances, la matière existe pour la forme; car c'est la forme qui la rend participante de la divine bonté, pour laquelle ont été faits tous les êtres [ch. 18]. D'où il ressort évidemment que chaque être existe pour la nature universelle à laquelle il appartient, et nous en avons la preuve en ce que, si un seul individu suffit pour conserver une nature universelle, la même espèce n'en renferme pas plusieurs : ainsi, le soleil et la lune. Or, comme l'office de la Providence est de disposer les êtres en vue de leur fin, c'est à elle qu'il appartient de régler la fin et tout ce qui s'y rapporte. Donc, non-seulement les universaux, mais encore les individus dépendent de la Providence.

7° La science spéculative diffère de la science pratique en ce que la première se perfectionne, avec ce qui s'y rattache, en pénétrant dans l'universel, au lieu que la perfection de la seconde consiste dans son application à l'individu. En effet, la science spéculative a pour fin la vérité, qui réside premièrement et essentiellement en dehors de la matière et dans les universaux, tandis que la science pratique a pour but une opération dont le terme est un individu : aussi le médecin ne s'applique-t-il pas à guérir l'homme en général, mais tel homme déterminé, et c'est là la fin de la science médicale tout entière. Or, il est certain que le gouvernement de la Providence rentre dans la science

---

bunt, sicut et conservatio eorum in esse; quia singulari alicujus speciei nihil potest accidere quod non reducatur aliquo modo ad principia illius speciei. Sic igitur singularia non magis subjacent divinæ Providentiæ, quantum ad conservationem in esse, quam quantum ad alia.

6° Præterea, In comparatione rerum ad finem, talis ordo apparet quod accidentia sunt propter substantias, ut per ea perficiantur. In substantiis autem, materia est propter formam; per hanc enim participat divinam bonitatem, propter quam omnia facta sunt, ut supra (c. 18) ostensum est. Ex quo patet quod particularia sunt propter naturam universalem; cujus signum est quod, in his in quibus potest natura universalis conservari per unum individuum, non sunt multa individua unius speciei, sicut patet in luna et sole. Quum autem Providentia sit ordinativa aliquorum in finem, ideo oportet quod ad Providentiam pertineant et fines et ea quæ sunt ad finem. Subjacent ergo Providentiæ non solum universalia, sed etiam singularia.

7° Adhuc, Hæc est differentia inter speculativam cognitionem et practicam quod cognitio speculativa et ea quæ ad ipsam pertinent perficiuntur in universali, ea vero quæ pertinent ad cognitionem practicam perficiuntur in particulari; nam finis speculativæ est veritas, quæ primo et per se et in immaterialibus consistit et in universalibus; finis vero practicæ est operatio, quæ est circa singularia; unde medicus non curat hominem in universali, sed hunc hominem, et ad hoc est tota scientia medicinæ ordinata. Constat autem quod Providentia

pratique, puisqu'il met les êtres en rapport avec leur fin. Donc la Providence de Dieu serait imparfaite, si elle ne s'occupait que des universaux, sans s'étendre aux individus.

8° L'universel perfectionnne la science spéculative plus que le particulier; car on connaît mieux l'universel que le particulier. De là vient que la connaissance des principes les plus universels est une notion générale. Or, celui-là est plus avancé dans la science spéculative, qui connaît les choses, non-seulement en général, mais encore en elles-mêmes; car la connaissance générale n'est qu'une connaissance en puissance. C'est pourquoi le maître, qui possède cette double connaissance, conduit son disciple de la notion générale des principes à la notion propre des conclusions, de même qu'un être en acte rend actuelle une chose qui n'existait qu'en puissance. Donc, à plus forte raison, la science pratique est plus complète, si celui qui la possède dispose les choses à l'acte, non-seulement en général, mais encore chacune en particulier. Donc la Providence divine, dont la perfection est absolue, s'étend jusqu'aux individus.

9° Dieu étant la cause de l'être [réel], comme être [liv. II, ch. 15], il doit pourvoir à tout ce que réclame l'être en cette qualité; car il pourvoit à une chose en ce qu'il est sa cause. Donc tout ce qui existe, de quelque manière que ce soit, est soumis à sa Providence. Or, les êtres sont individuels bien plus qu'universaux; car les universaux sont dépourvus d'une subsistance propre et n'existent que dans les individus. Donc la divine Providence s'occupe aussi des individus.

10° Les créatures sont soumises à la Providence en tant que Dieu les

---

ad practicam cognitionem pertinet, quum sit ordinativa rerum in finem. Esset igitur imperfecta Dei Providentia, si in universalibus consisteret et usque ad singularia non perveniret.

8° Item, Cognitio speculativa magis perficitur in universali quam in particulari, quia magis sciuntur universalia quam particularia; et propter hoc universalissimorum principiorum cognitio est communis. Ille vero est perfectior in scientia speculativa qui, non solum universalem, sed propriam cognitionem de rebus habet; nam qui cognoscit in universali tantum, cognoscit rem solum in potentia; propter quod discipulus de universali cognitione principiorum reducitur in propriam cognitionem conclusionum per magistrum, qui utramque cognitionem habet, sicut aliquid reducitur de potentia in actum per ens actu. Multo igitur magis in scientia practica perfectior est qui, non solum in universali, sed etiam in particulari, res disponit ad actum. Divina igitur Providentia, quæ est perfectissima, usque ad singularia se extendit.

9° Amplius, Quum Deus sit causa entis, in quantum est ens, ut supra [l. II, c. 15] ostensum est, oportet quod ipse sit provisor entis, in quantum est ens; providet enim rebus, in quantum est causa earum. Quidquid ergo quocumque modo est sub ejus Providentia cadit. Singularia autem sunt entia, et magis quam universalia; quia universalia non subsistunt per se, sed sunt solum in singularibus. Est igitur divina Providentia etiam singularium.

10° Item, Creaturæ divinæ Providentiæ subduntur prout ab Ipso in finem ultimum

dispose en vue de leur fin dernière, qui est sa bonté. Donc c'est la Providence divine qui fait participer les êtres créés à la bonté de Dieu. Or, les individus contingents eux-mêmes participent à cette bonté. Donc la Providence doit étendre son action jusqu'à ces êtres.

Cette vérité s'appuie sur l'Écriture, qui dit : *Ne vend-on pas deux passereaux pour une obole ? Cependant, il n'en tombe pas un seul sur la terre sans la volonté de votre Père* [Matth., x, 29]. *La sagesse atteint avec force d'une extrémité à l'autre* [Sag., VIII, 1], c'est-à-dire depuis les créatures les plus nobles jusqu'aux plus viles. — Les livres saints condamnent encore l'opinion de certains hommes qui disaient : *Le Seigneur a délaissé la terre, le Seigneur ne voit point* [Ezéch., IX, 9]; *Dieu ne considère pas ce qui se passe parmi nous : il se promène autour des pôles du ciel* [Job, XXII, 14].

Ainsi se trouve réfutée l'erreur des philosophes qui ont prétendu que la Providence divine ne s'étend pas jusqu'aux individus. Quelques-uns ont attribué cette opinion à Aristote, bien que rien dans ses écrits n'autorise à le faire.

CHAPITRE LXXVI.

La Providence de Dieu s'occupe de chacun des êtres immédiatement.

Plusieurs accordent que la Providence divine s'étend jusqu'aux in-

---

ordinantur, qui est bonitas sua. Participatio igitur divinæ bonitatis a rebus creatis est per divinam Providentiam. Bonitatem autem divinam participant etiam singularia contingentia. Oportet ergo quod etiam ad ea divina Providentia se extendat.

Hinc est quod dicitur : *Nonne duo passeres asse veneunt ? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro* (*Matth.*, x, 29); et : *Attingit a fine usque ad finem fortiter* (*Sap.*, VIII, 1), id est a primis creatis usque ad infima eorum. — Arguitur etiam opinio quorumdam qui dicebant : *Dereliquit Dominus terram, et Dominus non videt* (*Ezech.*, IX, 9); et : *Nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat* (*Job.*, XXII, 14).

Per hoc autem excluditur opinio quorumdam qui dixerunt quod divina Providentia non se extendit usque ad hæc singularia; quamquidem opinionem quidam Aristoteli imponunt, licet ex verbis ejus haberi non possit.

CAPUT LXXVI.

Quod Providentia Dei sit singularium immediate.

¶ Quidam autem concesserunt Providentiam divinam usque ad hæc singularia procedere, sed quibusdam mediantibus

dividus; mais ils veulent qu'elle les régissent par des causes intermédiaires. Selon saint Grégoire de Nysse, Platon distingue trois providences. La première est celle de Dieu, le premier des êtres. Elle pourvoit premièrement et principalement aux êtres dont le gouvernement lui appartient en propre, savoir à toutes les substances spirituelles et intelligentes, et secondairement à l'univers entier, pour ce qui concerne les genres, les espèces et les causes générales, qui sont les corps célestes. La seconde prend soin de chacun des animaux et des plantes, et des êtres qui naissent par voie de génération et sont sujets à périr, pour ce qui regarde leur production, leur destruction et les autres changements qu'ils subissent. D'après Platon, l'exercice de cette providence appartient aux dieux qui font le tour du ciel, et Aristote attribue les qualités de ces êtres à l'influence des signes du zodiaque (1). La troisième s'occupe des choses qui rentrent dans la vie humaine. Des génies placés sur la terre, et dont il fait les surveillants des actions des hommes, remplissent cet office. — Cependant Platon fait dépendre de la première providence la seconde et la troisième, parce que c'est le Dieu suprême qui en a confié les fonctions aux êtres qui les exercent.

Cette opinion concorde avec la doctrine catholique en ce qu'elle rapporte à Dieu, comme à son premier auteur, le gouvernement de tous les êtres. Elle paraît la contredire en affirmant que chacun d'eux

(1) Si in orbem fiat generatio, fore quodque et esse factum necesse est; et si necesse sit, horum generatio circularis erit. Hæc itaque non sine ratione accidunt, postea quam motus ille circularis atque cœlestis perpetuus est; nam hæc necessario fiunt et erunt, quæcumque hujusce motiones sunt, et quæcumque propter hunc fiunt motum. Nam si id quod in orbem movetur aliqua semper moveat, eorum quoque motum circularem esse necesse est : ut si supera latio orbita sit, sol orbito movetur. Quoniam autem hoc pacto movetur, hac sane de causa anni tempora in circulum fiunt redeuntque. Quæ quum ita fiant, omnia profecto quæ sub ipsis sunt haud secus fient (Arist. *De generat. et corrupt.*, II, c. 11).

---

causis. Posuit enim Plato, ut Gregorius Nyssenus dicit (*De Philos.*, l. VIII, c. 3), triplicem Providentiam. Quarum prima est summi Dei, quæ primo et principaliter providet propriis, id est omnibus spiritualibus et intellectualibus, consequenter vero toti mundo quantum ad genera et species et universales causas, quæ sunt corpora cœlestia. Secunda vero est, qua providetur singularibus animalium et plantarum et eorum generabilium et corruptibilium, quantum ad eorum generationem et corruptionem et mutationes alias; quamquidem providentiam Plato attribuit diis qui cœlum circumeunt; Aristoteles vero (de Gener. et Corrupt., II, c. 11) horum qualitatem attribuit obliquo circulo. Tertiam vero providentiam ponit rerum quæ ad humanam vitam pertinent; quamquidem attribuit quibusdam dæmonibus circa terram existentibus, qui, secundum ipsum, humanarum actionum sunt custodes. — Sed tamen, secundum Platonem, secunda et tertia providentia a prima dependent; nam Deus summus secundos et tertios statuit provisores.

Hæc autem positio catholicæ fidei consonat, quantum ad hoc quod omnium pro-

en particulier n'est pas soumis [immédiatement] à la divine Providence. Les raisons que nous avons déjà données le prouvent. En effet :

1° Dieu connaît immédiatement les individus, non-seulement dans leurs causes, mais en eux-mêmes, ainsi que nous l'avons démontré [liv. I, ch. 65]. Or, il répugne que, connaissant les singuliers, sa volonté, qui est le principe de toute bonté, ne s'étende pas à l'ordre qui constitue leur plus grande perfection. Donc, de même que Dieu connaît immédiatement les individus, il doit les coordonner immédiatement.

2° L'ordre qu'une providence établit entre les êtres soumis à son gouvernement résulte de celui que l'auteur a arrêté dans son esprit, comme la forme artificielle réalisée dans la matière découle de la forme qui est dans l'esprit de l'ouvrier. Or, quand plusieurs administrateurs sont subordonnés les uns aux autres, il faut que le premier transmette à son inférieur l'ordre dont il est le principe, de même que les arts les moins relevés reçoivent leurs règles des plus nobles. Si donc il y a au-dessous d'un ordonnateur supérieur, qui est le Dieu souverain, des ordonnateurs du second et du troisième degré, c'est de Dieu qu'ils doivent apprendre quel ordre il convient d'établir parmi les êtres. Or, cet ordre ne peut pas être plus parfait en eux qu'en Dieu, qui leur est supérieur, et même toutes les perfections émanent de lui pour descendre en quelque sorte dans les créatures [ch. 69]. Il est d'ailleurs nécessaire que ces ordonnateurs secondaires aient en eux l'ordre des êtres, non-seulement en général, mais encore en tant qu'il s'applique aux individus; autrement leurs effets n'aboutiraient pas à ranger cha-

---

videntiam reducit in Deum sicut in primum auctorem. Videtur autem sententiæ fidei repugnare, quantum ad hoc quod non omnia particularia divinæ Providentiæ dicit esse subjecta. Quod ex prædictis ostendi potest.

1° Habet enim Deus immediatam singularium cognitionem, non quasi ea in suis causis cognoscens tantum, sed etiam in seipsis, sicut in primo hujus operis libro (c. 65) est ostensum. Inconveniens autem videtur quod, singularia cognoscens, eorum ordinem non velit, in quo bonum præcipuum rerum constat, quum voluntas sua sit totius bonitatis principium. Oportet igitur quod, sicut immediate singularia cognoscit, ita immediate eorum ordinem statuat.

2° Amplius, Ordo qui per Providentiam in rebus gubernatis statuitur ex ordine illo provenit quem provisor in sua mente disposuit, sicut et forma artis quæ fit in materia ab ea procedit quæ est in mente artificis. Oportet autem, ubi sunt multi provisores, unus sub alio, quod ordinem contentum superior inferiori tradat, sicut ars inferior accipit principia a superiori. Si igitur secundi et tertii provisores ponuntur esse sub primo provisore, qui est Deus summus, oportet quod ordinem statuendum in rebus a summo Deo accipiant. Non est autem possibile quod iste ordo sit in eis perfectior quam in summo Deo : quin imo omnes perfectiones per modum descensus ab eo in alia proveniunt, ut ex superioribus (c. 69) patet. Oportet autem quod ordo rerum sit in secundis provisoribus, non solum in universali, sed etiam quantum ad singularia ; alias, non possent sua providentia in singularibus ordinem statuere.

que individu dans l'ordre convenable. Donc, à plus forte raison, l'ordre des individus consiste dans une disposition de la Providence divine.

3° Dans tout gouvernement humain, un administrateur supérieur recherche par lui-même quel ordre il faut établir dans certaines choses plus générales et plus considérables, et il laisse à ses inférieurs le soin des choses moins importantes, auxquelles il ne s'arrête pas. Il est forcé d'agir ainsi, parce qu'il ne peut suffire à tout, soit qu'il n'ait pas une connaissance complète des choses moindres, soit qu'il ne puisse pas tout régler seul, à cause de la fatigue qu'il en éprouverait et du temps qu'il faudrait y consacrer. Or, il n'y a en Dieu aucune de ces imperfections; car il connaît chaque être en particulier, et il n'a besoin ni de travail ni de temps pour les connaître, puisqu'il connaît tout en se connaissant lui-même [liv. I, ch. 50 et 46]. Donc il assigne dans sa pensée une place à chaque individu. Donc sa Providence s'occupe immédiatement de tous les individus.

4° Les administrateurs subalternes employés aux affaires des hommes ont recours à leur propre industrie pour régler les choses dont le supérieur leur a remis le soin. Cette industrie, ils ne la tiennent pas du supérieur, qui leur en a seulement permis l'usage; et si elle venait de lui, ce serait lui aussi qui déterminerait l'ordre à établir, et non les inférieurs, qui ne feraient qu'exécuter ses volontés. Or, nous avons vu [liv. I, ch. 51; liv. III, ch. 67] que la sagesse et toutes les connaissances que possèdent les intelligences découlent de Dieu comme de leur cause, et aucune intelligence ne peut rien connaître que par l'influence d'une vertu divine, de même que nul agent n'opère qu'autant qu'il participe à la puissance de Dieu. Donc Dieu dispose tout immé-

---

Multo igitur magis ordo singularium est in divinæ Providentiæ dispositione.

3° Adhuc, In his quæ humana providentia reguntur, invenitur quod aliquis superior provisor circa quædam magna universalia per seipsum excogitat qualiter sint ordinanda, minorum vero ordinem ipse non excogitat, sed aliis inferioribus excogitandum relinquit; et hoc quidem contingit per ejus defectum, in quantum vel singularium minorum conditiones ignorat vel non sufficit ad omnium ordinem excogitandum, propter laborem et temporis prolixitatem quæ requireretur. Hujusmodi autem defectus longe sunt a Deo; nam ipse omnia singularia cognoscit, nec intelligendo laborat aut tempus requirit, quum intelligendo seipsum omnia alia cognoscat, sicut supra (l. I, c. 50 et 46) ostensum est. Ipse igitur omnium singularium ordinem excogitat; ejus igitur Providentia est omnium singularium immediate.

4° Item, In rebus humanis, inferiores provisores per suam industriam ordinem excogitant in his quorum gubernatio eis a præsidente committitur, quamquidem industriam a præsidente habere non possunt, sed usum ipsius; si vero a superiore eam haberent, jam ordinatio per superiorem fieret, ipsi autem essent illius ordinationis non provisores, sed executores. Constat autem per supradicta (l. I, c. 51; l. III, c. 67) quod omnis sapientia et intellectus a summo Deo in omnibus intellectibus causatur; nec intellectus aliquis potest aliquid intelligere nisi virtute divina, sicut

diatement par sa Providence, et les êtres auxquels nous attribuons le gouvernement des créatures, sous son autorité, réalisent simplement une disposition providentielle.

5° La providence supérieure détermine la marche que doit suivre la providence inférieure, de même que le chef de l'État trace des règles et donne des ordres au général de ses armées, qui, à son tour, trace des règles et donne des ordres aux officiers subalternes. Si donc les autres providences dépendent de la Providence supérieure de Dieu, qui est le premier des êtres, c'est lui qui doit fixer les règles du gouvernement des ordonnateurs du second et du troisième degré. — Donc ces règles et ces lois seront générales ou particulières. — S'il leur donne des règles générales, comme elles ne seront pas toujours applicables aux cas particuliers, surtout s'il s'agit d'êtres muables, qui ne restent pas constamment dans le même état, ces ordonnateurs du second ou du troisième degré se verront quelquefois dans la nécessité de disposer les choses soumises à leur gouvernement en dehors des règles qu'ils auront reçues. Ils devront donc porter un jugement sur ces règles et décider dans quels cas il faudra s'y conformer ou les dépasser. Or, il n'en peut être ainsi, parce que cette appréciation est réservée au supérieur, et le législateur a seul le droit d'interpréter les lois et d'en accorder la dispense. Donc c'est le suprême ordonnateur qui doit prononcer sur l'observation des règles générales; et il ne peut le faire sans intervenir immédiatement dans l'ordonnance des individus. Donc, dans cette hypothèse, il doit pourvoir immédiatement à ce qui les concerne. — Si, au contraire, les ordonnateurs du second ou du troisième degré reçoivent du suprême ordonnateur des règles et des lois parti-

---

nec aliquod agens operatur nisi in quantum agit virtute Ipsius. Est igitur ipse Deus immediate sua Providentia omnia dispensans; quicumque vero sub ipso provisores dicuntur sunt Providentiæ ipsius executores.

5° Præterea, Superior providentia dat regulas providentiæ inferiori, sicut politicus dat regulas et leges duci exercitus, qui dat regulas et leges centurionibus et tribunis. Si igitur sub prima Providentia Dei summi sunt aliæ providentiæ, oportet quod Deus illis secundis vel tertiis provisoribus det regulas sui regiminis. — Aut ergo dat regulas et leges universales, vel particulares. — Si autem dat eis universales regulas regiminis, quum universales regulæ non possint semper ad particularia applicari, et maxime in rebus mobilibus, quæ non semper eodem modo se habent, oporteret quod illi provisores secundi vel tertii quandoque præter regulas sibi datas ordinarent de rebus suæ provisioni subjectis. Haberent ergo judicium super regulas acceptas, quando secundum eas oporteret agere et quando eas prætermittere oporteret; quod esse non potest, quia hoc judicium ad superiorem pertinet; nam ejus est interpretari leges et dispensare in eis cujus est eas condere. Hoc igitur judicium de regulis universalibus datis oportet quod fiat per supremum provisorem; quodquidem esse non posset, si se ordinationi singularium immediate non immisceret. Oportet igitur, se-

culières, il est évident que l'ordre des individus vient immédiatement de la divine Providence.

6° Celui qui est à la tête d'une administration a toujours le droit de juger si ses inférieurs ont disposé comme il convient les choses qui leur sont confiées. Si donc Dieu, qui est l'ordonnateur suprême, a sous son autorité des ordonnateurs du second ou du troisième degré, il porte son jugement sur les êtres qu'ils ont coordonnés, et cela même exige qu'il examine l'ordre des individus. Donc Dieu prend soin par lui-même des individus.

7° Si Dieu ne s'occupe pas immédiatement par lui-même des individus qui sont au-dessous de lui, c'est ou parce qu'il les dédaigne, ou, comme d'autres le prétendent, de peur que sa dignité n'en soit blessée. Or, cette double supposition est contraire à la raison; car il est plus noble d'arrêter dans son intelligence l'ordre des êtres que d'agir en eux. Si donc Dieu opère dans tous les êtres [ch. 67] sans que cela déroge à sa dignité, si même cette influence est un effet nécessaire de sa puissance universelle et souveraine, il ne peut pas dédaigner de pourvoir immédiatement à l'ordre des individus, et ce soin ne blesse en rien sa dignité.

8° Tout agent sage, qui use avec prévoyance de sa puissance, en règle l'usage en déterminant sur quels objets et dans quelles limites elle doit s'exercer; autrement, l'application de cette puissance ne serait pas subordonnée à la sagesse. Or, nous avons vu que l'action de la puissance divine s'étend jusqu'aux derniers des êtres [ch. 75 et 76]. Donc, même lorsqu'il s'agit des choses les plus viles, la sagesse de Dieu a pour office de régler la nature, le nombre et le mode de production

---

cundum hoc, quod sit horum immediatus provisor. — Si vero secundi vel tertii provisores a summo provisore particulares regulas et leges accipiunt, manifeste apparet quod horum singularium ordinatio sit immediate per Providentiam divinam.

6° Amplius, Semper provisor habet judicium de his quæ ab inferioribus provisoribus ordinantur, utrum sint bene ordinata necne. Si igitur secundi provisores vel tertii sint sub Deo primo provisore, oportet quod Deus judicium habeat de his quæ ab eis ordinantur; quodquidem esse non potest, si horum singularium ordinem non considerat. Habet igitur Ipse per seipsum curam de singularibus.

7° Adhuc, Si Deus per seipsum immediate inferiora singularia non curat, ideo est vel quia ea despicit vel ne ejus dignitas inquinetur, ut quidam dicunt (Averrh., *Metaph.*). Hoc autem irrationabile est; nam dignius est provide aliquorum ordinationem excogitare quam in eis operari. Si igitur Deus in omnibus operatur, sicut supra (c. 67) ostensum est, nec in hoc aliquid ejus dignitati derogatur, quin imo pertinet ad ejus universalem et summam virtutem, nullo modo despiciendum est ei vel ejus dignitatem commaculat si circa hæc singularia immediate providentiam habeat.

8° Item, Omnis sapiens qui provide sua virtute utitur, in agendo moderatur suæ virtutis usum, ordinans ad quid et quantum proveniat; alias, virtus in agendo sapien-

des effets que doit réaliser sa puissance. Donc il fixe lui-même immédiatement par sa Providence l'ordre de tous les êtres.

De là ces passages de l'Écriture : *Ce qui est a été ordonné par Dieu* [Rom., XIII, 1]. *Vous avez fait les choses qui ont précédé, et vous les avez résolues les unes après les autres; il est arrivé ce que vous avez voulu* [Judith, IX, 4].

CHAPITRE LXXVII.

Les desseins de la Providence divine s'exécutent par le moyen des causes secondes.

1° Il faut remarquer que l'exercice de la Providence suppose deux choses : la détermination d'un ordre et son exécution. Le premier de ces actes appartient à l'intelligence : c'est pourquoi nous considérons comme les guides des autres hommes ceux qui ont des connaissances plus étendues et des pensées plus élevées; car c'est au sage qu'il appartient de disposer tout avec ordre (1). Le second appartient à la puissance active [ou à la volonté]. Or, il semble qu'il y ait incompatibilité entre ces deux actes; car, d'un côté, l'ordre est d'autant plus parfait qu'il s'étend jusqu'aux moindres détails, et, d'un autre côté, il convient que l'exécution de ces petits détails soit abandonnée à une puissance inférieure proportionnée à de tels effets. Mais ces deux actes

(1) Non ut sapienti præcipiatur, sed ut ille præcipiat; nec ut ille ab altero, sed ut ab eo minus sapienti suadeatur, decet (Arist. *Metaphys.*, I, c. 2).

---

tiam non sequeretur. Constat autem ex præmissis (c. 75 et 76) quod divina virtus, in operando, usque ad infima rerum pervenit. Igitur divina sapientia est ordinativa qui et quot et qualiter ex ejus virtute progrediantur effectus, etiam in infimis rebus. Est igitur Ipse immediate sua Providentia omnium rerum ordinem excogitans.

Hinc est quod dicitur : *Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt* (*Rom.*, XIII, 1); et : *Tu fecisti priora, et illa post illa cogitasti ; et hoc factum est quod ipse voluisti* (*Judith*, IX, 4).

CAPUT LXXVII.

Quod executio divinæ Providentiæ fit mediantibus causis secundis.

1° Attendendum est autem quod ad Providentiam duo requiruntur, ordinatio scilicet et ordinis executio. Quorum primum fit per virtutem cognoscitivam; unde qui perfectioris cognitionis sive cogitationis sunt, ordinatores aliorum dicuntur; sapientis enim est ordinare. Secundum vero fit

rentrent dans la souveraine perfection de Dieu; car il a une sagesse infiniment parfaite, pour déterminer l'ordre, et une puissance sans limites, pour le réaliser. Il faut donc que Dieu dispose par sa sagesse tous les êtres, même les plus vils, dans l'ordre convenable; mais pour l'exécution de son dessein dans ses moindres et ses plus infimes détails, il doit employer, comme instruments, des puissances subalternes, de même que la puissance universelle qui domine les autres opère par une puissance inférieure, dont l'action est bornée à des effets particuliers. Donc il est convenable que des puissances inférieures agissent pour exécuter les desseins de la divine Providence.

2° Nous avons prouvé que l'opération divine n'empêche pas les causes secondes d'avoir leurs opérations propres [ch. 69]. Or, les effets qui résultent des opérations des causes secondes dépendent de la Providence, puisque Dieu fixe par lui-même l'ordre des individus [ch. 76]. Donc les causes secondes exécutent les desseins de la divine Providence.

3° La puissance d'un agent s'étend en proportion de son énergie : ainsi, le feu échauffe des objets plus éloignés à mesure que son intensité s'accroît. Or, il n'en est pas ainsi de l'agent qui opère immédiatement, parce que l'objet sur lequel il agit lui est toujours prochain. Donc, puisque la Providence de Dieu a une puissance infinie, elle doit étendre son opération, par des agents intermédiaires, jusqu'aux derniers des êtres.

---

per virtutem operativam. E contrario autem se habet in his duobus; nam tanto perfectior est ordinatio quanto magis descendit ad minima ; minimorum autem executio condecet inferiorem virtutem effectui proportionatam. In Deo autem, quantum ad utrumque, summa perfectio invenitur; est enim in eo perfectissima sapientia ad ordinandum et virtus perfectissima ad operandum. Oportet ergo quod Ipse per sapientiam suam omnium ordines disponat, etiam minimorum; exsequatur vero minima sive infima per alias inferiores virtutes, per quas Ipse operatur, sicut virtus universalis et altior per inferiorem et particularem virtutem. Conveniens est igitur quod sint inferiores virtutes agentes, divinæ Providentiæ exsecutrices.

2° Item, Ostensum est supra (c. 69) quod divina operatio non excludit operationes causarum secundarum. Ea vero quæ ex operationibus secundarum causarum proveniunt divinæ Providentiæ subjacent, quum Deus omnia singularia ordinet per seipsum, ut supra (c. 76) ostensum est. Sunt igitur secundæ causæ divinæ Providentiæ exsecutrices.

3° Adhuc, Quanto virtus alicujus agentis est fortior, tanto in magis remota suam operationem extendit; sicut ignis, quanto est major, tanto magis calefacit. Hoc autem non contingit in agente quod non agit per medium, quia quodlibet in quod agit est sibi proximum. Quum igitur virtus divinæ Providentiæ sit maxima, per aliqua media ad ultimum suam operationem producere debet.

4° Amplius, Ad dignitatem regentis pertinet ut habeat multos ministros et diversos sui regiminis exsecutores; quia tanto

4° Il est de la dignité d'un roi d'avoir de nombreux ministres et des serviteurs de différents degrés chargés d'exécuter ses volontés, parce que son autorité paraît avec d'autant plus d'éclat qu'il a à ses ordres un plus grand nombre de subordonnés dont les attributions sont graduées. Or, il n'est pas de dignité royale comparable à celle du gouvernement divin. Il convient donc que des agents de différents degrés exécutent les desseins de la Providence.

